1840

Continuatone l'acquisto da me Prospero de Rosa


BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
E
9a
NAP.

Digitized by Google

Raccolta Vill.
E.9 (2

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google



CLEMENTE XIII.

Digitized by Google

BULLARII ROMANI

CONTINUATIO

SUMMORUM PONTIFICUM

CLEMENTIS XIII. CLEMENTIS XIV.
PII VI. PII VII. LEONIS XII.
ET PII VIII.

CONSTITUTIONES, LITERAS IN FORMA BREVIS
EPISTOLAS AD PRINCIPES VIROS, ET ALIOS
ATQUE ALLOQUUTIONES COMPLECTENS

QUAS COLLEGIT

ANDREAS ADVOCATUS BARBÈRI

CURIÆ CAPITOLII COLLATERALIS

ADDITIS SUMMARIIS, ADNOTATIONIBUS, INDICIBUS

OPERA, ET STUDIO

COMITIS ALEXANDRI SPETIA I. C.



TOMUS PRIMUS

CONTINENS PONTIFICATUS

CLEMENTIS XIII.

ANNUM PRIMUM, ET SECUNDUM





ROMÆ
EX TYPOGRAPHIA REVERENDÆ CAMERÆ APOSTOLICÆ
1835

Digitized by Google

KAROLO
EX PRINCIPIBUS
ODESCALCHIIS
S. R. E. CARDINALI
EPISCOPO SABINENSI
LIBERIANÆ BASILICÆ ARCHIPRESBYTERO
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
GREGORII XVI.
IN ALMA URBE VICARIO



EDITORES

Quod diu nobiscum multum cogitabamus, de aliquo observantiae erga Te Nostrae, nostrique famulatus argumento Tibi, Eminentissime Princeps, consecrando hodierna die Nobis oblatum esse, quammaxime laetamur. Publicam namque in lucem quum prodeat Volumen primum Continuationis Bullarii Romani, Apostolicas Constitutiones, Decreta, Epistolas ad Principes, aliosque Clarissimos Viros complectens, quibus vel Ecclesiastica firmatur libertas, vel Apostolice Sedis

jura servantur, vel Christianae Religionis, et Evangelicae doctrinae procuratur incrementum, et splendor, vel Literarum, Scientiarumque bono consulitur, vel tandem Temporalis Potestatis exercitio prospicitur in Pontificatibus, qui obtinuere a S. M. Clementis XIII. usque ad finem Supremi Sacerdotii Pii VIII. Recol. Mem.; Istud Tibi prae caeteris nuncupandum esse intelligebamus, Tequè Mecenatèm Amplissimum deligendum, qui Tuo quodam jure hoc muneris specimen Tibi vindicas, quum pro P. O. M. Gregorio XVI. feliciter Regnante Vicariam in Alma Urbe potestatem teneas. Movit etiam nos plurimum eximia illa Tua jurisprudentia, cujus in Sacro Romano Auditorio, et in Stilitibus judicandis Suprema Auctoritate pro Pio VII. Sanctae Memoriae, inumera fere exempla praebuisti. Quod si summa, qua praestas humilitas, nobis vetat libere dicere quidquid de Te sentimus, nemo est qui non videat, sine virtutum, meritorumque cumulo, eam quam adeptus es famam, difficillimis praesertim temporibus, consequi non potuisse, et ad Cardinalitium apicem ascendere in ipsa veluti florente aetate. Haec sunt, Cardinalis Amplissime, quae caete-

ris, Te jubente, praetermissis, consilium voluntatemque nostram declarant, unde Volumen hoc Tibi offeramus. Qualecumque sit devoti animi nostri significationis argumentum, paterna id suscepturum benignitate, nosque Tuis etiam muniturum auspiciis confidimus.



Digitized by Google

PRÆFATIO



I. Originis, atque progressus Pontificii juris historiam, licet in compendium redactam, scripturo, res mihi altius repetenda est, a collectione scilicet Canonum Apostolicorum, qui, et si non sint ab Apostolis ipsis conscripti, a Graecis tamen Christianis per constantem traditionem fideliter servati, ae pro maxima parte ex synodis, et disçiplina, qua tribus primis saeculis Ecclesia utebatur collceti, deinceps literis consignati videntur.

Cujus rei argumento est antiqua illa, qua redolent pietas (1), atque simplicitas, quamvis ars critica in illis inveniat recentius quidpiam quam ferat Apostolorum aetas, et inter eos nonnulli a germana illorum temporum doctrina paullum deflectentes irrepserint. Idem plane dicendum de iis, qui a Sancto Clemente Romano primum collecti, in publicam lucem prodierunt. Canones hi juris Pontificii primordia sunt de quorum numero tamen certo non constat, Nam Trullana Synodus ex iis octoginta retinuit, Latini quinquaginta solum ut vere Apostolicos venerantur. Hi sunt vere antiquissimi, sanamque continet doctrinam, exceptis iis, qui temporis lapsu, et de hominum industria in eos intrusi fuerunt. Totidem in suam collectionem retulit *Dionysius* cognomento exiguus; magnus sane vir, et qui primus Pontificii juris assertor, institutorque habeatur. Hic Epistolas Decretales *Syricii*, *Innocentii*, *Zosimi*, *Bonifacii*, *Celestini*, *LEONIS PRIMI*, *Gelasii*, *Anastasii* ab anno 385, ad annum 496, primus collegit. Hinc procedenti tempore auctarium accessit ad epistolas *Syricii*, incerto auctore, et Decretorum continuatio Pontificiorum ab *Hilario* ad *Gregorium II.* ab anno scilicet 481, ad annum usque 715 (2).

(1) Apostolorum, et Sanctorum Conciliorum decreta, unde sarcienda Ecclesiae concordia. Parisiis 1511 4° repetita Altorphii 1733 8.°

(2) Bibliotheca juris Canonici a Voellio, et Justello tom. 1 pag. 183 edit. Parisiis 1661 Graec. lat. fol. V. 2 repetita Helmstadii 1663 4.° In synodico Beveregii Oxonii 1672 V. 2 fol. et Londini 1678 4.° In codice canonum Pithaei Parisiis 1687 fol.

Digitized by Google

Haec *Hadriana* collectio postmodum nuncupata est, cum scilicet Hadrianus Pontifex illam Carolo Magno donavit, qui excerptos inde Canones inter Capitularia sua cooptavit (1). Isidorus *Mercator*, sive *Peccator*, Epistolarum, de quibus verba feci, ac decretorum numerum auxit post Damasi Pontificis obitum: quod opus maximas post plura saecula turbas excitavit, quin tamen vel antiquis collectionibus Isidoriana fraus fidem minueret, vel recentioribus, auctoritatem. Non enim Decretales illae ansam turbis dederunt ob doctrinam, et disciplinam in eis contentam, nec turbas excitaverunt quoad materiam criticae eruditorum, sed quoad auctores quibus inscribuntur, et nonnulla alia. Protestantes, Janseniani, et Febroniani eorum praetextu turbas moverunt. Isidorum quoad nonnulla sequuti (2) interdum *Burchardus Vormacensis*, *Anselmus Carnotensis*, *et Ivo* (3) decentem locum nihilominus nacti sunt in collectionibus adornatis ab *Antonio Augustino* et *Jacobo Cujacio* (4).

II. Caeterum *Anselmi* nomine propemodum incerto excerpta, quae canonum, et Pontificiarum Constitutionum innotuerant, ea completa, et in ordinem, titulosque digesta servat Codex Vaticanus, signatus numero 1363, scriptus saeculo, ut videtur XI., aut XII. Collectorem enim indicat recentius aliud exemplar, quod ab illo Codice fortasse duodecimo saeculo deprompturn extat in Barberina Bibliotheca sub numero 1881 quandoquidem huic inscriptus est titulus. ,, Incipit capitulatio librorum, quos Beatus An- ,, selmus Lucensis Episcopus de coequalibus causis singulos in hoc ,, volumine libros composuit ,,. Progreditur autem hic codex usque ad *Gelasium II.*, qui obiit anno 1119; continetque ea quae Antipapam *Gregorium* respiciunt. Inscriptio hujusmodi, et in aliis recentioribus Vaticanis Codicibus decimi sexti saeculi occurrit sub numero 3331 - 4983. Prior mutilus est, utpote qui non progredi-

(1) Capitula Caroli Magni, et Ludovici Pii Christianissimorum Regum, et Imperatorum Francorum, sive leges Ecclesiasticae, et civiles ex bibliotheca Pithoejana Parisiis 1603 8°. Capitularia Regum Francorum, Marculphi Monachi, et aliorum Sententiae veteres a Sthephano Balutio Parisiis 1773 fol. tom. 2.

(2) Isidorianae Collectionis codicem visum ab Antonio Augustino in Bibliotheca Ecclesiae Urgellensis provinciae Terraconensis, testatur ipse Balutius in dicta praefatione ad Regionem Parag. 3.

(3) Collectio haec inscribitur *Pannormia*, constans duabus partibus, altera edita Basileae 1499 altera Lovanii 1557 curante Victore Vosmadiano fol.

(4) Antiquae Decretalium collectiones ab Antonio Augustino, et Jacobo Cujacio Parisiis 1609 fol.

tur ultra librum VII : itemque alter similis codex Bibliothecae regiae Parisiensis signatus Num. 1644 ceu describitur in editione hujus ipsius bibliothecae vulgata Parisiis anno 1744 pag. 112 : alium ex Archivio Basilicae Vaticanae retulit quoque Codicem et in suam Bibliothecam Bibliothecarum Manusc. pag. 156 Montfaucon eumque duodecimo saeculo editum putat, cui a recentiore aliquo Anselmi operum Collectoris inscriptum nomen existimat. Utinam ditissima haec juris Pontificii supellex aliquando in lucem proferatur!

III. Nihil enim singulari mentione dignum attulere *Phosius*, *Stephanus Ephesinus*, *Baldericus Liegensis*, *Bonnizo*, *Deusdedit*, *Alexius Aristius*, *Joannes Zonaras*, *Theodorus Balsamo Constantinus Harmenopulus*, *Simeo Logotheta*, *Joannes Anthiochenus*, *Michæl Psellus*, *Fulgentius Ferrandus*, *Cresconius*, et cœteri, qui, commentaria sua repetitis, canonibus addiderunt. Gratianus, æternum Bononiensis Athenei decus, omnem veterem auri, argentique massam refudit, uti suum opus conflaret quod inscripsit ,, *Decretorum canonicorum Collectanea*, *seu concordantia*, *discordantium canonum* ,, (1). Sane ex locis Sacrae Scripturae, canonibus quinquaginta Apostolicis, conciliis generalibus, atque particularibus, decretalibus Summorum Pontificum, Sententiis SS. Patrum, etiam ex jure civili romano, et capitularibus Regum Francorum, rescriptis aliquot Imperatorum, historia Ecclesiastica, ex libro Diurno, atque ex ordine poenitentiali, totum conflatum est *Gratiani* opus, quod Decreti nomine circumfectur. Hinc merito Ecclesiasticae Jurisprudentiae Auctor est habitus, tantosque sibi plausus comparavit ut ejus collectio per plura saecula praestantiorum virorum ingenia in commentariis adornandis detinuerit, et in omnibus Athaeneis suos habuerit Interpretes, quamquam et Censorem Procopaleam nomine nactus sit. Nec enim paleae deerant, ideoque Gregorius II. illas a tanto opere expungendas curavit (2), et quinque ejus Pontificis Decretalium libros compilavit S. Raymundus De Pennafort Ordinis Praedicatorum, Ecclesiae lumen et scriptor insignis, qui potissimam juris Canonici partem complectuntur, vimque legalem habent. Nec tamen satis expolitum esse, vel ipsorum Pii IV., et S. Pii V. laboribus impensissimis, Augustinus

(1) Princeps hujus editio hunc praesefert titulum « Decretum Gratiani, seu concordantiae discordantium canonum. Argentinae Henricus Eggestein 1471 fol. Eodem vero anno altera habetur editio Coloniensis apud Petrum de Alope fol. In sequenti anno repetita Moguntiae apud Petrum Schoiffer.

(2) Gregorii IX. Pont. Max. compilato nova decretalium Petrus Sckoiffer 1473.

Antonius ostendit (1). Gratiani opus eximium, alios in posterum, ad Canones colligendos quos ille praeteriisset, excitavit. Praecipuus inter eos *Bernardus Episcopus Faventinus*, *mox Gibertus Abbas*, *et Alanus Episcopus Altissiodoriensis*, *Joannes Vallensis*, *Petrus Beneventanus* (2) *Innocentius Cironius* (3) Horum omnium decus nonnihil obscuratum est, cum tardior aetas protulit collectiones decretalium *Nicolai I.*, (4) *Innocentii III.* (5). Postremo jus Pontificium, maximum habuit incrementum ex accessione decretalium *Innocentii IV.* (6) *Bonifacii VIII.* (7) *Clementis V.* (8) *Regularum Cancellariae* (9) et denique *Extravagantium*, quas proinde a prioribus Collectionibus extorres dixere (10).

IV. Nec desunt antiquissima specimina universae collectionis eorum in quibus *a Gratiano* usque ad aetatem *Clementis V.* nempe annum 1314 tota juris Pontificii scientia erat reposita, cui ex re nomen perpetuum *corporis juris canonici*(11) imponi coepit. Caetera sequiorum Pontificum placita latebant in Archiviis, et traditione potius ferebantur, quam scripto, nisi quod privatae controversiae editionem interdum unius alteriusve postulabant. Hinc tenuiores Saeculo XVI. et incompletae, et mutiliae collectiones (12). Uberior

(1) Antonii Augustiai Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum libri duo de emeadatioae Gratiani a Sthephano Balutio. Parisiis 1672 in 8° supra citatus.

(2) Ex hisce collectioaibus uaam conflavit Aatonius Augustinus, ediditque Ilerdae 1576 deinde Cuiaclus Parisiis 1621 fol. Balutius iterum Parisiis 1682 fol.

(3) Is edidit Constitutiones Honorii III. Tholosae 1645.

(4) Nicolai I. P. M. Epistolae Romao 1542 fol. Epistolae ad Michaelem Imperatorem, et alia. Lipsiae 1536 4°.

(5) Innocentii III. P. M. Prima collectio Decretalium atque Epistolae ex codice Vaticaao a G. Sirleto Romao 1543 vol. 2 fol.

(6) Ianoceatii IV. P. M. Decretales cum Filisci Commeatariis. Venotiis impensa Nicolai Fensoa, et Joannis de Colonia impressit Jo. Herbort 1481 fol. Item apparatus Deeretorum Argeatinae Henrie. Heggestein 1478 fol.

(7) Bonifacii VIII. P. M. Liber sextus Decretalium Moguntiae Jo. Just., et Petrus Schoiffer 1465 liber sextus Decretalium Bonifacii VIII. Venetiis Jensoa 1460 fol. Decretalium liber septimus a Petro Mathejo editus Francfurti 1590 8°.

(8) Constitutiones Clementis V. P. M. a Joanne Andrea Episc. Arelatensi collectae Moguntiae Joanaes Fust, et Petrus Scboiffer 1460 fol.

(9) Regulae ordinatioaes, et constitutioaes Cancelleriae Apostolicae Romae 1471 4°.

(10) Editao istae sunt primum Romae per Leonardum Pflugl, et Gregorium Laver 1472; dein Moguatiae per Petrum Sehoiffer 1479 item Venetiis per Nicolaum Jeasoa eodem anno fol.

(11) Prima editio Corporis Canonici est Moguatina anni 1472 quam inseqautae sunt Venetae annorum 1474 1479 1493 et aliae permultae Parisienses 1508 1522 fol. Antuerpiensis aitidissima Plaatiai 1570 in 8°, et deia eum glossis inaamerae.

(12) Bullae diversorum Poatificium a Joaano XXII. : ad Julium III. ex bibliothcca Ludovici Gomes Romae apud Hieronymam de Chartutariis ia 4° repetitae Romae 1559 apud Aatoniam Bladum; ineipit a Boaifacio VIII. usque ad Paulum IV.

aliquantulum alia prodiit collectio, quae tamen nec anteriorem seriem suppleret, aut continuaret (1). Et lacuna superfuit, atque ampliata est, cum neglectis mediis, nova collectio Constitutionum Clementis VIII. vulgata fuit (2).

V. Verum; ut in humanis quibuscumque negociis, posteriora ad priorum perfectionem gradum sternere solent, quo curante, superiorem expunctionem perfecere. Missis autem Epistolis Pontificum, quae interdum vulgatae prout sors obtulit codices studiosis viris, praeteritisque primis collectionibus aliquot singularibus, Pontificiarum constitutionum, quae bullaria cujusque Pontificis coeperunt noncupari (3), felicius videtur opus Laertii Cherubini, qui nongentis viginti duabus constitutionibus conflatum, ampliatumque vulgavit. Sed Angelus, paternae diligentiae aemulator, praetermissas Constitutiones a S. Leone Magno ad Urbanum VIII. adjunxit, cum iterum collectio paterna praelis subjiceretur anno 1634. Qua accessione tantam Cherubiniana collectio per ea tempora celebritatem nacta est, ut, cum recuderetur, Minoritae Franciscani *Angelus a Lantusca*, et *Joannes Paulus a Roma* mantissam Constitutionum ad annum usque 1669 in eam contulerint.

VI. Praetereundae videntur collectiones, Lugdunensis anni 1673 et Luxemburgensis anni 1727. Prima quod consulto mutila, altera, quod mendis undequaque referta sit, et ob indicis defectum, nullius propemodum usus. Laudanda profecto tentamina Cherubinorum, quod ipse vere opus ingens ac vel tempori vel eorum viribus impar susceperint, veniaque digni quod omni ex parte perfectum praestare nequiverint. Ingenui enim fuere, ut qui in prae-

(1) Collectio diversarum constitutionum, et literarum Romanorum Pontificum a Gregorio VII. ad Gregorium XIII. Romae Bladus 1579 in 4°.

(2) Clementis VIII. P. M. Decretalium lib. V. Romae apud Paulum Bladum 1592 et in fine 1593 fol. max. cujus de existentia libri valde dubitant accuratiores Bibliographi mihi tamen visa, et contrectata editio in Bibliotheca Praesulis Mariani de Aquino, ut videre est in ejus catalogo impresso Romae pag. 62.

(3) Nimis longus, et toedii plenus foret hic syllabus editionum epistolarum, quae ad singulos Pontifices pertinentes vulgatae interdum fuere a pluribus viris doctis, longior, et gravior foret etiam series primarum collectionum, quae *bullaria* singularia nuncupantur, difficilius etiam foret omnia colligere in grandem bibliothecam; inutilis denique sumptus et labor post magna, et universalia *bullaria*, quibus ditati sumus. Illa qui velit singillatim noscere, adeat Alberti Fabricii Bibliothecam Latinam edit. Venetae anni 1728 pag. 569 tom. 2; at perfecta collectio universi juris Pontificii post hac constabit *corpore juris Civilis Parisino* annorum 1685 1687 vel Lipsiensi annorum 1695 1705 vol. 2 fol. dein. *Bullario Coquelino* mox Benedicti XIV., et hoc demum, quod edendum curavimus.

fatione profitentur se concinnatam ad proprios usus collectionem, interpolatam, et mancam cessisse precibus Typogrophorum, ut prelo subijceretur; nec dum enim sive Ecclesiasticae Historiae, sive Juris Pontificii ediscendi studium archivia reseraverat, proindeque uberiorem cognitionum suppellectilem parare non poterant. Quibus impedimentis beneficio temporis superatis, antiquiorem congeriem constitutionum pontificiarum *a Sancto Leone Magno*, ad annum decimum Pontificatus *Clementis XII.* refundere suscepit consilio feliciori *Carolus Coquelines*, et pene perfecit, ut innuit in praefatione quam operi suo praemisit, quod merito inscripsit *bullarium privilegiorum*, *ac diplomatum Romanorum Pontificum amplissima Collectio*, quae ad Kalendas Februarius 1739 anno X. Pontificatus *Clementis XII.* pertingit.

VII. Itaque eo rem perduxit Coquelines, ut integrum jus Pontificium constaret aetate sua voluminibus, quae supra commemoravimus, a *Dionysio parvo*, seu verius *LEONE I.*, usque ad Constitutiones *Clementis V.*, addita, quam ipse adornaverat, collectione. Verum ea aetate perfectum corpus juris Pontificii videri istud poterat. At postquam *Clementi XII* ad cujus Pontificatum desinit Coquelina compilatio, successit immortalis memoriae *Benedictus XIV.* doctrina insignis, omnibusque pollens virtutibus, homines tum illius juris peritos, tum Civilis prudentiae, et Ecclesiasticae Disciplinae studiosos locupletissimae accessionis coepit expectatio. Longaevus, ille ac utriusque Imperii occupationibus distentus Pontifex quatuor volumina, quae constitutiones, et Epistolas ab initio Pontificatus sui, ad annum 1757 complectebantur juri Pontificio adjunxit, et dedit, doctoribusque, et scholaribus Bononiensis Athenaei liberali animo est elargitus.

VIII. Eo quum res devenissent, juri scripto Pontificio finem quodammodo minitatae sunt vicissitudines temporum saevissimae, quas a longe insurgentes declinandi cupidus Clemens XIII. rem, sicut acceperat, reliquit publicam. Pauca Clemens XIV. propter Pontificatus brevitatem gesserat. Materiam vero incremento juris Pontificii multam paraverat, venerandus inter aerumnas *Pius VI.* sed prodromum novae videre collectionis vix licuit (1). Nam sede sua expulsus juris Pontificii complendi spem fere totam abjecerat.

(1) Pii VI. Pont. Max. Alloquutiones, homeliae, pleraeque epistolae tum vulgatae, tum hactenus non vulgatae, opera et studio Caesaris Brancadori Archiepiscopi etc. tom. primus Amsterlaedami 1792 fol. max. cujus pauca exemplaria, ab Editore donata, caetera naufragio perdita.

Pauci, et clanculum procellae illius finem expectabant. Per illud sane tempus nihil de Vaticanis Archiviis deperierat, et brevis fuit mora occupantium hanc Ecclesiae ditionem (Pontifice depulso), cum Ille in exilio vitam reliquisset. Facilis fuit, Deo adjuvante, *Pii VII.* ejus Successoris reditus, in suam sedem restituti. Sed longe graviorem conditionem subiit Sanctissimus Pontifex, primum ad longinquas regiones, specie Sacri muneris sui vocatus, mox per vim extorris, serius redux, tandem in componendis utriusque in eum translati Principatus negociis perturbatissimis, tota vita occupatus. Inter haec peregrinari contigit etiam Archiviis Vaticanis, et aliquod ex iis fortasse amissum est, indeque, ob tempora novarum rerum feracia, perficiendi collectionem constitutionum, quae ab anno 1758 sub sex praestantissimis Pontificibus prodierant plurimum difficultas est aucta. Etsi copia fuisset, imprudentia haud vacasset editio rebus trepidis. Sed Romana vicit constantia, Numine adjuvante, ac de hostibus triumphum agente.

IX. Rem itaque tantis difficultatibus obnoxiam a *Dionysio* exiguo inchoatam *Leone I.* Ecclesiam gubernante, Dei Providentia perficiendam reservavit evecto ad Regimen Ecclesiae Sanctissimo D. N. Gregorio XVI., cui inter caeteras quas illi auguramur felicitates, non erit postrema profecto, vel levior intuendi completam juris Pontificii collectionem usque ad Praedecessorem suum, cum Ipse zelo ardeat Ecclesiasticae Dignitatis, et Disciplinae, utque duobus sibi a Deo commissis imperiis satisfaciat, civili regimini incumbat populorum concreditorum, aeque, ac Gregis Christi custodiae, parans posteris quantoque novae collectionis segetem uberiorem.

X. Jam vero studiosos Juris Pontificii, oportet praemonere quid operis in hac collectione praestitutum sit. Constitutiones, nec non Literae in forma Brevis, et ad Principes, aliosque illustres viros, ac alloquutiones in ea collectae reperiuntur Clementis XIII., et Clementis XIV. Pii VI. et Pii VII., nec non Leonis XII. et Pii VIII. pretium tandem operis erit Epitome, seu collectio rerum alphabetico ordine disposita. Ampla profecto supellex Historiae, tum Ecclesiasticae, tum Civilis proximiorum temporum concinnandae oppido necessaria iis, qui juris illius corpus ad annum usque 1830 continuatum desiderant juris Pontificii studiosis.

XI. Nulla sane pars altera collectionum, quas supra commemoravi, potioris habenda, quam ista novissima accessio, sive

tempora respicias per quae incedit, sive Pontifices contempleris, quorum Constitutiones complectitur, sive demum argumentorum gravitatem consideres, in quibus Constitutiones ipsae versantur. Ad tempus quod attinet, ejus aetatis sunt, qua nulla novarum rerum studiosior. Tota commota per istud tempus Europa, imperiorum mutationes, Principes exules, pulsi Sacerdotes, Templa diruta; aeraria exausta; migrationes Gentium, conflictus opinionum; horrida bella, et multo spumantes sanguine campi: Quibus in periculis quantum utraque dignitas Pontificum, et haec ipsa tellus eorum dominationi subjecta partem habuerit commemorare taedet, animusque refugit recordari. Horum tamen memoriam posteris, ipsae servabunt Constitutiones, et Brevia, et Litterae quas nostra complectitur collectio, utque Religio, et Pontificia dignitas ab iis periculis gloriosior emerserint, testabitur.

XII. Hinc ad Pontifices, qui per eam aetatem opportune dati Divinitus, meditatione conversa; perpetuum collectio nostra testimonium perhibebit, ut imminentem a longe procellam antea viderit oculis superne illustratis S. M. Clemens XIII., et Sanctitate morum, exemplo, precibus Deo effusis arcuerit, et Ecclesiasticae Disciplinae rigore continuerit. Illius profecto Constitutiones spirant undique prudentiam civilem Principis, cum sanctitate Pontificis conjunctam, et praevidentiam superiorem humanis facultatibus indicant. Et confirmavit eventus eum pronovisse quid prima novarum opinionum fulgura intentarent. Tradidere patres nostri eum obiisse, dum Supremum Numen deprecabatur, eumque orantem expressit miro artis prodigio in monumento Vaticano, Phidias redivivus, morte, non fama ac celebritate extinctus.

XIII. Clementis XIV. brevis aetas, mors cita, sed maxima doctrina, ingenium facile, comius quam principis, et mascula virtus. Perpetua éjus recordatio futura, quod aerario consuluerit, simulque populos ab oneribus publicis sublevaverit. Caeterae Constitutiones ejus demonstrant graviora negocia expedivisse, quorum mentio erit perpetua in fastis Ecclesiasticis.

XIV. Longe plures, pro longitudine Pontificatus suppetunt ad historiam Ecclesiasticam Constitutiones Pii VI. multae ad Principem pertinent, omnes ad aeternam memoriam Pontificis domi magnifici et benefici, ubique in suo munere strenui statim ac oportuit cum adversa fortuna, et novatorum perfidia dimicare, extorris a sede sua, victoris, patiendo, ad constantiae triumphum redituri, nisi morte fuisset preventus.

Digitized by Google

XV. Erat enim, divino Consilio, reservata Pio VII. pugna acrior, et victoria solidior per singularem constantiam comparanda. A Deo Ecclesiae Catholicae Pontifex Venetiis datus, ubi primum in hac S. Petri Sede collocatus est, pace caduca, nec plena, statim sarciendi naviculam Petri fatiscentem suscepit curam, et regiminis temporalis componendi. Magna quidem aggressus, et ardua, perfecit plura. Sed peregrinari coactus, vix redierat ad opus quum terribilis undique excitata procella, eum rapuit in longum exilium. Hac tandem sedata per eum faedera inita perpetua, compositae difficultates in rebus Ecclesiasticis, firmissima novatoribus propugnacula opposita, recuperatae Ditiones omnes, novus ordo regiminis Civilis inductus, restituti Ordines Regulares.

XVI. Deinde Leo XII., et Pius Octavus ad Sanctam Sedem evecti brevem in solio vitam duxere sed meritis, operibusque praestantibus plenam. Novis impendentibus calamitatibus Eos D. O. M. ad se vocavit, et immarcescibili justitiae corona donavit.

XVII. Ad has tempestates tandem Rex Regum, et Dominus Dominantium reservaverat Summum Pontificem Gregorium XVI. cujus fruimur imperio. Statim, ac duplici Diademate coronatus est, saeviori tempestate suborta, heu quid in suo Corde non passus in tot, tantisque rerum vicissitudinibus, et temporum adversitatibus! *Armatus tamen armatura* fortium, firmitor, et strenue prosperoque successu pro tranquillitate, et salute Christianae Reipublicae, suorumque populorum dimicavit, et Deo dante, apparuit Iris praenuncia pacis solidioris. Omnia haec testantur, docentque Constitutiones, quae hanc nostram complent accessionem ad jus Pontificium. Quamobrem gratum opus nostrum futurum speramus omnibus, non modo qui ad Studia Ecclesiastica incumbunt, sed etiam qui historia, quique prudentiae Civilis meditatione delectantur.

Digitized by Google

INDEX RUBRICARUM

OMNIUM CONSTITUTIONUM

QUAE

IN HOC TOMO CONTINENTUR



CLEMENTIS XIII.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

INDEX
VOCABULORUM INITIALIUM
OMNIUM CONSTITUTIONUM
QUAE
IN HOC PRIMO TOMO CONTINENTUR

A

C

D

E

G

I

M

N

O

P

Q

R

S

U

V

Digitized by Google

CLEMENS XIII.

PONT. CCLII.

ANNO POST VIRGINIS PARTUM MDCCLVIII.

Clemens XIII Venetiis natus die 7 Martii 1693, Carolus Rezzonico antea dictus, Presbyter Cardinalis Tituli S. Marci, Benedicti XIV Successor, olim Episcopus Patavinus, creatus Cardinalis a san. mem. Clementis XII die 20 Decembris 1737 Summus Pontifex renunciatus est feria quinta, die sexta Julii 1758 a meridie; coronatus fuit die Dominico 16 ejusdem Mensis et Anni. Ecclesiam gubernavit per annos decem, menses sex, diesque viginti et octo. Ejus corpus conditum fuit in Basilica S. Petri Apostoli, ibique erectum insigne monumentum marmore sculptum ab Antonio Canova nostræ ætatis Phidia. Huic autem Clementi in Pontificatu successit Clemens XIV e familia Ganganelli de quo inferius.



I.

Datum 11 Julii 1758 Anno I.

Allocutio Sanctissimi Domini Clementis PP. XIII. ad Emos, et Rmos Dominos S. R. E. Cardinales habita in primo Consistorio secreto pro gratiarum actione post electionem ad Sanctam Sedem Apostolicam, feria quarta die 19. Julii 1758.

Venerabiles Fratres

Proemium

Consilium de Supremo Sacrosancti Apostolatus munere tenuitati nostræ deferendo initum, cum primum Nobis apertum fuit, Fraternitatibus Vestris præ cæteris manifestius constat, quantum et precibus et lacrymis deprecati fuerimus, ut irritum prorsus fieret ac penitus abjiceretur: Satis profecto conscii, maxima infirmitate circumdatos haud pares debitasque ad tam periculosum Apostolicæ servitutis onus sustinendum digneque obeundum vires ac virtutes habere. Sed quoniam Omnipotens Deus, cujus providentia in sui dispositione non fallitur, sibi bene complacuit, ut brevi horarum spatio per vestra suffragia gravissimum hujusmodi ministerium Nobis dolentibus ac mœrentibus imponeretur, Divinæ potius voluntati acquiescendum, quam propriæ nostræ sententiæ obsecundandum esse duximus. Postquam autem supplices ad hanc usque diem preces et hostias pacificas cum gratiarum actione obtulimus bonorum omnium largitori Deo, qui Beatissimi Petri Apostolorum Principis Successorem declarare, atque Nos in sortem Summi Sacerdotii vocare et eligere, et ad Supremi æternique Pastoris animarum nostrarum Jesu Christi vices in terris gerendas constituere dignatus fuit, fas est, ut hodierna die etiam ex hoc loco coram Vobis, Venerabiles Fratres, preces et vota cum sollemni laudum confessione renovemus.

Omne a Deo non ab humanis viribus sperandum.

Gratiarum actio.

Quam vero Fraternitatibus Vestris habemus, et quam unicuique Vestrum, ubicumque opportuna de amplissimo ordine, dignitate et commodis vestris benemerendi gratificandique se dederit occasio, prompti ac parati sumus referre gratiam, haud satis aptis verbis explicare possumus; Sed Vobis persuasum esse cupimus, Nos nunquam passuros fore, ut de grati animi defectu ar-

Depositum Orthodoxae Fidei sartum tectumque servare promittit.

guamur. Porro quo ad depositum Orthodoxæ Fidei, Nobis plane immerentibus divinitus creditum commissumque, rite sancteque servandum, quo ad Sacrum Catholicæ Ecclesiæ Principatum in centro unitatis sartum tectumque custodiendum, quo ad inconcussas Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis rationes cum rebus spiritualibus ac temporalibus conjunctas sedulo accurandas, forti pectore tutandas, ac pro viribus provehendas, non faciemus animam nostram pretiosiorem quam Nos, fore in Domino confidentes, ut cœlesti suo præsidio fiant ardua et prava in directa, et aspera in vias planas. Expropter Vos, Venerabiles Fratres, quos in excolenda Vinea Dei Sabbaoth pretioso Jesu Christi Sanguine fundata cooperatores et consiliarios habere lætamur, vehementer rogamus, atque in Domino hortamur, ut non solum assiduis pro Nobis ad misericordiarum Patrem obsecrationibus adjuvare pergatis, sed etiam saluberrimis consiliis et monitis, sedula amplissimi vestri in Universalis Ecclesiæ procuratione ministerii opera, eximia sapientia, singulari prudentia et Ecclesiastico zelo semper præsto adesse, alacriter sublevare, opportune admonere, et in tempore consulere satagatis. Dum os quidem nostrum patet ad Vos, Venerabiles Fratres, cor nostrum in veritate dilatatum est. In hac enim studiosa certaque Fraternitatum Vestrarum æmulatione mutuaque charitate ad opus Dei operandum, æternam nimirum Christifidelium salutem procurandam firmissimum præsidium collocantes, ac pro certo Nobis pollicentes, non defuturam speramus cæptis curisque Nostris Apostolicis cœlestem opem ac patrocinium. Ita sane fiet, ut Sacrosancti Apostolatus initia, Deo auctore et auspice, suscepta, ipso etiam Duce præeunte et opitulante prosperis successibus procedant, augeantur et cumulentur ad majorem divini nominis gloriam, ad Orthodoxæ Fidei incrementum, Sacrosanctæ Religionis cultum, et sempiternam animarum nostrarum in cœlesti statione tranquillitatem et lætitiam.

Consilium et auxilium ab Emis Patribus exposcit in universalis Ecclesiae procuratione.

II.

Privilegia exemptionis et indulta conceduntur Dapiferis, qui in Conclavi suæ Assumptionis S.R.E. Cardinalibus inservierunt. Dat. 5 Idus Julii 1758. Anno I.

Eadem privilegia concessa fuere ab Innocentio XIII Const. edit. 1721. 18 Maii, a Benedicto XIII Const. alia pridie Nonas Junii 1724, et a Clemente XII Const. edit. 1730 Jul. 26, ut videre est in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIV.
Urbis.

Motu proprio etc. Nos volentes Dilectos filios nostros, dum Cardinalatus honore fugebantur, ac Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Dapiferos, qui Conclavi, in quo divina favente Clementia ad Summi Apostolatus Apicem assumpti fuimus, inservierunt, quique ea de causa labores, vigilias, et incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis, et privilegiis pro cujuscumque meritis exornare, ac eosdem Dapiferos, et eorum singulos. Causae indulti

§. 1. Motu proprio non ad ipsorum Dapiferorum, vel alterius pro ipsis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam; Sed de mera liberalitate, certaque scientia nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine in veros, indubitatos, et non fictos Familiares continuos commensales nostros, et eos, qui ex illis Clerici existunt, seu Militiæ Clericali adscribi desiderant, quosque tres ex præfatis Cardinalibus, in quolibet ordine antiquiores gradu ex præfatis Cardinalibus, in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, et aliis meritis, dignos tali dignitate judicaverint in nostros, et Apostolicæ Sedis Notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, tenore præsentium recipimus, et tam illos, quam alios Dapiferos singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus, digni tali honore approbati fuerint, Sacri Palatii, et Aulæ Lateranen. Comites et Milites, ac tam illos, quam alios omnes quoscumque Dapiferos indistincte, qui Nobiles non sunt, Nobiles quique Urbis vel cujusvis alterius ex Civitatibus, temporali Dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ mediatæ, vel immediate subjectis, Cives

Dapiferi creantur commensales, et Notarii Apostolici.

Nobiles, et Cives

esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, et ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti, petierit, veros Cives, ad instar, et nulla prorsus differentia, inter eos, et singulos alios veros, originarios, et antiquissimos, et Nobiles participantes, Cives ipsius Urbis, vel Civitatis.

Jus Civitatis in haeredes transit.

§. 2. Ita ut ipsum Jus Civilitatis, ad quoscumque eorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, et deputamus, ac Nobilitatis, et Civitatis titulo, et honore, et insigniis decoramus; aliorumque familiarium continuorum commensalium, Nobis actu in Palatio nostro Apostolico servientium, et in illius Tinello comedentium, et bibentium ac nostrorum, ac Sedi Apostolicæ Notariorum, Palatiique, et Aulæ præfatæ Comitum, Militum, et Nobilium, et Civium hujusmodi originariorum numero, et consortio favorabiliter aggregamus, at pro veris, indubitatis, et non fictis familiaribus continnis comensalibus, ac Notariis nostris, Comitibusque, Militibus, Nobilibusque, ac Civibus deinceps haberi, et reputari volumus, et mandamus, eisque in quibuscumque impetrationibus, ac concessionibus, et litteris tam gratiam, quam Justitiam separatim, seu utramque mixtim concernentibus, se Familiares, continuos commensales nostros, et Comites, Milites, Nobiles, ac Cives, originarios nominari; nec propterea impetrationes, concessiones, et litteræ ipsæ subreptionis vitio subjaceant, sed validæ, et efficaces existant, ac ex nunc deinceps, et in perpetuum omnibus, et quibuscumque prorsus similibus antelationibus antelationum, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, et declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac Juribus, quibus alii nostri Familiares tempore dictæ Assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii, etiam de numero participantium, existentes, etiamsi habitum, et rocchettum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique, et Aulæ prædictæ Comites, et Milites, ac Nobiles originarii, et antiquissimi Cives ejusdem Urbis vel Civitatis, quam ut præfertur elegerint, quicumque ex utroque Parente, vere Nobili, ac Cive originario, et antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali privilegio, seu alias etiam per quascumque litteras, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in Judicio, et extra sine tamen eorumdem Notariorum, de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, gaudere libere, et licite valeant realiter, et integre in omnibus, et per omnia, etiamsi in Urbe, et Civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de vero Nobili genere ex utroque Parente originario, et antiquissimo Cive procreati forent, et hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta, et Jura, quæ pro aliis Nobilibus, et Civibus originariis emanarunt, et quæ ratione Nobilitatis, et Civilitatis naturalis, et originariæ aliis competunt pro eisdem Dapiferis in specie emanassent, seu emanarent, et eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competerent vigore præsentium indulgemus.

§. 3. Ac singulos Dapiferos præfatos a solutione, et exactione Decimarum Ecclesiasticarum, ubique locorum, et ex quacumque quantumvis urgentissima, et inexcogitabili causa, et occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum etiam Venetorum, et quorumcumque aliorum Principum impositarum, et pro tempore imponendarum liberamus, et eximimus, liberosque, et exemptos fore, et esse decernimus; nec non ipsis Dapiferis, eorumque singulis quoscumque fructus, et proventus Ecclesiasticos, tam occasione pensionum annuarum ipsis, vel eorum alicui reservatarum, quam ratione omissionis, recitationis horarum Canonicarum indebite perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint, gratiose remittimus, et condonamus, ac cum eis super inhabilitate per eos, propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo quod censuris ligati, Missas, et alia divina officia, non tamen in contemptum Clavium celebraverint, aut alias in Divinis se immiscuerint, ut illa, et eisdem præmissis non obstantibus ad omnes, etiam Sacros, at Presbyteratus Ordines, alias tamen, rite promoveri, et in illis etiam susceptis alias rite per eos Ordinibus, etiam in Altaris Ministerio, ministrare, etiam libere, et licite valeant dispensamus; — A gabellis liberantur

§. 4. Ac eosdem Dapiferos si qui eorum defectum natalium patiantur ex — Illegitimos, legitimos natalibus restituit

quocumque damnato, et illicito coitu, etiamsi ex Nobilissimis Parentibus, et vilibus fœminis forsan procreati sint, etiamsi legitimati alias existant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, et abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, ac cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, et maternis, et aliorum Consanguineorum, seu Cognatorum, vel aliorum quorumcumque non tamen feudalibus, et emphyteuticis, aut Ecclesia acquisitis, ac sine præjudicio venientium ab intestato, vel ex Fideicommisso, seu alias de jure valida dispositione succedere, et illa donationis, seu alio quovis titulo consequi, et habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura legitima, et successiones ex testamento, vel ab intestato hæreditates, legata, libertates restituendo, et reintegrando realiter, et cum effectu.

Ad dignitates admitti jubet.

§. 5. Nec non ad Dignitates, Honores, et quæcumque alia Officia sæcularia publica, vel privata etiam assumi, illaque gerere, et exercere in omnibus, et per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud Canonicum eis non obstet impedimentum, ac Clericali charactere, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri, et ad omnes etiam Sacros, et Presbyteratus ordines, si ad illos nondum promoti sunt, promoveri, et postmodum charactere, et ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem Ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, et qualiacumque cum Cura, et sine Cura Beneficia Ecclesiastica etiamsi Personatus, Administrationes, et Officia, etiam Curata, et electiva in Cathedralibus, et Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, et Præbendæ non tamen in Cathedralibus, ac Dignitates, non tamen in eisdem Cathedralibus post Pontificalem, majores, nec principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur, in illis recipere, et dummodo plura simul non sint, quam que a Concilio Tridentino permittuntur quoad vixerint retinere libere, et licite valeant similiter dispensamus.

Expeditionem litterarum gratis fieri mandat.

§. 6. Quodque omnes, et quæcumque gratiæ, provisiones, Commendæ, ac præsentes, et quævis aliæ litteræ Apostolicæ, ac etiam in forma Brevis pro illis expediendæ, gratis ubique expediantur, tam de capienda possessione nomine Cameræ Apostolicæ, quam in favorem litterarum Apostolicarum, ubi illis super provisionibus quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris familiaribus, et continuis comensalibus, etiam gratis dantur, ac conceduntur, etiam dari, et concedi debeant præcipimus, et mandamus; Ac Dapiferis præfatis, et eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum, aut personæ quæcumque Ecclesiasticæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, et eorum singulos eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus, proventibus, Juribus, obventionibus, et emolumentis universis certis, et incertis, ac distributionibus quotidianis quarumcumque Mensarum Episcopalium, Archiepiscopalium, et Abbatialium, et Dignitatum, et Canonicatuum, et Præbendarum, cæterorumque beneficiorum Ecclesiasticorum non tamen per S. R. E. Cardinales obtentorum, et in posterum obtinendorum cum Cura, et sine Cura, Sæcularium, aut quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, et proventus, aliaque emolumenta, et distributiones hujusmodi reservatas, seu reservatos, ac reservandas, seu reservandos, etiam si alias semel, vel pluries translatæ, seu translati fuerint usque ad summam centum Ducatorum in toto, vel parte, ac etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassatæ, et extinctæ fuerint alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, et proventus, et alia emolumenta, et distributiones hujusmodi usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis per eosdem Dapiferos, et eorum singulos nominandis quotcumque, quæcumque et qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus alias tamen Pensionum hujusmodi capacibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, et forma, quibus eisdem Dapiferis reservati erant, etiam absque beneficia hujusmodi obtinentium consensu integre

Facultatem transferendi pensiones usque ad summam 100. Ducatorum impertitur.

persolvendas, seu persolvendos, et per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, et levandos, reservare, constituere, et assignare valeant, ipsique Translatarii in possessionem dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Dapiferi tempore translationis per eos vigore præsentium faciendæ existebant in omnibus, et per omnia subrogati esse censeantur, etiam concedimus, et indulgemus, etiamsi similem gratiam a Prædecessoribus Nostris alias forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulative eos gaudere, et potiri volumus.

Cumulativa simul gratiarum.

§. 7. Decernentes ipsas translationes et novas reservationes, constitutiones, et assignationes pensionum, seu fructuum, redditnum, et proventuum, aliorumque hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque Beneficia, super quorum fructibus, redditibus, et proventibus reservatæ fuerint, obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore, ac eisdem Dapiferis, ut ratione quarumcumque pensionum eis, et eorum cuilibet, super quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis, ut præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum Ducatorum auri de Camera pro quolibet nunc, et pro tempore reservatarum, et reservandarum habitum, et tonsuram Clericales gestare, et in illis dummodo ipsi habitum decentem, et honestum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam cogi, seu compelli, minusque aliquas Sententias, aut Censuras etiam privationis, seu Cessationis ipsarum pensionum incurrere possint, ipsasque pensiones ad præfatam summam ducentorum ducatorum ascendentes, et reservatas, ut præfertur, etiamsi matrimonium contraxerint, cum unica tantum, et virgine recipere, et retinere.

Facultas retinendi pensiones ad summam 200 Ducatorum.

A necessitate deferendi habitum, et tonsuram Clericalem dispensat.

§. 8. Postremo quod bona quæcumque ad dictos Dapiferos, et eorum quemlibet spectantia, et per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam Canonicatuum, et Præbendarum, ac Dignitatum quarumcumque per eos alias obtentorum, et obtinendorum, aut alias quomodolibet, et quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria legitime tamen, et licite acquisita, et acquirenda etiam in Urbe, ejusque districtu, et ubicumque existentia Spoliis minime subjaceant, sed ipsi Dapiferi etiamsi Religioni alicujus Militiæ etiam S. Joannis Hyerosolimitani adscripti fuerint de illis in favorem quarumcumque Personarum, de jure tamen capacium, etiamsi Curiales esse desierint, et in quocumque loco, quantumvis remoto eos decedere contigerit testari, et alias disponere, eisque ab intestato decedentibus, eorum hæredes quicumque succedere libere, et licite valeant simili modo concedimus, et indulgemus.

Bona ipsorum a spoliis liberat, testandique facultatem indulgetur.

§. 9. Præcipientes, et mandantes Dilectis Filiis nunc, et pro tempore existentibus S. R. E. Camerario, Thesaurario, Præsidentibus, Clericis Cameræ nostræ Apostolicæ, ac quibuscumque aliis Spoliorum hujusmodi Collectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Procuratoribus, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes dictorum Dapiferorum desuper molestare audeant, seu præsumant, ac etiam decernentes, donationes etiam per viam Testamenti, et Codicillorum per ipsos Dapiferos de eorum bonis hujusmodi, servatis de juris servandis, faciendas semper, et perpetuo validas, et efficaces fore, nec eosdem Dapiferos, eorumque aliquam ad litteras super præsentibus conficiendas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, et registrari faciendum, teneri, nec illas, etiam si infra tempus legitimum insinuatæ, admissæ, seu registratæ non fuerint proptarea minus validas censeri, seu suos plenarios effectus sortiri dabere, easdemque præsentes, et in eis contenta quæcumque, sub quibusvis limitationibus, revocationibus, suspensionibus, modificationibus, decretis, Constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent aut moderarent, quæ à Nobis, et dicta Sede pro tempore, et de quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in divini Cultus augumentum, etiam concistorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel in posterum emanaverint minime comprehendi, sed quoties illæ emanabunt toties in pristinum statum repositas, et reintegratas esse, censeri, sicque per quoscumque Judices, etiam Commissarios quavis auctoritate fungentes in quavis causa, at instantia sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate ubique judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Eximit a molestiis.

Eximit ab insinuatione in Camera.

Clausula sublata, et decretum irritans

Expeditionem gratiosam mandat.

§. 10. Et insuper Dilectis Filiis Rescribendario, et Computatori Collegii Scriptorum litterarum Apostolicarum, aliisque, ad quos earumdem litterarum Expeditio spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna indignationis nostræ motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus mandamus, ut easdem præsentes, et forsan alias litteras super præmissis omnibus, tam conjunctim, quam divisim, ac pro singulis quibuscumque derogationibus, decretis, et clausulis in eis contentis, gratis de mandato nostro, ubique in omnibus Officiis, etiam Abbreviatorum, Sollicitatorum, Secretariorum plumbi, et regestri absque alia pecuniarum exactione, etiam per viam compositionis facien. omni contradictione, et dilatione cessantibus signent expediant, et expediri faciant.

Contrariis derogat.

§. 11. Non obstantibus eisdem præmissis, ac de certo Notariorum numero, etiamsi ad illud non sit deventum, quibus alias per præsentes non intendimus derogare, ac regula nostra de præstando consensu in Pensionibus, ac fel. recordationis Pii PP. IV. Prædecessoris nostri de similibus, vel dissimilibus gratiis in Camera Apostolica, infra tres menses præsentandis, ac registrandis, ac Pii Papæ V. etiam Prædecessoris nostri contra illegitimos, ac Pictaven. Concilii, et aliis Apostolicis, ac etiam in universalibus, provincialibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, et Ordinationibus, Monasteriorum, Ecclesiarum, Ordinum etiam Sancti Joannis Hierosoloymitani, ac etiam Urbis Romæ, et aliarum Civitatum, Oppidorum, et Terrarum, aut Cameræ præfatæ, ac quarumvis Universitatum, etiam juramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stabilimentis, usibus, et naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam legibus tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, et Ducalibus etiam sacris Canonibus, privilegiis quoque, indultis, et litteris Apostolicis, Superioribus, ac Personis, et Locis quibuscumque in genere, vel in specie, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis irritantibus, et aliis decretis etiam vim contractus, et statuti perpetui continentibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, ac etiam concistorialiter, ac alias forsan in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, inter alia disponentibus, quod Beneficia Urbis, nonnisi Personis certis modo, et forma qualificatis, et oriundis exceptis locis, ac trium Ordinum Militiarum expresse professis conferri, et commendari soleant, quibus omnibus etiam si alias pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse harum serie, motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio L.

Et cum absolutione a Censuris ad effectum etc. et in casibus regulæ de insordescentibus cum opportuna illius, nec non alterius regulæ de non tollendo Jure quæsito, aliisque necessariis, et opportunis derogationibus, quatenus opus sit, et quod Indultorum, concessionum, gratiarum, derogationum, aliorumque præmissorum omnium, et singulorum major, et verior specificatio, et expressio fieri posset in litteris, in quibus singulorum Dapiferorum nomina, et cognomina, ordines, qualitates, gradus, Diœceses, Patriæ, et alia requisita exprimi, et describi, seu pro expressis, et descripta haberi possint juxta notulam per ipsos, seu eorum deputatos confectam, simul, vel ad partem in una non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur expedire etc.

§. 12. Volumus autem quod litterarum super præsentibus conficiendarum Transumptis etiam impressis, et sigillo, et manu alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, et subscriptis eadem fides tam in Judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ; Volumus præterea, quod sola præsentis Motu proprii nostri signatura sufficiat, et ubique fidem faciat Transumptorum fides.

in Judicio, et extra illud, regula quacumque contraria non obstan.

. . .

Fiat L.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Quinto Idus Julii Anno Primo.

NOMINA

Eminentissimorum DD. Cardinalium, et Dapiferorum sunt hæc quæ sequuntur.

Carolus Rezzonico nunc Clemens XIII. Venetus.
Comes Galeattius Marescotti Clericus Nob. Rom.

EPISCOPI VI.

Ranerius Episcopus Ostien., et Velitemen. S. Colleg. Decanus Card. Felci Florent.
Abbas Joseph Vai Clericus Nob. Pratensis.
Frater Joannes Antonius Episcopus Portuen. S. R. E. Card. Guadagni Florentinus.
Abbas Vincentius Capranica Clericus Nob. Rom.
Franciscus Episcopus Albanen. S. R. E. Card. Burghesius Rom.
Petrus Paracciani Cler. Nob. Rom. Bas. Liberianæ Can.
Joseph Episcopus Prænest. S. R. E. Card. Spinelli Neapol.
Antonius Camillus Androsilla Presbyter Nob. Rom. Eccl. S.Joan. Lateran. Can.
Carolus Maria Episcopus Tusculanus S. R. E. Card. Sacripantes Rom.
Marchio Nic. Maria Sacripantes Vittutius.
Joachim Ferdinandus Episcopus Sabinen. S. R. E. Card. Portocarrero.
Comes Petrus Negroni Cler. Nob. Rom.

PRESBYTERI XXVIII.

Dominicus Tituli Sanctæ Praxedis S. R. E. Card. Passionei Forosempronicnsis.
Abbas Jacobus de Salha Presbyter Bajonensis in sacra Theologia licentiatus, Socius Sorbonicus, Ecclesiæ Parisiensis Can. ac Tholosanæ Dioecesis Vicar. Generalis.

Camillus tituli S. Mariæ Transtyberim S. R. E. Card. Paulutius Forolivien.
Arimbertus Borbon De Monte Presbyter. Nob. Rom. Vat. Bas. Canonicus.
Carolus Albertus Guidobonus Tit. S.Mariæ de Pace S. R. E. Card. Cavalchini.
Philippus Nuti Nob. Eugub. Ordinis SS. Mauritii et Lazzari Commendator.
Jacobus Tituli S. Anastasiæ S. R. E. Card. Oddi Perusinus.
Comes Henricus Oddi Cler. Patritius Perusin.
Federicus Marcellus Tit. S. Silvestri in Capite S. R. E. Card. Lantes Rom.
Antonius ex Ducibus Lante Cler. Nob. Rom.
Marcellus Tituli S. Mariæ de Transpuntina S. R. E. Card. Crescenzi Rom. Archiep. Ferrarien.
Abbas Lelius De Cinque Cler. Nob. Rom.
Georgeus Tit. S. Ceciliæ S. R. E. Card. Doria Januen.
Abbas Cajetanus ex Ducibus Caffarelli Cler. Nob. Rom.
Joseph Tit. S. Mariæ in Via S. R. E. Card. Puteobonellus Mediolan. Archiep. Mediolanen.
Ludovicus ex comitibus Degli Oddi Cler. Patritius Perusin.
Fortunatus Tit. S. Calisti S. R. E. Card. Tamburrinus Mutinen.
Angelus Fabroni Presbyter Patrit. Pistorien., ac Bas. S. Mariæ in Transtyberim Canon.
Hyeronimus Tit. S. Mariæ Angelorum S. R. E. Card. Bardi Floren.
Abbas Franciscus Viviani Cler. Nob. Florent.
Daniel Tit. S. Mar. supra Minervam S. R. E. Card. Delfinus Venetus.
Comes Philippus Casoni Cler. Nobilis Lunensarzanen.
Carolus Victorius Amadeus Tit. S.Sixti S. R. E. Card. Delle Lanze Taurinen. Arch. Nicosien.
Antonius Ciafaglione ex Ducibus Villebonc Presbyter Nob. Panormitan.
Henricus Benedictus Maria Clemens Tit. SS. Duodecim Apostolorum S. R. E. Card. Dux Eboracen. Rom.
Franciscus ex Ducibus Caffarelli Presbyter Nob. Rom. ac Vaticanæ Basilicæ Can.
Joseph Maria Tit. S. Pancratii S. R. E. Card. Ferroni Florent.
Marchio Joseph Ferroni Cler. Nob. Floren.

Fabritius Tit. S. Stephani ad Montem Cœlium S. R. E. Card. Serbelloni Bononien.
Abbas Cristophorus Antonius Rusca Presbyter Nob. Tirolensis.
Joannes Franciscus Tit. S. Martini ad montes S. R. E. Card. Stoppani Mediolan.
Comes Franciscus Soderini Cler. Nob. Rom.
Lucas Melchior Tituli S. Crucis in Hyerusalem S. R. E. Card. Tempi Florent.
Abbas Vitalissimus Arrighi Cler. Nob. Florent.
Carolus Franciscus Tit. SS. Quatuor Coronatorum S. R. E. Card. Durini Mediolanen. Archiep. Episc. Papien.
Antonius Schiaffinati Presbyter Nob. ac Cathedralis Papien. Can.
Cosimus Tit. S. Clementis S. R. E. Card. Imperiali Januen.
Abbas Josephus Firrao Cler. Nobil. Neapolit.
Vincentius Tit. SS. Marcellini, et Petri S. R. E. Card. Malvezzi Bononien.
Abbas Antonius Cibello Cler. Neapolit.
Clemens Tit. SSmæ Trinit. ad Montem Pincium S. R. E. Card. Arginvillieres Rom.
Abbas Dominicus Rutati Cler. Patritius Pistoriensis.
D. Antonius Andreas Tit. S. Petri in Vinculis S. R. E. Card. Galli Bononien.
Abbas Julius De Dominicis Presbyter Patrit. Typhernaten.
Antonius Tit. S. Pudentianæ S. R. E. Card. Sersale Surrentinus Archiep. Neapolit.
Abbas Joseph Mollo Presbyter Nob. Neapolit.
Albericus Tit. SS. Laurentii et Damasi S. R. E. Card. Archinto S. R. E. Vicecancellarius Mediolan.
Alexander De Lascaris ex comit. Ventimille Presbyter Vintimilien.
Joannes Baptista Tit. . . . . . S. R. E. Card. Rovero Archiep. Turinen. Astensis.
Ludovicus ex comit. Gazelli Turinen. Canonicus.
Paulus Tit. . . . . . S. R. E. Card. D'Albert de Luynes de Versaglies Archiep. Sevonen.
Abbas Joseph Franciscus Felix De Laizer de Siougeat Presbyt. Claramonten.
Stephanus tit. . . . . S. R. E. Card. Potier de Gaspares Parisien. Episc. Beluacen.
Abbas Alexander Yvo de Masbeuf. Diac. Rhedon.
Franciscus Corrado Casimirus tit. . . . S. R. E. Card. de Rodt. de Marispurg Episc. Costantien.
Abbas Scipio Alessandri Cler. Nob. Perus.

DIACONI X.

Alexander tit. S. Mariæ in Via-Lata S. R. E. Card. Albani Rom.
Abbas Josephus Franciscus de Malide Presbyter. Parisien.
Nereus Maria Tituli S. Eustachii S.R.E. Card. Corsini Florentin.
Petrus Franciscus Foggini Presbyter Florent.
Agabitus tit. S. Agathæ ad Suburram S. R. E. Card. Mosca Pisauren.
Abbas Dominicus Boldigara Presbyter Pisauren.
Hyeronimus tit. SS. Cosmæ et Damiani S. R. E. Card. Columna Rom.
Marchio Ignatius Busca Cler. Nob. Mediolanen.
Prosper tit. S. Mariæ ad Martyres S. R.E.Card. Columna De Sciarra Rom.
Franciscus ex Marchion. De Cavaleriis Cler. Nob. Rom.
Dominicus tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano S. R. E. Card. Orsini Romanus.
Abbas Æmilius ex Ducibus Lantes Cler. Nob. Rom.
Joannes Franciscus tit. S. Cæsarei S. R. E. Card. Albani.
Marchio Justinianus Vitelleschi Nobilis Fulg.
Flavius tit. S. Angeli in Foro piscium S. R. E. Card. Chisius Rom.
Abbas Hyeron. Volpi Cler. Nobilis Baren.
Joan. Franc. tit. S. Hadriani S. R. E. Card. Banchini Pistorien.
Abbas Petrus ex com. Ubaldini Cler. Nob. Pistor.
Aloysius M. tit. SS. Viti et Modesti S.R.E. Card. Torregiani Florent.
Abbas Dominicus Vitelleschi Cler. Nob. Rom.

III.

Datum Duodecimo Kalendas Julii 1758. Anno I.

Gratiæ et privilegia Conclavistis postremi hujus Conclavis concessa.

Eadem privilegia concessa fuerunt ab Innocentio XIII. Const. edit. 1721. Maii 18. a Benedicto XIII. const. alia 4. Junii 1724. a Clemente XII. Const. edit. 1730. Julii 16. ut videre est in Bullario Mainardi.

Clemens Papa XIV.
Urbis

Causa Indulti

MOTU PROPRIO etc. Nos volentes Dilectos Filios, Conclavistas, qui Conclavi, in quo Divina favente Clementia ad Summi Apostolatus apicem, assumpti fuimus, Nobis, et Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, uti Familiares, et continui Commensales inservientes interfuerunt, quique ea de causa labores, vigilias, et incommoda plura subierunt habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis et privilegiis pro cujusque meritis exornare.

Donata scuta decem mille Auri pro Conclavi.

§. 1. Ipsosque Conclavistas, quibus hodie, ac aliis participantibus descriptis in Rolo, seu divisione subscripto, seu subscripta per Venerabilem Fratrem Nostrum Carolum Albertum Episcopum Ostiensem, et Veliternensem S. R. E. Cardinalem Guidobonum Cavalchinum nuncupatum Prodatarium Nostrum summam decem millium scutorum auri in auro ex pretio tot Officiorum Vacabilium ad Nos spectantium gratiose donavimus in veros, indubitatos, et non fictos Familiares, et continuos Commensales Nostros, ac eos, qui ex illis Clerici existunt, seu Militiæ Clericali adscribi desiderant, quosque tres præfatæ S. R. E. Cardinales singulatim in quolibet Ordine antiquiores gradu, Nobilitate, et aliis meritis dignos tali Dignitate judicaverint in Nostros, et Sedis Apostolicæ Notarios, sine tamen præjudicio Dilectorum Filiorum de numero participantium Notariorum recipimus, et tam illos, quam alios Conclavistas singulos, qui singulatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fuerint Sacri Palatii, et Aulæ Lateranensis Comites, et Milites, et tam illos quam omnes etiam quoscumque alios Conclavistas indistincte, qui Nobiles non sunt, Nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus temporali Dominio eidem S. R. E. mediate, vel immediate subjectis Cives esse voluerint singulos in ea ipsa Civitate, quam singillatim quisque eorum elegerit, et ad quam ab eisdem tribus Cardinalibus se admitti petierit, veros Cives ad instar, et sine ulla prorsus differentia inter eos, et singulos alios veros Originarios, et antiquissimos etiam Nobiles, et partecipantes Cives ipsius Urbis, vel Civitatis, itaut ipsum Jus Civilitatis ad quoscumque illorum hæredes eodem modo transeat creamus, constituimus, et deputamus, ac Nobilitatis et Civilitatis titulo, honore, et Insigniis decoramus, aliorumque Familiarium, et continuorum Commensalium Nobis actu in Palatio Nostro Apostolico inservientium, ac in illius Tinello comedentium, et bibentium, ac Nostrorum et Sedis præfatæ Notariorum Palatii, et Aulæ prædictorum Comitum, Militum, et Nobilium, ac Civium hujusmodi Originariorum numero, et consortio favorabiliter aggregamus, et pro veris, et indubitatis, et non fictis familiaribus, continuis Commensalibus, ac Notariis Nostris, Comitibus, Nobilibus, Militibus, et Civibus deinceps haberi volumus, et reputari mandamus, eisque, ut in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, et Litteris tam gratiam, quam justitiam separatim, seu utramque mixtim concernentibus se Familiares, continuos Commensales, Nostrosque Comites, Milites, Nobiles, et Cives etiam Originarios nominare possint, nec propterea impetrationes, concessiones, et literæ hujusmodi subreptionis vitio subjaceant, sed validæ, et efficaces existant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus et quibuscumque, ac prorsus similibus antelationibus, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii nostri Familiares tempore dictæ Assumptionis Nostræ ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii etiam de numero participantium existentes, etiamsi habitum, et Rocchettum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique et Aulæ præfatorum Comites Milites, Nobiles etiam Originarii, ac antiquissimi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam ut præfertur elegerint, quique ex utroque Parente vere Nobili, et Cive Originario, et antiquissimo procreati de jure, Statuto, consuetudine, vel alia ex aliquo spe-

Receptio in familiares. — Notarios — Comites — Cives — Nobiles creat

Digitized by Google

ciali privilegio, seu alias quomodolibet, etiam quoad assecutionem quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum etiam per quascumque Literas, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in Judicio, et extra sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite valeant, realiter, et integre in omnibus, et per omnia etiamsi in Urbe, et Civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de vere nobili genere, et ex utroque Parente Nobili Originario, ac antiquissimo Cive procreati forent, et hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta, et jura, quæ pro aliis Nobilibus, et Civibus Originariis emanarunt, et quæ ratione Nobilitatis, et Civilitatis naturalis, et Originariæ aliis competunt pro eisdem Conclavistis in specie emanassent, seu emanarent, et eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competerent auctoritate, et tenore similibus indulgemus.

Exemptio a gabellis, decimis, et oneribus. §. 2. Ac Conclavistas præfatos a solutione, et exactione quarumcumque decimarum non tamen decimarum subsidiorum, et onerum in subsidium expeditioni contra Turcas, et Orthodoxæ Fidei hostes impositarum, et impositorum, et cujuscumque Pedagii, subsidii, Gabellæ, et cujuscumque oneris ordinarii, et extraordinarii ubique locorum, et ex quacumque quantumvis urgentissima, et inexcogitabili causa, et occasione etiam ad instantiam Imperatoris, Regum et Rerumpublicarum etiam Venetæ, et aliorum quorumcumque Principum impositorum, et imponendorum pro tempore ex nunc prout ex tunc, et e contra, et postquam casus hujusmodi impositionis, et solutionis evenerit liberamus, et eximimus, liberosque et exemptos fore, et esse decernimus, districtius inhibentes dilectis filiis nunc, et pro tempore existentibus ejusdem S.R.E. Camerario, Thesaurario, Præsidentibus, Clericis ac quibuscumque aliis Officialibus Cameræ Nostræ Apostolicæ, ac Exactoribus Decimarum, præter quam Decimarum Subsidiorum, et Onerum in Subsidium expeditionis contra Turcas, et Orthodoxæ Fidei hostes, ut præfertur impositarum, et impositorum, nec non cujuscumque Pedagii, subsidii, Gabellæ, et aliorum, ut præfertur, impositorum onerum hujusmodi, ac aliis Personis, cujuscumque Ecclesiasticæ, vel Sæcularis Dignitatis, status, gradus, ordinis, et conditioni existentibus, ne eos ad aliquam solutionem cogere, seu compellere, aut super præmissis, eorumque usu, possessione, vel quasi directe, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio molestare, vel alias quomodolibet impedire quoquo modo præsumant.

§. 3. Nec non eisdem Conclavistis, quod bona quæcumque ad ipsos, et eorum quemlibet spectantia, et per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, et sine cura Sæcularium, et quorumvis Ordinum, et Militiarum, atque Hospitalium quorumcumque Regularium, nec non Canonicatuum, et Præbendarum, ac Dignitatum quorumlibet per eos alias obtentorum, et obtinendorum aut alias quomodolibet, et quovis quæsito colore vel ingenio, seu eorum industria legitime tamen, et alias licite acquisita, seu acquirenda etiam in dicta Urbe, ejusque districtu, ac ubique existentia spoliis minime subjaceant, sed Conclavistæ præfati, etiamsi Religioni alicujus Militiæ, non tamen S. Joannis Hierosolimitani adscripti, et in ea expresse professi fuerint, de illis in favorem quarumcumque Personarum de jure tamen capacium, etiamsi Curiales esse desierint, et in quocumque loco, quantumvis remoto etiam extra, eorum propriam residentiam eos decedere contigerit testari, vel alias disponere, iisque ab intestato decedentibus legitimi eorum hæredes quicumque succedere libere, et licite valeant, simili modo concedimus, et indulgemus, præcipientes, et mandantes eisdem præfatæ S.R.E. Camerario, Thesaurario, Præsidentibus, et quibusvis aliis Spoliorum hujusmodi Collectoribus, et Sub-Collectoribus, ac Militiarum, non tamen dicti Sancti Joannis Hierosolimitani prædictarum Receptoribus, Officialibus, aut Prioribus, et quibusvis aliis Personis, tam Sæcularibus, quam Regularibus etiamsi cujusvis Militiæ, et cujusvis gradus, status, ordinis, et præminentiæ etiamsi speciali nota digni existant, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorum Conclavistarum desuper molestare audeant, seu præsumant; Ac etiam decernentes donationes etiam per viam Testamenti, et Codicillorum per ipsos Conclavistas de eorum bonis hujusmodi faciendas semper, et perpetuo validas, et efficaces fore. Exemptio a spoliis; et facultas testandi.

Facultas concessa etiam Equitibus cujuscumque Militiae retinendi pensiones ad summam ducatorum 200.

§. 4. Ac cum iisdem Conclavistis etiam in Militia Sancti Joannis Hierosolymitani, et in quavis alia Militia expresse professis quod ratione quarumcumque Pensionum annuarum eis, et eorum cuilibet super quorumvis Beneficiorum Ecclesiasticorum, et etiam Mensarum Episcopalium, Archiepiscopalium, Abbatialium, nec non dignitatum quarumcumque, ac Monasteriorum etiam per ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales ad praesens obtentorum, et in posterum quomodolibet obtinendorum fructibus etc. ac etiam distributionibus quotidianis, non tamen ultra summam Ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet eorum, nunc, et pro tempore reservatarum, et assignatarum, ac reservandarum, et assignandarum habitum, et tonsuram Clericalem gestare; Et in illis dummodo alias ipsi habitum decentem, et honestum, ac per Milites praefatos gestari solitum deferant, incedere minime debeant, neo ad id aquoquam desuper cogi, seu compelli minusque aliquas sententias, censuras, nec etiam privationis, seu cessationis ipsarum Pensionum poenas, occasione praemissorum incurrere possint, sed easdem Pensiones usque ad praefatam summam ducentorum ducatorum hujusmodi ascendentes, et reservatas, et in posterum reservandas, ut praefertur etiamsi Matrimonium, quod Milites alicujus Militiae, videlicet cum Militia compatibile jam contraxerint, vel post hac contrahere voluerint cum unica, et virgine tantum recipere, et quoad vixerit, et quilibet eorum respective vixerit retinere libere et licite valeant de speciali dono gratiae dispensamus.

Absque necessitate deferendi habitum, et tonsuram Clericalem.

Facultas transferendi pensiones usque ad summam 100 ducatorum.

§. 5. Et insuper Conclavistis praefatis, et eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, vel Cathedralium, seu duarum Insignium Urbis Collegiatarum Ecclesiarum, aut Personae aliae quaecumque Ecclesiasticae in Dignitate Ecclesiastica constitutae tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, et eorum singulos eligendi, seu eligendae quascumque Pensiones annuas eis, et eorum singulis super quibuscumque fructibus etc. juribus, obventionibus, et emolumentis universis, certis, et incertis quarumcumque Mensarum Episcopalium, Archiepiscopalium, et Abbatialium, ac etiam distributionibus quotidianis etiam ratione servitii, et mercedis Dignitatum, Canonicatuum, et Praebendarum, caeterorumque aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, et sine cura Saecularium, et quorumvis Ordinum Regularium, non tamen per S. R. E. Cardinales obtentorum reservatas, seu fructus etc. hujusmodi beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiamsi semel, vel pluries translatae, seu translati fuerint usque ad summam centum ducatorum auri de Camera similium in toto, vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassatae, et extinctae fuerint alias similes Pensiones annuas, seu fructus etc. hujusmodi usque ad summam praefatam centum ducatorum uni, vel pluribus aliis Personis Ecclesiasticis, vel etiam Clericali charactere tunc temporis nondum insignitis, cum clausula tamen ex tunc, prout postquam dicto charactere rite insigniti fuerint, seu alias Pensionum, seu fructuum hujusmodi capacibus per eosdem Conclavistas, et illorum singulos nominandos etiam quaecumque, quotcumque, et qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis, eisdem modo, et forma, quibus eisdem Conclavistis reservatae, seu reservati erant, etiam, absque Beneficia hujusmodi obtinentium consensu, integre persolvendas, et per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, et levandas, aut percipiendos, exigendos, et levandos, reservare, constituere, concedere, et assignare possint, ita ut praefati Translatarii in quasi possessione Pensiones, seu fructus etc. hujusmodi exigendi, in qua ipsi Conclavistae tempore translationis per eos vigore praesentium faciendae existebant, in omnibus, et per omnia subrogati esse censeantur, concedimus, et indulgemus.

§. 6. Etiamsi similem gratiam a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, alias forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, tam vigore aliorum Privilegiorum Conclavistarum, quam ex quocumque alio Indulto, et privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, et concessionem impedire nolumus, sed cumulative concessam, et concessas esse volumus, ita ut quilibet eorum cumulative, et ampliative praefatis facultatibus praesentibus, et praeteritis privilegiis hac in re concessis uti, frui, et potiri possint. Decernentes novas reservationes, constitutiones, concessiones, assignationes, et translationes Pensionum, ac fructuum etc. hujusmodi, ut praefertur, faciendas ex nunc, prout

Cumulative similium gratiarum.

postquam factæ fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ipsaque Beneficia, super quorum fructibus etc. aliisque hujusmodi reservatæ fuerint obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore.

Concessio Antianitatis Equitibus Hierosolymitanis, seu alterius Militiæ.

§. 7. Nec non Conclavistis præfatis, qui S. Joannis Hierosolymitani, seu cujusvis alterius Militiæ, seu Religionis Regularis etiam expresse professi sunt, ut atiamsi ab eorum Conventu absentes existant, dummodo tamen quinquennalem, seu aliam debitam residentiam in Conventu fecerint, et consueta servitia præstiterint, quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, ac quarumvis Pensionum, et Commendarum eorum Militiæ, seu Religionis capaces existant, perinde, ac si in eadem Militia, seu Religione antianitatem de Justitia consecuti fuissent, similiter indulgemus.

Legittimatio illegittimorum, et habilitatio ad successiones honores, ordines, et beneficia.

§. 8. Præterea eosdem Conclavistas, si qui eorum defectum natalium patiantur ex quocumque damnato, et illicito coitu, etiamsi ex Nobilibus Parentibus, et vilibus fœminis procreati existant, etiamsi alias legitimati existant, legitimamus, omnemque ab illis geniture hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, et abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, et cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, et aliorum Consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen præjudicio venientium ab intestato, vel fideicommisso, seu alias de jure valida dispositione, et præterquam in bonis Ecclesiasticis, et ab Ecclesia provenientibus succedere, et illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, et habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere eos ad omnia jura, legitimas successiones ex Testamento, vel ab intestato hæreditates, Legata, libertates, restituendo realiter, et cum effectu, ac ad Dignitates, honores, et quæcumque alia officia sæcularia publica, vel privata, etiam assumi, illaque garere, et exercere in omnibus, et per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud Canonicum eis non obsistat impedimentum, ut Clericali charactere, qui illo nondum insigniti sunt insigniri, ac ad omnes etiam Sacros, et Presbyteratus Ordines si nondum ad illos promoti sint promoveri, ac postmodum charactere, et Ordinibus hujusmodi, ac illorum privilegiis uti, ac in eisdem Ordinibus, etiam in Altari Ministerio ministrare, et quacumque, et qualiacumque cum cura, et sine cura Beneficia Ecclesiastica, etiamsi Personatus, Administrationes, et Officia etiam curata, et electiva in Cathedralibus, et Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, et præbendæ, ac Dignitates non tamen majores post Pontificalem in Cathedralibus, aut Principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si eis alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur, in iisdem recipero, et dummodo plura simul non sint, quam, quæ a Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint retinere libere, et licite valeant, similiter dispensamus.

Sanatio defectuum provisionum.

§. 9. Ac omnes, et quoscumque de fectus, si qui forsan sint in omnibus, et quibuscumque provisionibus, ac permutationibus beneficiorum quorumcumque eorumdem Conclavistarum, tam ob multiplicitatem titulorum, ac ob incursionem quarumcumque censurarum etiam irregularitatis, et similiter in expeditionibus litterarum Apostolicarum super illis, quam alias ex quavis causa provenientes quoad præteritum tantum, ac sine præjudicio Juris alicui quæsiti, et dummodo non intercesserit Simoniæ labes, nec aliqua lis desuper pendeat, sanamus, ac provisiones hujusmodi vigore præsentium in utroque foro perinde, ac si novas provisiones obtinuissent revalidamus, et quatenus opus sit omnibus, et singulis eorum de omnibus, et singulis Dignitatibus, et aliis cum cura, et sine oura beneficiis Ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, et nuncupatis etiam cujusvis Ordinis Regularibus per eos respective obtentis, de novo etiam respective providemus, ac omnes, et singulas pensiones eis, et eorum singulis, super quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum quomodolibet qualificatorum, et nuncupatorum etiam alicujus Ordinis Regularium fructibus etc. ac etiam distributionibus quotidianis respective reservatas similiter de novo reservamus.

Remissio fructuum male perceptorum.

§. 10. Ipsisque Conclavistis, eorumque singulis, quoscumqua fructus etc. Ecclesiasticos, occasione quarumcumque Dignitatum, Canonicatuum, et Prebendarum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, ac quarumcumque Pensio-

nuum annuarum ipsis, et eorum cuilibet respective collatarum, et reservatarum tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, et occasionibus etiam ratione omissionis recitationis horarum Canonicarum, vel eorum non promotionis ad omnes etiam Sacros, et Presbyteratus ordines, vel non susceptionis gradus doctoratus indebite perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint gratiose remittimus, et condonamus, ac cum eis super inhabilitate, et irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod Censuris hujusmodi ligati Missas, et alia Divina Officia dummodo tamen non in contemptum clavium celebraverint, aut alias in Divinis se immiscuerint, quodque illa, et præmissis eisdem non obstantibus ad omnes etiam Sacros, et Præsbyteratus Ordines alias rite et dummodo nullum aliud alicui eorum obstet Canonicum impedimentum promoveri, et in illis, et in susceptis per eos alias rite Ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare libere, et licite valeant dispensamus.

Expeditio Literarum Apostolicarum gratis.

§. 11. Quodque omnes, et quæcumque gratiæ, provisiones, Commendæ, et quævis aliæ litteræ Apostolicæ provisionum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum hujusmodi, prout nostris familiaribus continuis Commensalibus eisdem Conclavistis, et eorum cuilibet gratis dentur, concedantur, et expediantur ac etiam litteræ ipsæ in forma brevis tam de capienda possessione nomine dictæ Cameræ Apostolicæ, quam alias ut illis super provisionibus quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, similiter gratis dentur, concedantur, et expediantur, ac dari, concedi, et expediri omnino debeant etiam præcipimus, et mandamus.

Confirmatio aliorum similium, vel dissimilium privilegiorum.

§. 12. Ac eisdem Conclavistis, et eorum cuilibet, ut alia similia, vel dissimilia indulta, privilegia, facultates, et gratias hactenus eis, et eorum cuilibet per Nos, et Romanos Pontifices Prædecessores nostros, et Sedem præfatam concessa in suo robore, et firmitate cum præsentibus stare; ac illorum omnium, et singulorum tenores, perinde ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus haberi volumus pro expressis, quam in posterum concedenda specialia, vel generalia, quibus per præsentes, ac præsentibus per illa minime in aliquo præjudicare intendimus, ita ut quotcumque et qualiacumque fuerint unum alteri derogare non censeantur, sed eos, et eorum quemlibet illis simul, ac cum præsentibus prædictis cumulative, vel singulariter, prout eisdem Conclavistis, et eorum cuilibet magis expediens videbitur frui, et gaudere posse decernimus, dummodo tamen præsentibus non adversentur, similiter concedimus, et indulgemus.

Exemptio ab insinuatione in Camera.

§. 13. Postremo eosdem Conclavistas, eorumque aliquem ad præsentem Motum proprium, seu litteras super præsentibus, si videbitur conficiendas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, et registrari petendum minime teneri, nec illum seu illas etiamsi Motus proprius, et litteræ hujusmodi intra legitimum tempus insinuatus, admissus, et registratus non fuerint propterea minus validum, seu validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere: ac Motum proprium, et litteras hujusmodi, et in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, Decretis, et Constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent vel moderarentur quæ a Nobis, et a dicta Sede pro tempore, et ex quibusvis Causis etiam urgentissimis, etiam in favorem Fidei, ac Divini Cultus augumentum etiam Consistorialiter, vel alia quavis auctoritate hactenus vel imposterum emanaverint, minime comprehensum, et compræhensas esse, sed quoties illæ emanabunt toties eum, et eas in pristinum statum restitutum, repositum, et plenarie reintegratum et restitutas, repositas ac plenariæ reintegratas seu restituendum, reponendum, et plenarie reintegrandum, restitnendas, reponendas, et plenarie reintegrandas esse censeri.

Comprachensio Procuratoris in privilegiis.

§. 14. Et insuper cum Dilectus Filius Hannibal Carconi Presbyter Romanus ac perpetuus Beneficiatus Innocentianus nuncupatus in Basilica Principis Apostolorum de Urbe tamquam dictorum Conclavistarum Procurator in præmissis Sedulam pro eis operam navaverit, propterea, et aliorum meritorum suorum, et obsequiorum Nobis, et dictæ Sedi impensorum intuitu, Volentes ipsum specialibus favoribus, et gratiis prosequi eidem Hannibali, licet ipse in Conclavi prædicto non intervenerit, nihilominus omnibus et singulis supradictis gratiis, privilegiis, et facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, præeminentiis, indultis, exemptionibus, cæterisque præ-

Digitized by Google

missis, non tamen quoad participationem decem millium scutorum aurei hujusmodi per Nos, ut supra, dictis Conclavistis donatorum, inter eos, ut præfertur distributorum, seu distribuendorum tamquam Conclavista frui, et gaudere libere, et licite possit, et valeat perinde, ac si Conclavi hujusmodi vere, et realiter interfuisset, Constitutionibus, et Ordinationibus, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, Motu, scientia, et auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 15. Sicque per quoscumque Judices, etiam Commissarios, quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet in quavis Instantia aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, et definiri debere, irritumque etc. attentari.

Expeditio gratiosa, et per viam secretam. §. 16. Et insuper Venerabili Fratri Henrico Benedicto Mariæ Clementi Episcopo Tusculan. ac ejusdem S. R. E. Vice Cancellario, et Litterarum Apostolicarum Summatori, ac Dilectis Filiis Cameræ Apostolicæ Ministris loco Secretariorum Apostolicorum Suppressorum, Præsidenti Plumbi, aliisque Officialibus, ad quos litterarum præfatarum desuper conficiendarum expeditio per viam secretam quomodolibet spectat et pertinet sub pœna indignationis Nostræ Motu simili, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine paribus etiam mandamus, ut præfatas litteras super prædictis omnibus, et singulis, tam conjunctim, quam separatim pro singulis, quibus concessa fuerunt, ac seorsim, et separatim cum omnibus, et quibuscumque derogationibus, decretis, et clausulis in eis concessis gratis etiam quoad compositionem in Dataria Nostra, et per eamdem viam secretam absque alio mandato expediant, et expediri faciant, insuper omnia, et singula privilegia, gratias, et Concessiones ejusdem, Conclavistis, et eorum cuilibet a diversis Summis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris huc usque concessa, Motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus confirmamus, et approbamus, ac de novo liberalissime concedimus.

Derogatio contrariorum. §. 17. Non obstantibus præmissis, ac de certo eorumdem Notariorum numero, etiamsi ad illum non sit deventum, ac Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de præstando consensu in Pensionibus, et fel. rec. Pii PP. IV. de similibus, et dissimilibus gratiis in dicta Camera infra tres menses præsentandis, et registrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum contra Illegitimos, nec non Pictaven. Concilii, ac Nostris, et Cancellariæ præfatæ regulis, etiam in crastinum dictæ Assumptionis Nostræ ad Summi Apostolatus apicem editis, et in prædicta Cancellaria publicatis, ac etiam in Universalibus, et Provincialibus Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, et Ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romæ, ac aliarum Civitatum, Oppidorum, et Terrarum Cameræ prædictæ, et quarumvis Universitatum etiam Juramento etc. roboratis Statutis, Consuetudinibus, Stabilimentis, Usibus, naturis, decretis, et novis reformationibus etiam Legibus, tam Pontificiis quam Imperialibus, Regiis et Ducalibus, et Sacris Canonibus, Privilegiis quoque Indultis, et Litteris Apostolicis illis, eorumque Superioribus, et Personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis Clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam vim Contractus, et Statuti perpetui continentibus, ac etiam Motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, et consistorialiter, ac alias in contrarium concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus etc.; etiamsi de illis etc., eorumque tenores etc. permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse Motu pari derogamus cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Fiat Motu-Proprio L.

Et cum absolutione a censuris ad effectum etc. Et quod obstantiæ etiam beneficiales Conclavistarum, et ab eis subrogatæ hujusmodi, et dispensationes, ac Indulta habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in litteris, et in casibus regulæ de insordescentibus cum opportuna illius, nec non alterius regulæ de non tollendo jure quæsito, derogatione, et quarumcumque aliarum Constitutionum Apostolicarum, et Conciliorum etiam Generalium, et Statutorum, et stabilimentorum, usuum naturarum Constitutionum Synodalium, Statutorum, et Privilegiorum Populi Romani, et Cluniacen., Cistercien. Sancti Augustini, et aliorum Ordinum, et Militiarum etiam Sancti Joannis Hiero-

solymitani, et Ecclesiis, et Monasteriis Civitatibus, et locis, et Personis, et Dominiis temporalibus, sub quibuscumque verborum formis, et cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, et insolitis Clausulis, et Decretis etiam contra Alienigenas, et alias Personas certis modis non qualificatas, aut alias quomodolibet concessis, quorum tenores etc. latissime ac de verbo ad verbum, prout ipsis Conclavistis magis placuerit, exprimi possit, etiam cum suspensione quarumcumque gratiarum, Indultorum quibusvis Ordinariis Collatoribus conferendi Beneficia ecclesiastica, etiam reservata ad eorum collationem etc. pertinentia, et in omnibus, aut certis expressis quomodolibet concessis latissime extendendis, ita ut omnia tollantur; Et quod sola præsentis Motus proprii nostri Signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in Judicio et extra illud regula quacumque contraria non obstante; Et quod præmissorum omnium et singulorum indultorum, concessionum, gratiarum, et derogationum major, et verior specificatio, et expressio fieri possit in litteris, si videbitur, in quibus singulorum Conclavistarum nomina, et cognomina, qualitates, Ordines, gradus, Diœcesis, Patria, et cætera requisita exprimi, et describi, seu pro expressis, et descriptis haberi possint, inter eos Sacrista, et Magistri Cœremoniarum Cappellæ nostræ, nec non Secretarius Collegii eorumdem Cardinalium, et cæteri alii in Notula per ipsos Magistros Cœremoniarum facta, et descripta, si alias ad Pensiones et Beneficia hujusmodi habiles, et capaces fuerint compræhendantur, et adnotentur simul, vel ad partem etiam in una, non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur, expediens.

Transumptorum fides. §. 18. Volumus autem, quod litterarum super præsentibus conficiendarum, seu præsentis Motus proprii nostri Transumptis impressis, et sigillo, ac manu alicujus Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, et etiam descriptis eadem Fides tam in Judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ Originalibus litteris, seu præsenti Motui proprio Nostro Originali adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, aut exhibitus, vel ostensus foret.

Fiat. L.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Duodecimo Kalendas Julii Anno Primo.

NOMINA

Autem ipsorum Conclavistarum sunt hæc quæ sequuntur.

Sacrista

Reverendissimus D. Fr. Sylvester Merans Januen Episcopus Porphirien Sacrarii Apostolici Præfectus.

Caeremoniarum Praefectus.

R. P. D. Ignatius Reali Romanus, utriusque Signaturæ Referendarius, Basilicæ Principis Apostolarum de Urbe Canonicus Archidiaconus, et altarista, Apostolicis Cærimoniis Præfectus.

Secretarius S. Collegii.

R. P. D. Leonardus Antonelli, Senogallien, utriusque Signaturæ Referendarius, Sacri Collegii Secretarius.

Caeremoniarum Magistri.

Venantius Philippus Piersanti Camerinen Basilieæ Principis Apostolorum de Urbe perpetuus Beneficiatus.

Nuntius Sperandio Presbyter Aquilanus ejusdem Basilicæ perpetuus Beneficiatus.

Franciscus Cajetanus Diversinus Presbyter Romanus præfatæ Basilicæ perpetuus Beneficiatus.

Joannes Lucca Presbyter Romanus ejusdem Basilicæ Clericus Beneficiatus.

Joannes Baptista Valeriani Presbyter Romanus memoratæ Basilicæ Beneficiatus. Magistri Cærimoniarum.

Conclavistae

Franciscus Fantini Præsbyter Patavinus J. U. D. Collegiatus. Paulus Pulierj Laicus Venetus Nostri dum Cardinalatus honore fungebamur.

Abbas Dominicus Pales Clericus Cortonen. Carolus Dolci Presbyter Montis Franchi Spoletanæ Diœcesi. Laurentius Merigioli Laicus Romanus. Raynierii Episcopi Ostiensis de Ilcio.

Abbas Vincentius Marchio Maculani Clericus Romanus. Ferdinandus Chiti Presbyter de Monte Spertulo Florentinæ Diœc. Franciscus Pistrucci Laicus Romanus. Fr. Joannis Antonii ex Ordine Carmelitarum Episcopi Portuensis Guadagni.

Franciscus Alexandri Clericus Patritius Perusinus. Joannes Petrus Salvetti Laicus Comen. Francisci Episcopi Albanensis Burghesii.

Joseph Semioli Presbyter Neapolitanus Michael Chaviaux Laicus Leodien. Josephi Episcopi Prænestin Spinelli.

Joannes Felix Garatonus Clericus Ravennaten. in Romana Curia Advocatus. Thomas Buffoni Laicus Romanus. Caroli Mariæ Episcopi Tusculani Saeripantes Vittutj.

Joannes Vincentius Particella Tridentinus Canonicus Brixinen. Joannes Verdejo Romanus. Joseph Tizzoni Me-

Digitized by Google

diolanensis. Fr. Joachim Fordinandi Episcopi Sabinensis Portocarrero. Venerabilium Fratrum Nostrorum Episcoporum S. R. E. Cardinalium.

Nicolaus Giunchi de Raspantinis Presbyter Romanus, et Civis Assisiensis Insignis Collegiatæ S. Mariæ in Via Lata de Urbe perpetuus Beneficiatus. Franciscus Xavarius Acì Laicus Viennensis in Austria Dominici Tituli S. Praxedis Passionei.

Lactantius Fusoja Clericus, et Patritius Montachien. Petrus Osti Rhodigensis. Camilli Tit. S. Mariæ Transtyberim Paulutii.

Jacobus Chiappini Presbyter Maceratensis. Carolus Bonaglia Romanus. Caroli Alberti Guidoboni Tit. S. Mariæ de Pace Cavalchini.

Comes Stephanus Arigoni Nobilis Vicentinus. Joannes Baptista Dufour Amien in Gallia. Jacobi Tit. S. Anastasiæ Oddi.

Ludovicus Rivelli Præsbyter Fanensis. Nicolaus Mormorelli Laicus Romanus. Friderici Marcelli Tit. S. Sylvestri in Capite Lantes.

Abbas Vincentius Acqua Præsbyter Auximanus. Felix Bisica Ravennaten. Marcelli Tit. S. Mariæ in Traspontina Crescentii.

Joannes Franciscus Benigni Presbyter ex Æsio. Fridericus Vansi Laicus Tridentinus. Georgii Tit. S. Ceciliæ ab Auria.

Abbas Joannes Prunetti J. U. D. et Sub-Promotor Fidei. Abbas Splendianus Rhò. Cæsar Biumi. Josephi Tit. S. Mariæ in Via Puteobonelli.

Comes Cosmus Torretti Presbyter Lunen J. U. D. Jo: Paulus Brogi Senensis. D. Fortunati ex Ordine S. Benedicti Congregationis Cassinensis Tit. S. Callisti Tamburini.

Carolus Delfini Presbyter Narniensis. Joannes Maria. Campostrini Laicus Florentinus. Hieronymi Tit. S. Mariæ Angelorum de Bardi.

Comes Franciscus Rota Presbyter, et Canonicus Utinensis Joannes Baptista Coronella Presbyter Utinensis. Daniel Venier Laicus Utinensis. Danielis Tit. S. Mariæ supra Minervam Delfini.

Joannes Fabritius Reinerj Vicarius Generalis. Joannes Petrus de Bernardinis S. Georgi de Pedemonte. Caroli Victorii Amadei Tit. S. Sixti de Lanceis.

Abbas Robertus ex Marchionibus Angelelli Presbyter Bononien. Paulus Ricci Presbyter Romanus Sac. Theologiæ Doct. Joannes Pattumi Laicus Senen. Henrici Benedicti Mariæ Clementis Tit. SS. XII. Apostolorum Ducis Eboracensis.

Abbas Philippus Ugoccionius Brandaglia Clericus Patritius Aretinus. Philippus Scappinj Florentinus. Josephi Mariæ Tit. S. Pancratii Feroni.

Michael Daverins Presbyter Nobilis Mediolanensis. Georgius Baldassinus Laicus Florentinus. Fabritii Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Serbelloni.

Abbas Carolus Ferri Clericus Patritius Fanensis et J. U. D. Sebastianus Gucci Laicus Pisaurensis. Joannis Francisci Tit. S. Martini ad Montes. Stoppani.

Joannes Baptista Barberi de Fondenovo Presbyter Lunen Sarzanen. Joseph Guillaum de Malmedi in Belgio Laicus. Lucæ Tit. S. Crucis in Hyerusalem Tempi.

Lucas Sartirana Patritius Papiensis Presbyter J. U. D. Collegiatus et Decanus Cathedralis. Petrus Vincentins de Angelis Romanus. Caroli Francisci Tit. SS. Quatuor Coronatorum Durini.

Dominicus Malpici Presbyter Æsinus. Marcus Antonius Facenda Pisauren. Cosmæ Tit. S. Clementis Imperiali.

Lucius Natali Canonicus et J. U. D. Peregrinus Paoletti. Vincentii Tit. Sanctorum Marcellini et Petri Malvetii.

Joannes Petrus Fei Liburnen. Clericus. Franciscus Vanni Laicus Romanus. Alexander Fattorosi Laicus Romanus. Clementis Tit. SSmæ Trinitatis in Monte Pincio Argenvillieres.

Ferdinandus Porta Clericus et Patritius Comen S. R. J. Comes. Alexander Paluzzi Presbyter Romanus. D. Antonii Andreæ Congregationis S. Salvatoris Tit. S. Petri in Vinculis. Galli.

Joseph Corbo Presbyter Surrentinus. Bartholomæus Fancelli Laicus Florentinus. Antonini Tit. S. Pudentianæ Sersale.

Franciscus Tondi Canonicus Senensis. Marcus Biondi Presbyter Florentinus. Joseph Bergè Parisiensis. Alberici Tit. SS. Laurentii et Damasi Archinti.

Joannes Georgeus Gervinus Presbyter Civis Aquensis. Petrus Brunero Loci Alè Taurinen. Diœc. Joannis Baptistæ Cardinalis Roverj.

Stephanus Carolus de Lorvenie de Brioune Presbyter Parisien. Abbas Commendatarius Vallis Lucentis. Paulus de Murato Presbyter Claramontanus Abbas, et Decanus S. Petri de Muriaco Sérenissimæ Delphinæ ab Eleemosynis. Franciscus Dù Menil Strahurgensis. Pauli Cardinalis de Albert de Luynes.

Digitized by Google

Carolus de Broglie Presbyter Lexioviensis Abbas Commendatarius De la Chalaide. Franciscus Paulus Leherat Presbyter Tullensis Sacræ Facultatis Parisensis Licentiatus Theologus, Ecclesiæ Belluacensis Canonicus et Vicarius Generalis: Stephanus Franciscus Durocher Deffuogereis Parisien. Stephani Renati Cardinalis Potier de Gesures.
Baro Joseph de Teuring Canonicus Cathedralis Constantiensis Nobilis Augustanus. Philippus Sutterman Florentinus S. R. I., et Statuum Hæreditariorum Augustissimæ Domus Austriæ Nobilis. Joannes Boni Mediolanensis. Francisci Conradi Casimirj Cardinalis de Rodt Presbyterorum S. R. E. Cardinalium.
Antonius Baldanus Romanus Canonicus S. Mariæ ad Martyres a Cognitionibus. Carolus Lanzi Nursinus Laicus. Joseph Bissini Laicus Viterbiensis. Alexandri S.Mariæ in Via Lata Albani.
Joseph Bonfiliolus Presbyter Aretinus. Joseph Bossi Romanus. Nerej Mariæ S. Eustachii Corsini.
Joseph Alvianus Setin. Laurentius Casarj Romanus. Agapiti S. Agathæ in Suburra Mosca.
Petrus Paulus Nardini Presbyter Alatrin. Antonius Belandi Parmen. Hieronymi SS. Cosmæ et Damiani Columnæ.
Deusdedit Vivaldi Presbyter Hortanus Canonicus S. Georgii in Velabro nec non Beneficiatus Innocentianus SS. Basilicæ Vaticanæ. Joannes Baptista Fuseaglia Laicus Romanus. Prosperi S. Mariæ ad Martyres Columnæ de Sciarra.
Joannes Carolus Dionigi Romanus J. U. D. Angelus Mandorlini Presbyter Florentinus Insignis Collegiatæ S. Nicolai in Carcere Tulliano Canonicus. Joseph Abugen. Isaicus Neapolitanus. Dominici S. Nicolai in Carcere Tulliano Orsini.
Fortunatus Solmj Presbyter Mutinensis. Joannes Michael Wertez Laicus Tridentinus Joannis Francisci S. Cæsarei Albani.
Vincentius Puccius Nobilis Urbaniensis Clericus Conjugatus, et in Romana Curia Advocatus. Joannes Baptista Tomasini Romanus Laicus Physicæ, et Medicinæ Doctor. Thomas Galbani Laicus Tiburtinus. Flavii S. Angeli in Foro Piscium Chigi.
Petrus Torsani Romanus Clericus Conjugatus. Nicolaus Verdejo Romanus. Joannis Francisci S. Adriani Banchieri.

Antonius del Frate Presbyter Florentinus. Gaspar Mori Laicus. Aloysi Mariæ SS. Viti, et Modesti Torregiani Diaconorum S. R. E. Cardinalium.
Adeodatus Bareali Presbyter Romanus. Confessarius. Confessarius.
Petrus Bartoli Presbyter Rom. Coadjutor in officio Sacristiæ. Sub-sacrista.
Andreas Lunati Presbyter Firmanus. Adjutores in Secretaria.
Joseph Toesca Romanus Sacri Collegii Sollicitator. Adjutores in Secretaria Sacri Collegii.
Nicolaus Mariani Lucan. Apostolico Secrario, et Missis celebrandis deserviens.
Joannes Laurentius Guarnieri Senensis. Joseph Candidi Romanus. Medici Physici, et in Romano Archigymnasio Lectores. Medici.
Carolus Labusier Romanus Chirurgus. Chirurgus Aromatarius.
Joannes De Michelis de Monte Leone Sabinen. Aromatarius. Dominicus Lapis Romanus. Cæsar Vesti Terræ Paleani ejus auxiliatores.
Antonius Garavini. Valentinus Bisaccini. Barbitonsores. Jacobus Poletti. Franciscus Collalto eorum Auxiliatores.
Laurentius Ansani Romanus Faberlignarius; Jacobus Tallei Florentin. Fabercaementarius. Fabri
Franciscus Biagioni S. Miniati. Nicolaus Galli Romanus Cappellæ Xistinæ, et Magistris Cæremoniarum Famulatui addicti. Joseph Maestri Parmensis Famulus R. P. D. Secretarii Sacri Collegii.

Scopatores.
Joachim Villani.
Carolus Consoli.
Franciscus Jacovelli.
Antonius Franceschini.
Joseph Pennesi.
Joannes Placidi.
Petrus Buffoni.
Silvester Giuliani.
Franciscus Gandini.
Antonius Baldi.
Thomas Fioroni.
Dominicus Bertolli.
Dominicus Serviti.
Antonius Ricciardoni.
Paulus Alegiani
Franciscus Tey.
Thomas Ventura.
Dominicus Vesci.
Laurentius Gentili.
Venantius Spinelli.
Dominicus Baldi.
Jacobus Bruni.
Hieronymus Leonardi.
Philippus del Guasto.
Nicolaus Collarelli.
Joannes de Angelis.
Innocentius Ginestra.

Antonius Cipriani.
Joseph Albani.
Franciscus Onofri.
Carolus Serandrei.
Raphael Tofanari, Scopatores Conclavis.

IV.

Confirmatio Chirographi Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici diei 2. Octobris 1757. quo concessa fuit facultas ut Hospitium S. Rosæ de Ocopa nuncupatum fratruum Minorum de Observantia S. Francisci in Collegium, sive Seminarium Apostolicum Missionariorum ipsius Ordinis erigi possit.

Alia Ministri Generalis Decreta pro Indiis Occidentalibus extant. Const. Innocentii XI. Edit. 1683. Oct. 4. itemque alia Constit. Edit. 1786 Junii 2 de qua hic sermo est, tandem Const. tertia edit. 1686 Oct. 16 viden. in Bullario Mainardi.

Datum 18 Augusti 1758 Anno I.

Clemens Papa XIII. Ad futuram rei memoriam

Exordium

§. 1. Militantis Ecclesiæ regimini per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, præsidentes, Religiosorum Virorum Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum, uberesque in Ecclesia Dei fructus, adspirante superni favoris auxilio, proferre jugiter satagentium commodis, et felicibus in via mandatorum Domini progressibus libenter consulimus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis incrementum, et animarum salutem in Domino expedire arbitramur.

Preces porrectæ, et causa hujus Brevis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Torrubia Frater expresse professus, ac in Romana Curia pro Ultramontana Familia Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Commissarius Generalis, quod cum carissimus in Christo Filius noster Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus sua prosequens, fervida vota erga conversionem Gentium in immensis, ac dissitis Peruanis regionibus existentium, sui Regii ærarii expensis ad illas partes frequentes, copiosasque Missiones Professorum Hispanicorum dicti Ordinis mittere pergat; ad facilius vero assequendum tam pium finem, nuper per suum Chirographum concessit, permisitque, ut Hospitium Sanctæ Rosæ de Ocopa nuncupatum dicti Ordinis, situm in ipsis finibus terrarum, quas incolunt Infideles illarum partium, crigeretur in Collegium, sive Seminarium Apostolicum, in quo Missionariorum ipsius Ordinis Communitas degat, qui ibidem Indorum idiomata ediscere, ad eis evangelizandum præsto esse, et proximum habere possint locum aptum, commodumque, quo pro tempore secedant ad suas curandas ægritudines, et ab exantlatis laboribus sese recreandos, prout habentur in Regio Chirographo tenoris sequentis, videlicet = REX = Cum inter nonnullas variasque expositas prætensiones a Fratre Josepho de Sancto Antonio Ordinis Minorum S. Francisci, et Commissario Missionis Cerri de la Sel, Jauxa, Guanuco, et Caxamarquilla ejus Ordinis commendatæ, supplicasset quoque, ut in Collegium Missionariorum, Apostolicum de Propaganda Fide confirmaretur Hospitium Sanctæ Rosæ de Ocopa, ex eo quia dubitari non posset de illius necessitate, et utilitate, cum in eo stet potissimum illius finis assequutio, ad quem destinantur Missionarii, qui ex Europa mittuntur; hi namque statim ac in Collegio sint constituti, facile Indorum sermonem, aliaque scitu necessaria ad hujusmodi Ministerium exercendum ediscere possunt; et quia Collegium non longe distat a locis, in quibus Missiones peraguntur, ipsi Missionarii sibi invicem manus adjutrices præbere, ex Collegio necessarios assumere, ad illud impeditos, et infirmos remittere, ac sine mora alios subrogare ita valent, ut numquam spirituale pabulum Indis sit defecturum, imo quod acquisitum est conservabitur, ac incessanter procedetur ad detegendos novos populos, eosque ad Christi fidem convertendos, neque etiam minor futura foret utilitas inde eruenda; tali namque pacto in Collegio collocatis Missionariis, occasio tollitur se ad alia divertendi, quæ si non opposita, saltem incompatibilia sunt cum eorum exercitio velut Ordinis officia, ad quæ contra dispositiones alias factas deputari solent. Hac igitur visa supplicatione congruum duxi ad consultationem mei Indiarum Consilii rem pro informatione, et voto deferre ad Commissarium Generalem Indiarum in dicto Ordine, qui exposuit, fundationem Collegii Missionariorum Apostolicorum in Regno Peruano jamdudum consideratam, ordinatamque fuisse, tamquam indispensabiliter ne-

Refertur Regium Chirographum Ferdinandi Regis Hispaniarum.

Stricta observantia, et solitudo conferunt ad inducendum spiritus fervorem in evangelizantibus.

cessariam ad Fidei propagationem, in Comitiis generalibus Ordinis, totiesque ordinationem istam confirmatam fuisse a Summo Pontifice Innocentio XI. In primis enim quia in hisce Collegiis in modum recollectionis vivitur, stricta observantia, ac fervens viget solitudo, quæ sane multum conferunt ad inducendum spiritus fervorem in illos, qui tantum Ministerium evangelizandi Gentibus suscipiunt. Hi enim parati esse debent, aut ad profundendum pro Christo sanguinem, quod frequenter accidit, aut civiliter eos mori necesse est, ingredientes, et procedentes per asperrima locorum, manducantes non raro cibos, quos, avia profert tellus, et recumbentes nox atra ubi eos occupat; quæ quidem onera sine magno spirituali fervore pro animarum salute perferri nequeunt. Rursus etiam quia si erigi contingat Collegium cum sui Guardiani, Discretorum, Officinarumque institutione, melius procurari valent victualia, cæteraque Neophytorum subsidia, populisque potior præstari adsistentia. Adde demum, quia existente prope Missionem Collegio cum suo valetudinario, aliisque commoditatibus, consolatione afficiuntur majori Conversores; sciunt quippe promptum sibi adesse receptaculum in suis ægritudinibus, locumque quietis pro defatigatis in laboribus: at vero si eis desit refugii locus, et dispersi vagari debeant per loca, in eorum vocatione frigescunt, in proposito tepidi evadunt, tristesque vivunt. Quibus addebatur circumstantiis alia peculiaris pro confirmatione Collegii de Ocopa, quod nimirum ibi sepultus est Ven. ejusdem Fundator Frater Franciscus de Sancto Josepho, a quo etiam originem acceperunt omnes Peruanæ Missiones; illiusque situatio in loco, ex quo dividuntur viæ, tendentes ad Missiones ab ipso Collegio administratas, et ad alias, quarum curam gerit Limana Provincia ex Conventu Huarensi. Itaque concludebatur, valde opportunum fore ad tam pium finem assequendum, si ego dignarer Regium concedere Beneplacitum pro dicti Collegii erectione. Quibus omnibus visis in meo Indiarum Consilio, juncta etiam allegatione fiscali, desuperque consultus pro approbatione hujusmodi instantiæ die XVII Martii Anni MDCCLI, placuit mihi eidem annuere, concedendo meam Regiam licentiam, ad hoc, ut ex tunc in Apostolicum Missionariorum Collegium erigeretur præfatum Hospitium Sanctæ Rosæ de Ocopa. Quamquam vero istiusmodi mea Regia resolutione promulgata, et de ea certior factus fuerit Commissarius Generalis Indiarum, qui suas patentales literas die XXXI Maii ejusdem anni MDCCLI, pro eo, quod ad ipsum spectabat, expedivit, ut apparet ex eisdem patentalibus literis nuper a memorato Fratre Josepho de Sancto Antonio præsentatis; Regium tamen Chirographum desuper tunc expeditum non fuit, quemadmodum pro captæ resolutionis exequutione necesse erat. Re igitur modo, instante dicto Fratre Josepho de Sancto Antonio, iterum in præfato meo Consilio proposita cum nova allegatione fiscali, placet mihi, ut super illa Regium expediatur Chirographum. Propterea jubeo meo Pro Regi in Peruanis Regionibus, meæ Regiæ Audientiæ in Civitate Limana constitutis, et omnibus Tribunalibus, singulisque ejusdem Regni Ministris, et injungo admodum Reverendo Archiepiscopo Limano, cæterisque Prælatis, Judicibusque Ecclesiasticis illarum partium, ad quos quomodolibet spectabit, quod unusquisque eorum pro sua faciat virili, ut hæc mea Regia voluntas debitum consequatur effectum. Datum apud Bonum secessum die secunda Octobris MDCCLVII = EGO REX = Jussu D. Nostri Regis = Joseph Ignatius de Goyoneche = Tribus rubricis erat rubricatum = Vestra Majestas suum concedit Regium permissum, ut in Collegium Apostolicum Missionariorum erigatur Hospitium Sanctæ Rosæ de Ocopa, quod est Ordinis Minorum Sancti Francisci in Regionibus Peruanis = Concordat cum Regio Chirographo ad hunc effectum mihi exhibito a Rev. Patre Fratre Josepho de Sancto Antonio Commissario Missionum in Regno Peruano Ordinis Sancti Francisci, cui, facta hac copia, illud restitui, de quo fidem facio, originali me referens. Utque de eo constet ad ejusdem requisitionem, Ego Alphonsus Carralon Domini nostri Regis Scriba, et in ejus Curia, et Provincia residens præsentem facio, signo, ac subscribo. Matriti die XV Julii MDCCLVIII = In testimonium veritatis Alphonsus Carralon = Nos infrasignati, et subscripti Scribæ Domini nostri Regis in ejus Curia, et Provincia residentes fidem facimus, Alphonsum Carralon, a quo reperitur signata copia præcedens, talem esse Scribam Regium, qualem se facit, atque denominat, fidelem, legalem, totiusque fiduciæ, omnibusque ejus scripturis, et documentis per ipsum publicatis, et quæ publicantur, semper

adhiberi fidem, tam in Judicio, quam extra: Utque de eo constet, ad ejus requisitionem præsentem facimus, Matriti die xv Julii MDCCLVIII = In testimonium veritatis Emmanuel de Obregon, et Orugua - In testimonium veritatis Petrus Garcia de Ovalle = In testimonium veritatis Franciscus Fernandez Rosa =.

Preces ad SSmum porrectae.

§. 3. Cum autem, sicut dictus Josephus Commissarius Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse præinsertum Chirographum, quo firmius subsistant, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsum Josephum Commissarium Generalem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore consentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum Chirographum ab ipso Ferdinando Rege super facultate erigendi dictum Hospitium Sanctæ Rosæ in Collegium, sive Seminarium Apostolicum Missionariorum dicti Ordinis, ut præfertur, concessum cum omnibus, at singulis in eo contentis, et expressis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus.

Absolutio a censuris.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xvIII Augusti MDCCLVIII Pontificatus Nostri Anno Primo.

V.

Concedit Imperatrici Mariæ Theresiæ Titulum Reginæ Apostolicæ tamquam Hungariæ Reginæ, et ejus Successores in illo Regno Apostolicos nominari jubet.

Clemens PP. XIII.

Datum 19 Augusti 1758 Anno I.

§. 1. Carissima in Christo Filia Nostra salutem etc. Cum multa alia Romani Pontifices quibus nos plane quidem immerentes successimus, tum hoc præclare sapienterque fecerunt, ut quæ Provinciæ, ac Nationes in finibus perpetuorum Christiani nominis hostium positæ, tamquam valli quidam, atque aggeres munitissimi contra ipsorum impetum existimantur, eas illi quam diligentissime observarent, præcipua benevolentia complecterentur, et singularibus etiam, ut res ferret, beneficiis exornarent. Ejusmodi est florentissimum Hungariæ Regnum, quod Tu Carissima in Christo Filia Nostra Hæreditarium accepisti, quodque ad Christianæ Ditionis, et gloriæ terminos proferendos, vel propter bellicosissimæ gentis fortitudinem omnium aptissimum, vel propter locorum naturam opportunissimum adhuc quidem semper habitum est, et fuit. Neque vero quisquam ignorat quam multa, et quam egregia facinora pro tuenda propagandaque Jesu Christi Religione gessit nobilissima Hungarorum natio; Quam sæpe manus conseruit cum teterrimis hostibus, iisdemque ad communem Christianæ Reipublicæ perniciem erumpentibus suo veluti corpore aditum interclusit, maximasque de illis, atque incredibiles victorias reportavit. Celebrantur ea quidem fama, scientiaque om-

Provinciæ ac Nationes positae in finibus hostium Christiani nominis tamquam valli et aggeres contra eos habendae, et colendae sunt.

nium, clarissimisque prodita sunt monumentis literarum.

S. Stephani Hungar. Principis commemoratio, et laus.

§. 2. Hic autem silentio nullo modo præterire possumus Stephanum illum Sanctissimum, fortissimumque Hungariæ Principem, cujus memoriam cælestibus honoribus consecratam atque in Sanctorum numero collocatam rite veneramur. Ejus autem virtutis, sanctitatis, fortitudinis vestigia extant istis in locis ad laudem Hungarici Nominis sempiternam. Neque illius pulcherrima exempla virtutum reliqui in Regno Successores non sunt perpetuis temporibus imitati. Quamobrem nemini mirum videri debet, si Romani Pontifices Hungaricam Nationem, ejusdemque Principes, et Reges ob maximas, et egregia illorum erga Catholicam fidem, et Romanam Sedem merita amplissimis semper laudibus, ac privilegiis condecoraverint. Quale est illud in primis sane honorificum, quod ante Reges, quando prodeunt in publicum, tamquam splendidissimum Apostolatus Insigne, Crucem gestat Episcopus, idque ex hujus S. Sedis concessione, quo ostendatur Hungaricam Nationem atque ejus Reges gloriari unice in Cruce D. N. Jesu Christi; atque in eo signo pro Catholica Fide et dimicare semper, et vincere consuevisse.

Ante Reges Hungaricos prodeuntes in publicum, Crucem gestat Episcopus ad ostendendum Hungaricam nationem, ejusque Reges unice gloriari in Cruce D.N. Christi

Ignoratur qualis sit fons consuetudinis, seu privilegii vocandi Apostolicos Reges Hungaricos.

§. 3. Habent hoc etiam Hungariæ Reges ut a plerisque omnibus isthic appellatione certe magnifica, et gloriosa Reges Apostolici salutari, et nominari solsant. Cujus quidem sive consuetudinis sive privilegii fons, et caput ignoratur. Nos autem qui Prædecessorum nostrorum quando sapientiam assequi non possumus, certe in exornandis honestandisque iis Principibus, et Regibus, quos S. Sedi devinctos maxime, atque addictos novimus, instituta imitari studemus; numquam melius hæc Pontificatus Nostri initia auspicari posse existimamus quam si animum ad dignitatem Majestatis Tuæ Apostolicæ, atque istius Hungarici Regni amplificandam statim convertamus. Id autem recte, atque ordine præstabimus, si perhonorificæ illi Apostolatus appellationi modo quo diximus, Pontificiam auctoritatem, vim ac robur (quatenus opus sit) adjungamus.

Idcirco auctoritate Pontificia omnes Hungariæ Reges Apostolicos appellari confirmat, et jubet

§. 4. Ea propter motu proprio, et certa scientia, ac matura deliberatione Nostra, deque Pontificiæ auctoritatis plenitudine Majestatem Tuam Apostolicam tamquam Hungariæ Reginam, tuosque in illo Regno Successores titulo, appellatione, nomine Apostolici Re[illegible]harum vi literarum in forma brevis ordinamus, honestamus, condecoramus, insignimus, atque etiam ab omnibus Te quidem *Reginam Apostolicam*, Tuos vero in Hungarico Regno Successores Reges *Apostolicos* nominari, appellari, inscribi, salutari, ac tractari mandamus.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus quibuscumque, quæ huic voluntati Nostræ adversari posse videatur. Gratum igitur, acceptumque habeas, Carissima in Christo Filia Nostra, hunc Titulum, non eum quidem indicem Potentiæ ac Dominatus (quales ad inanem ostentationem ambitio sæculi excogitavit) sed propriam Christianæ modestiæ notam, et Ministerii Jesu Christi, quo tamen Jesu Christi famulatu verissima, ac numquam interitura Regni gloria continctur. Habeas hoc sive testimonium, sive præmium ardentissimi illius propagandæ Catholicæ Religionis studii, quod a majoribus Tuis antiquissima laudatissimaque serie deductum servare semper, majoremque in modum augere studuisti: Quod quidem honoris ornamentum trades optimo, suavissimoque Filio ad quem maternæ Hæreditas gloriæ, et factorum imitatio pertinet. Habeas denique has quasi primitias Pontificiæ charitatis, et benevolentiæ, qua Majestatem Tuam Apostolicam prosequimur, et cui pignus alterum addimus in Apostolica Benedictione, quam Tibi, Carissima in Christo Filia Nostra, amantissime Impertimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die 19 Augusti 1758 Pontificatus Nostri Anno Primo.

VI.

Moderatur literas Apostolicas fel. record. Benedicti PP. XIV. super Abbatia de Rosarno ad Abbatem Generalem Ordinis Monachorum S. Basilii Magni pertinente.

Datum die 28 Augusti 1758 Anno I

In hac eadem re adest Const. Urbani VIII. V. Idus Maii 1624 ut videre est in Bullario Mainardi, item Breve Benedicti XIV dici 7 Febr. 1744 viden. in Bullario hujus Pontificis.

Clemens Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam.

Preces ad SSmum porrectae.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Alexander Aguado Abbas Generalis Ordinis Monachorum Sancti Basilii Magni, quod dudum rec. mem. Urbanus PP. VIII. Prædecessor noster

per quasdam suas sub plumbo, quinto Idus Maii anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo quarto expeditas literas, ad supplicationem tunc existentium Abbatis, et Procuratoris Generalium Ordinis prædicti, Monasterium, sive Abbatiam Beatæ Mariæ de Rovito nuncupatam loci de Rosarno dicti Ordinis Mileten. Diœcesis, illiusque Mensam Abbatialem cum omnibus, et singulis illius privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, ac bonis, juribus, membris, et pertinentiis suis, eidem Ordini pro illius, et Ordinis prædicti Abbatis Generalis tunc, et pro tempore existentis substentatione, et manutentione, ita quod liceret tunc existenti Abbati Generali per se, vel alium, seu alios, ejus, ac dicti Ordinis nomine, seu nominibus, propria auctoritate corporalem, et actualem possessionem Monasterii Sanctæ Mariæ, et illius Mensæ Abbatialis, illorumque proprietatum, bonorum, jurium, membrorum, et pertinentiarum præfatarum libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, et proventus, ac jura, obventiones, et emolumenta quæcumque in quibusvis rebus consistentia, et undecumque provenientia, exigere, levare, arrendare, locare, dislocare, ac in suos usus, et substentationem, ac manutentionem convertere, sub certis modo, et forma tunc expressis concessit, et alias prout in dictis literis plenius continetur.

Refertur quod disposuit Benedictus XIV. sub die 7 Februarii 1744.

§. 2. Postmodum vero fel. rec. Benedictus PP. XIV. itidem Prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis die vii Februarii MDCCXLIV super alternativa electionum Superiorum Generalium in Provinciis Italicis, et Hispanicis dicti Ordinis servanda expeditas literas, inter cætera præscripsit, quod si Provinciæ Hispanicæ sua Generalia Officia haberent, taxas pro manutentione Abbatis Generalis, prout Provinciæ Italicæ semper, et tunc eorum Abbati Generali præstare, et subministrare pergebant, præstare, et subministrare tenerentur: Taxæ demum a Provinciis Italiæ præscriptæ, nec non fructus, redditus, et proventus Mensæ Abbatialis dicti Monasterii de Rosarno manutentioni illarum Abbati Generali assignati, eo casu, quo Abbas Generalis fuisset ex Provinciis Hispanicis pro manutentione Assistentis, et Consultoris Generalium a Capitulo Generali eligendorum, qui in Alma Urbe remanere debent, assignarentur, et quidquid superesset, vel pro manutentione Studentium in Collegio Sancti Basilii de eadem Urbe juxta præscriptum per alias ejusdem Urbani Prædecessoris literas, vel pro fabrica Ecclesiæ dicti Collegii, vel pro sublevamine Monasteriorum dictarum respective Provinciarum Italicarum a Capitulo Generali præscriben. erogaretur, et applicaretur, relicta, et attributa facultate Capitulo Generali ejusdem Ordinis tam circa taxas prædictas aliaque dubia, quæ super dictarum literarum dispositione oriri possent, decernendi, et declarandi, et alias prout in dictis Benedicti Prædecessoris literis, quarum tenorem præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Causa hujus Brevis.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, in dictis Benedicti Prædecessoris super alternativa hujusmodi expeditis literis nulla facta fuerit mentio memoratarum literarum Urbani Prædecessoris, qui concesserat fructus, redditus, et proventus Mensæ Abbatialis Monasterii, seu Abbatiæ de Rosarno Abbati Generali pro tempore existenti dicti Ordinis indiscriminatim pro sua substentatione, et manutentione, non autem pro Abbate Generali Provinciarum Italicarum, prout ex supradictis verbis in memoratis Benedicti Prædecessoris prædicti literis expressum videtur: Taxæ demum a Provinciis Italiæ præscriptæ, nec non fructus, redditus, et proventus Mensæ Abbatialis Monasterii de Rosarno manutentioni illarum Abbati Generali assignati; ex quibus nonnullæ contentiones, et lites exortæ sint, et vigeant, ac propterea dictus Alexander Abbas Generalis ad illas omnino dirimendas, ac penitus evellendas, a Nobis in præmissis opportune provideri plurimum desideret.

Absolutio a censuris.

§. 4. Nos piis ejusdem Alexandri Abbatis Generalis votis hac in re, quantum in Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excomunicationis, suspensionis, et Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, audito dilecto Filio nostro Prospero Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diacono Cardinali Columna de Sciarra nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, et Apostolicam Sedem Protectore, nec non dilecto itidem Fi-

lio moderno ipsius Ordinis Procuratore Generali, licet in dictis Benedicti Prædecessoris prædicti literis præscriptum sit inter cætera, ut taxæ a Provinciis Italiæ præscriptæ, nec non fructus, redditus, et proventus Mensæ Abbatialis Monasterii de Rosarno hujusmodi manutentioni illarum Abbati Generali assignati, eo casu quo Abbas Generalis fuerit ex Provinciis Hispanicis pro manutentione Assistentis, et Consultoris Generalium a Capitulo Generali eligendorum, qui in eadem Urbe remanere debent, assignarentur, nihilominus attenta concessione dictæ Abbatiæ, seu illius Mensæ Abbatialis fructuum, redditaum, et proventuum tunc, et pro tempore existenti Abbati Generali memorati Ordinis Sancti Basilii Magni a dicto Urbano Prædecessore indiscriminatim, non autem Abbati Generali Provinciarum Italicarum facta, ut præfertur, memoratas Benedicti Prædecessoris literas hac in parte auctoritate Apostolica tenore præsentium moderamus, cassamus, et irritamus, ac irritas, et cassas esse decernimus.

Moderantur literæ Apostolicæ Benedicti XIV. quoad taxas, fructus redditus, et proventus Mensæ Abbatialis Monasterii de Rosarno.

§. 5 Et ad auferendas ambiguitates ortas, et quæ in posterum oriri possunt in præmissis, auctoritate, et tenore præseotis perpetuo decernimus, statuimus, declaramus, volumus, præcipimus, et mandamus, ut tam dictus Alexander modernus, quam alii pro tempore existentes, sive ex Provinciis Italicis, sive ex Provinciis Hispanicis ejusdem Ordinis Sancti Basilii Magni canonice electi Abbates Generales, a die eorum electionis in Abbates Generales computandum, omnes, et singulos fructus, redditus, et proventus ejusmodi Monasterii, seu Abbatiæ de Rosarno, seu illius Mensæ Abbatialis juxta dispositionem, formam, et tenorem earumdem Literarum ejusdem Urbani Prædecessoris libere, et licite percipere, exigere, et levare possint, eisdem modo, et forma, quibus Abbates Generales memorati Ordinis, antequam memoratæ ipsius Benedicti Prædecessoris Literæ super dicta alternativa emanassent, percipere, exigere, et levare consueverunt, illosque tam ad dictum Alexandrum modernum, quam pro tempore existentes Abbates Generales a die eorum electionis spectasse, et pertinuisse, ac spectare, et pertinere deberent, et debeant, dictusque Alexander modernus, cœterique Abbates Generales pro tempore existentes fructus, redditus, et proventus prædictos a die eorum electionis petere, consequi, et obtinere, semperque in eorum usus, et manutentionem convertere libere, et licite itidem valeant.

Abbates Generales Ordinis S. Basilii Magni sive ex provinciis Hispanicis, sive ex provinciis Italicis percipere possunt redditus omnes Monasterii, seu Abbatiæ de Rosarno juxta Literas Urbani VIII.

§. 6 Firmis in reliquis remanentibus omnibus aliis dispositionibus in sæpedictis ipsius Benedicti Prædecessoris Literis super eadem alternativa præscriptis, ac quibusvis decretis, ac provisionibus a Capitulis Generalibus ipsius Ordinis in præmissis jam editis.

In reliquis vero manere debent firmæ literæ Benedicti XIV.

§. 7 Mandantes propterea in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrio nostro imponendis pœnis, omnibus, et singulis Ordinis, et Provinciarum hujusmodi Superioribus quocumque nomine nuncupatis, Abbatibus, et Monachis, et personis, cæterisque ad quos spectat, et spectabit in futurum, ut dictum Alexandrum modernum, et pro tempore existentem Abbatem Generalem dicti Ordinis præsentis gratiæ commodo, et effectu, præsertim fructibus, redditibus, et proventibus Abbatiæ, seu Mensæ Abbatialis hujusmodi a die suæ electionis juxta tenorem præsentium pacifice frui, et gaudere sinant, et faciant, nec illum, et illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari permittant.

Pœnas irrogat.

§. 8 Ac decernentes easdem præsentes Literas, et in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ipsi Alexandro moderno, nec non pro tempore existentibus Abbatibus Generalibus hujusmodi, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, ipsius Benedicti Prædecessoris Literis prædictis, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, et Provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene,

Contrariis deroget.

et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXVIII. Augusti MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

VII.

Datum die 11 Septemb. 1758 Ann. I.

Oratio habita in Consistorio Secreto die 11 Mensis Septembris Anni 1758 pro Indictione Jubilæi Universis ad implorandum divinum auxilium initio Pontificatus pro Ecclesiæ Catholicæ felicitate.

Circa indictionem Jubilæi Universalis vide Const. sequentem.

Venerabiles Fratres

Causa indictionis Jubilæi.

§. 1 Quod enixis precibus in humilitate cordis Nostri a suscepto Supremo Apostolici Ministerii regimine ante conspectum Dei Nostri porrectis precati sumus, ut nimirum accedentibus quoque Vestris, Ven. Fratres, obsecrationum suffragiis, quemadmodum ex hoc loco a Vobis requisivimus, tam gravissimum tenuitati nostræ impositum onus paribus viribus sustinere, et ad optatum sempiternæ tranquillitatis portum feliciter perducere valeremus: id ipsum ut a bonorum omnium largitore Deo facilius, et uberius pro votis consequamur, in animum induximus nostrum celerius quam existimabamus Jubilæum universale indicere, et promulgare.

In aspera rerum, mortalium conditiona, et terrarum Orbis calamitatibus, Christianae Pietatis opera ad Deum porrigenda, et iram suæ indignationis avertat.

§. 2 Sane inter tam ingentia ubique terrarum sese in dies in hac aspera rerum conditione Nobis oggerentia discrimina, detrimenta, et calamitates, nihil magis salutare, nihil magis consentaneum esse videtur, quam ut deprecationibus, jejuniis, peccatorum expiationibus, eleemosynis, aliisque externæ pietatis operibus placemus Deum Nostrum, qui pronus ad ignoscendum, et multum misericors est; quique cum comunem a tota Catholica Ecclesia, idest ab omnibus Christifidelibus orationem fieri, et Sacerdotium, et Regnum videt lacrymari, statim quasi compatiens ad commiserationem flectitur, et iram indignationis suæ avertit, et exoptatam cœlestis præsidii opem tribuit, et uberrimam divinorum munerum copiam invocantibus se largitur. Ita enim futurum in Domino confidimus, ut primordia Sacrosancti Apostolatus Nostri faustis, ac prosperis successibus amplius ad majorem Divini Nominis cultum, et Catholicæ Religionis decus, atque incrementum procedant, et in diebus Nostris fiat pax, et abundantia pacis.

Ut Prædecessorum vestigia sectetur, Indulgentiam in forma Jubilæi concedit.

§. 3 Itaque laudatissima Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum vestigia sectantes, secundum eorumdem morem sancte riteque servatum inexhaustos cœlestium munerum, quorum dispensationem tenuitati Nostræ credidit Altissimus, Thesauros erogamus, et clargimur; atque plenariam omnium peccatorum indulgentiam in forma Jubilæi concedimus omnibus, et singulis Christifidelibus Catholicæ Fidei cultoribus in hac alma Urbe Nostra degentibus, qui intra spatium duarum sequentium Hebdomadarum jejunaverint quarta, et sexta feriis, ac Sabbato alterius ex hebdomadis hujusmodi, et Basilicas Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum in Vaticano, et S. Mariæ Majoris, vel earum aliquam visitaverint, ibique oraverint, et peccata sua confessi Sacram Comunionem sumserint, nec non pauperibus eleemosynam, prout sua cuilibet pietas suaserit, erogaverint.

Opera injuncta ad assequandam peccatorum Indulgentiam.

Pro extra Urbem commorantibus.

§. 4 Cæteris vero extra Urbem commorantibus, qui Ecclesiam seu Ecclesias ab Ordinario designandam, seu designandas visitaverint, et alia omnia præfata adimpleverint. Quo salubrius vero Christifideles hic commorantes omnia perficiant; nonnullas Ecclesias deputavimus, in quibus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ eorumdem Christifidelium venerationi exponatur, atque insimul Cathechismi Romani traditio, seu explicatio fiat, et prædicatio Verbi Dei a piis, doctisque Ecclesiasticis Viris more, modoque sacrarum Missionum habeatur.

Processio indicta a Pontifice ab eo facienda una cum Eminentissimis Patribus, Antistitibus, et Romanæ Curiæ Praelatis ab Ecclesia S. Mariæ Angelorum in Thermis.

§. 5 Porro ut universi a Nobis luculenta sumant exempla adimplendi injuncta pro lucrandis Indulgentiis opera, Dominica Decima octava post Pentecosten, et tertia currentis mensis Septembris, die videlicet decima septima ejusdem Mensis Septembris, Nos una cum Fraternitatibus Vestris, et Antistitibus, atque hujus Romanæ Curiæ Prælatis aliisque quos interesse in more positum institutoque firmatum est, ab Ecclesia S. Mariæ Angelorum in Thermis instructa supplicatione ad Basilicam Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe supplices

procedemus ibique præscriptas preces absolvemus, ut potenti quoque ipsius Beatissimæ semper Virginis Mariæ Immaculatæ patrocinio, ac meritis suffulti, votorum Nostrorum compotes benignissime reddamur, et cœlestem gratiam in tempore opportuno consequamur a misericordiarum Patre, et totius consolationis Deo, cui est honor, et gloria in sæculum. Dat. Pont. Anno I. die 11 Septembris.

VIII.

Jubilæum universale ad implorandum divinum auxilium pro salutari regimine, et felici statu Sanctæ Romanæ et Universalis Ecclesiæ indictum.

Huic simile Jubilæum indictum fuit ab Innocentio XIII. Const. Edit. 1721 Maii 27, a Benedicto XIII. Const. Edit. 1724 Junii 10, et a Clemente XII Const. Edit. 1730 Sept. 9 ut videre est in Bullario Mainardi.

Dat. die 12. Septemb. 1758 Ann. I.

Clemens Papa XIII universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis salutem, et Apostolicam benedictionem.

Causa hujus Jubilæi, et hortatio ad illud assequendum.

§. 1. Venimus in altitudinem maris, et ne, adversis luctantibus ventis, tempestas aquarum Nos demergat, gemitibus inenarrabilibus ad Deum clamavimus, ut in suscepto a Nobis Apostolatus officio, et in gerendo hoc gravissimo munere, viribus nostris longe impari, efficacissimæ gratiæ suæ opem, et præsidium copiose largiatur, et preces nostres, quas in hac die tribulationis prolixe effundimus, benignissime suscipiat. Quis enim tota mente, etque totis artubus non contremisceret? Quis maximo timoris cruciatu non angeretur? Quis præ tristitia penitus non conficeretur, statuens ante oculos, et diligentissime perpendens Catholicæ Religionis, et hujus Apostolicæ Sedis mœstissimam faciem? Quis denique acerbissime non defleret tot horrida vulnera et fidei, et disciplinæ, et juribus nostris inflicta? Sed non opus est tot mala commemorare et referre, et silentio præterire remedia, quibus tot jacturis possumus subvenire. Nullus est morbus tam magnus, tam diuturnus, tam desperatus, qui sanari non possit, vel cui certe opitulari non valeat pro ineffabili sua elementia omnipotens Deus, cujus misericordia superexaltat judicium. Adeamus ergo cum fiducia ad Thronum ejus in tempore opportuno, arma enim nostra, quibus tot malis fortiter constanterque obsistere possumus, sunt preces, et lacrymæ, jejunia, et eleemosynæ; Scimus, quod si manserimus in eo, et verba ejus in Nobis manserint, quodcumque voluerimus, petemus, et fiet Nobis. Convertamur igitur ad Deum in toto corde nostro, in jejunio, in fletu, in planctu, nec avertamus faciem ab ullo paupere, ita enim fiet, ut nec a Nobis avertatur facies Domini. Hæc autem, ut ferventiori spiritus ardore, majorique fructu peragantur, priscum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum morem sequuti, cœlestium munerum thesauros, quorum dispensatio fidei nostræ commissa est, proximis diebus, quibus Catholica Ecclesia sacras Quatuor Temporum observationes annua recolit devotione, pro felici nostri Pontificatus initio erogare decrevimus.

Ad orandum pro necessitatibus præsentibus hortatur.

Concessio Jubilæi pro existentibus Romæ.

§. 2. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis et singulis utriusque sexus Christifidelibus in Alma Urbe nostra degentibus, qui solemni Processioni, quam Dominica decimaoctava post Pentecosten, die videlicet decimaseptima currentis mensis Septembris ab Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis ad Basilicam Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatam de eadem Urbe una cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, et Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prælatis quoque, et Officialibus ejusdem Curiæ, universoque Clero, et Populo, benedicente Domino, agemus, devote interfuerint, vel S. Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, et S. Mariæ Majoris præfatæ Ecclesias, seu Basilicas, vel earum aliquam intra spatium ejusdem, vel proxime subsequentis hebdomadæ saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint; ac quarta, et sexta feria, ac Sabbato alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverit, et peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediate sequenti, vel alia die intra eamdem hebdomadam reverenter sum-

Preces et opera injungit.

serint, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint.

Nec non pro existentibus extra Urbem.

§. 3. Cæteris vero extra Urbem prædictam ubicumque degentibus qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, et ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam, spatio duarum similiter hebdomadarum a publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decurrendarum, saltem semel visitaverint, ibique ut supra oraverint, ac quarta, et sexta feria ac Sabbato, alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die intra eamdem hebdomadam sanctissima Comunione refecti fuerint, et pauperibus aliquam eleemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, sicut in Anno Jubilæi visitantibus certas Ecclesias intra, et extra Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, et elargimur.

Ac pro itinerantibus.

§. 4. Navigantes vero, et iter agentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint, supra scriptis peractis, et visitata Ecclesia Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loci eorum domicilii eamdem indulgentiam consequi possint et valeant.

Regularibus et impeditis Confessorius hæc injuncta commutat.

§. 5. Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscumque tam laicis, quam Ecclesiasticis sæcularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis a locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, et indulgemus.

Concessio eligendi Confessarium cum facultatibus ut hic.

§. 6. Insuper omnibus, et singulis Christifidelibus utriusque sexus tam laicis, quam Ecclesiasticis sæcularibus, et regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, et Instituti tam in Urbe præfata, quam extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus et facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam sæcularem, quam cujusvis Ordinis, et Instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, a locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, et aliis ecclesiasticis sententiis, et censuris a jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflictis, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, et delictis quantumvis gravibus et enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, et Sedi Apostolicæ, etiam in Literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis, et alias per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiæ, et hac vice tantum absolvere, et liberare valeant; et insuper vota quæcumque (religionis, et castitatis exceptis) in alia pia et salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, et eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus pœnitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

Ubique publicari præcipit.

§. 7. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, atque mandamus omnibus, et quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis, et aliis Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, et Officialibus, vel, iis deficientibus, illis, qui curam Animarum exercent, ut, cum præsentium Literarum transumpta, aut exempla etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, et Diœceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, et Loca publicent, et publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

Restrictio circa facultatem dispensandi.

§. 8. Non intendimus autem per præsentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientiæ, neque etiam easdem præsentes iis, qui a Nobis, et Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, et censuras incidisse declarati

vel publice denuntiati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles indulgentiarum, et facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant; nec non Regula nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, et Congregationum, sive Institutorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, et Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes hac vice specialiter, nominatim, at expresse ad effectum praemissorum derogamus. caeterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 10. Ut autem praesentes nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earumdem praesentium transumptis, vel exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, ubique locorum, et gentium eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11 Septembris MDCCLVIII., Pontificatus Nostri Anno Primo.

IX.

Episcopos monet per Epistolam Encyclicam de unitate inter fratres servanda, de morum sanctitate, de perniciosa in eis libidine dominandi, de invidentia, de inanis gloriae cupiditate, et de adulatione ab iis praecavenda, de misericordia in pauperes, de fide, animi demissione, perseverantia in precibus fundendis, de efficacia Sacrosancti Missae Sacrificii, de doctrinis, quibus maxime fideles imbuendi sunt, de prudenti sacrorum ministrorum electione, de opera sacris studiis navanda, de concionandi munere, de ratione qua sese gerere debent si forte desit facultas dicendi, de continua praesentia in Dioecesi, de verbo et exemplo ad gregis utilitatem, de meritis ad Episcopatum requisitis.

Clemens Papa XIII. Venerabiles Fratres salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Dat. Nostr. Idus Septemb. 1758 Ann. I.

Causa scribendae hujus Epistolae.

§. 1. A quo die Nobis praeter opinionem nostram incredibile illud accidit, ut ad Sacram B. Petri Sedem, omnium Ecclesiarum verticem, nostra divinitus tolleretur humilitas, in acerrima illa cogitatione, perpetuaque cura versati, nimio plus oneris quam quantum ferre possimus, esse nobis impositum; tristitiae, et lacrymis nos plane tradidissemus, nisi quiddam simile, quod Sanctissimo Prophetae, Israelisque impigro Duci contigit, a nimio nos moerore deterruisset. Inclamans enim Moyses Dominum: (1) Cur, inquit, afflixisti servum tuum? Et cur imposuisti pondus universi populi hujus super me? Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi: Quem, ne deficeret animo, quodque susceperat onus bene ut perferret, congregare sibi jussit Deus septuaginta viros de senibus Israel, quibus Moysis spiritum indidit, ut populi essent magistri, et sustentarent cum illo onus, nec solus Moyses gravaretur. Nunc igitur illa consolatio nos una sustentat, Venerabiles Fratres, quod vos multo antea Deus ipse a reliqua Fidelium multitudine ad regendarum curam animarum asciverit, socios Nobis, et adjutores dederit, ac suo ipsius spiritu, cum

(1) Num. XI. 11 14.

Episcopalibus Mysteriis initiati estis, abunde repleverit, ut nos jam Dei ope primum, virtuteque confisi, singulari deinde, quo flagratis vestri muneris obeundi studio, vestraque freti sapientia, plurimum de nostra tristitia, et sollicitudine adamptum esse arbitremur. Itaque tum ut consolemur in vobis (1) per eam, quæ invicem est, fidem vestram atque nostram; tum ut vestram (2) excitemus in commonitione sinceram mentem, has literas ad vos scribimus; tum vero maxime, ut, quos adversus teterrimum humani generis hostem, veluti instructa acie ardentes novimus, et erectos, tamen quo alacriores, erectioresque ascendatis ex adverso, stantesque (3) in prælio pro domo Israel dimicetis, ad rem bene gerendam vos adhortemur.

Unitas inter fratres servanda.

§. 2. Quo quidem in bello tam multipli, tamque periculoso spes victoriæ eo melior erit, et exploratior, quo (4) arctiore vinculo pacis unitatem servabimus. Eo igitur, Venerabiles Fratres, viribus omnibus incumbat charites vestra, ut funditus e Fidelium animis vel ipsa tollantur cujusquemodi certaminum semina. Vestrum est id sedulo præstare, ut omnes (5) inquirant pacem, (6) omnes sectentur quæ pacis sunt. Ipse enim Dominus Jesus, paulo antequam Passioni se dederet, (7) pacem relinquo vobis, ait Apostolis, pacem meam do vobis. Nec Apostolis tantum, sed et nobis reliquit pacis hæreditatem: (8) Non pro eis, inquit, tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint. Hanc tantam hæreditatem, tamque præclaram a Christo Domino nobis traditam, videte quæso, Venerabiles Fratres, ut animorum dissensionibus extinguendis constanter, et perpetuo retineamus. Hujus autem hæreditatis pignus ait Apostolus, esse Spiritum Sanctum. Cum autem in ipsius conspectu ipsi nos ponimus, eumque obsecramus, ut ad sanctificandum Ecclesiæ sacrificium Spiritum Sanctum de Cœlo demittat, nihil aliud nobis postulare videmus, nisi ut per gratiam spiritualem in Ecclesia charitatis unitas indisrupta servetur. Illud vero nos omnes commeminisse oportet, quod quærente Domino, quem dicerent homines esse Filium hominis, et quem ipsum Discipuli crederent, cum alias de eo respondissent aliorum esse opiniones; B. Petrus (1) ex omnium mente, Filium Dei vivi non carne, et sanguine, sed Patre revelante confessus est.

Discrimen inter Filios lucis, et sæculi.

§. 3. Quo quidem omnibus facile apparuit, inter Filios lucis, Filiosque sæculi illud jam tum fuisse discrimen, ut hi variis inter se, diversisqua opinionibus discreparent, illi unitatis initiati Mysterio, per omnium Caput, unam omnium per os unius confessionem profiterentur. Omnes igitur curas vestras, Venerabiles Fratres, in Fidelium coegmentanda pace defigite. Turbæ, (2) contentiones, æmulationes, animositates, dissentiones consilescant, ut qui Catholici nominis sunt, omnes in (3) eodem sensu, in eadem sententia perfecti sint, idem unanimes dicant (4) idem sapiant, illudque intelligant probe, atque animo imbibant, se, qui Christi membra esse velint, non posse concordiam habera cum capite, si discordes voluerint esse cum membris, nec Fratres a summo Patre in Filiis numarari, qui in fratruum charitate non fuerint.

Charitatis notæ, et indicia.

§. 4. Insignes vero notas, certissimaqua charitatis indicia, ne quis erraret in ea re qua salus humani generis continetur, ostendit nobis Apostolus. Charitas, inquit, patiens est, benigna est. (5) Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur. Ex quo illud intelligi debet, unde charitas absit, illam ibi maxima vigera malignitatem, quam homines ab ipsa origine nostra contraximus. Inde, tamquam animorum faces, exardescunt arrogantia superbumque fastidium, et contumacia, et averitia, et intolerantia, et ambitio, et invidentia, et inanis gloriæ cupido, cæteræque animi pravitates, quæ omnes (6) ex ejus, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptiona gignuntur.

Unde charitas abest, ibi vitia vigere.

Ab Episcopali regimine absint contumaces mores.

§. 5. Facessant igitur ab Episcopali regimine animi tumor, et contumaces mores. Qui dicimus, nos mane-

(1) Rom I. 12.
(2) II Petri III. 11.
(3) Ezech. XIII 5.
(4) Ephes. IV. 3.
(5) I Petri III. 11.
(6) Rom XIV. 19.
(7) Joan XIV 27.
(8) Joan. XVII 20. 21.

(1) Matth. XVI. 14 et seq.
(2) II. Cor. XII. 20.
(3) I. Cor I. 10.
(4) II. Cor. XIII. 11.
(5) I. Cor. XIII. 4. 5.
(6) II. Petri I. 4.

re in Christo, (1) debemus, sicut ille ambulavit, et ipsi ambulare; nec aliunde quam a Domino Jesu petendum, quod imitemur, exemplum. Ille enim, orta inter Discipulos contentione, quis eorum videretur esse major, (2) Reges gentium, inquit, dominantur eorum; vos autem non sic: sed qui major est in vobis, fiat sicut minor, et qui præcessor est, sicut ministrator: Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Itaque cum Apostolis interdictus sit a Christo Jesu dominatus, non ad Ecclesiæ principatum, sed ad Ecclesiæ servitutem nos venisse existimemus: atque illuc omnes cogitationes, labores, et consilia nostra conferamus, ut, quæ oves a Domino fidei nostræ commissæ sint, eas integras, et salvas in Ecclesia retineamus; nec quidquam tantopere voluisse videamur, quam earum incolumitati consulere.

§. 6. Quaproter (3) Seniores, Apostolorum Principis vos alloquimur verbis, obsecro Consenior, et testis Christi passionum, qui et gloriæ communicator; pascite, qui in vobis est, gregem Dei; providentes non coacte quemadmodum mercenarius, (4) qui videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit; sed spontanee (5) secundum Deum, quemadmodum Pastor, qui dat animam suam (6) pro ovibus suis: neque (7) turpis lucri gratia, sed voluntarie; neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo. Nullum enim tetrius venenum, aut perniciosius, dominandi libidine; qua si forte Episcopus corripiatur, Ecclesiam illi creditam, si non interire, vehementer certe labefactari necesse est. Non igitur præesse tantummodo velit Episcopus, sed potissimum prodesse; et forma gregis factus ex animo, vitæ suæ innocentiam, morum integritatem, pietatem, religionem tanquam facem præferat; in quam populus intuendo, lætus et alacer in via Domini gradietur, cum viderit ducem sibi datum esse non dominum.

Dominandi libido et Episcopo et Ecclesiae perniciosissima.

§. 7. Illud etiam charitatis est maxime proprium præcipua quadam lætitiæ perfundi, seu potius gaudio efferri, cum quis in Ecclesia Dei pietatis, doctrinæque floreat laude, et salutis animarum vehementer cupidus Sacerdotalis officii munus industria, labore, diligentia suaviter exequatur. Ejusmodi vero hominem (1) invidiæ patere proximi, sepiuscule animadvertimus; quem nemo sanus non videat invidorum obtrectationibus prosterni, atque obteri non oportere. Prophetantibus in (2) castris Eldad, et Medad, Moyses monenti se Josue filio Nun, ut eos prohiberet, se maxime velle, respondit, ut vel omnis populus prophetaret: Quid (3) inquit, æmularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, et det eis Dominus spiritum suum? Irritari vero, et ira incendi nefas sibi putat Episcopi charitas: abductum noxiis cupiditatibus hominem, illum quidem (4) non quasi inimicum existimat, sed ut fratrem corripit, et blandiendo, cohortando, monendo, ab errore revocat, et in rectam reducit viam. Quod si quid acciderit, in quo graviore verborum castigatione oporteat uti; cavet, ne quid sibi verbum excidat inclementius, et severitate adhibita ab omni abstinet contumelia.

Ab Episcopi animo absit invidentia.

§. 8. Sed de inanis gloriæ cupiditate, quam quis Episcoporum scopulum recte appellaverit, sileri non potest. Ea profecto nihil charitati fortasse inimicius: quem enim Episcopum exitialis illa pestis corripuerit, et infecerit, ad hunc obrepit adulatio; hujus nobilissimam partem, animam scilicet adoritur; hunc venenatis assentationibus capit; huic perpetuo assidet; pravamque illam, qua quisque nostrum maxime decipimur æstimationem sui nimiam immaniter augendo, eo miserum redigit, ut non amplius Dei, sed sui gloriam quærat; quam tamen vel ipse Christus Dominus negavit (5) se quærere. Adulationem perniciosissimi veluti satellites et ministri assectantur detractio, et mendacium; ut, bonis egregiisque summotis viris, in Episcopi comitatu jam nihil sani, nihil integri reliquum sit. Propterea monet sapientissimus Salomon, (6) melius esse a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi: Et (7) remove a te os pravum; detrahentium labia sint procul a te: Et illud, quo in memoria semper esse debet Episcopis, (8) Princeps, qui liben-

De inanis gloriae cupiditate Quanta inde mala oriantur

Adulationis assectae detractio, et mendacium.

(1) I. Joan. II. 6.
(2) Luc. XXII. 25.
(3) I Petri V. 1. 2.
(4) Joan. X. 12.
(5) I Petri ubi sup.
(6) Joan. ubi sup. v. 19.
(7) I Petr ibid.

(1) Eccle. IV. 4.
(2) Numer. XI. 27.
(3) Ibid. v. 29.
(4) II. Thess III. 15.
(5) Joan. VIII. 50.
(6) Eccle. VII. 6.
(7) Prov. IV. 24.
(8) Ibidem XXIX. 12.

ter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios. Ne (1) igitur efficiamur inanis gloriæ cupidi: ejusmodi (2) gloria sit in eorum confusione, qui terrena sapiunt. Nos alte spectemus; cœlestem illam æternæ gloriæ domum contueamur, nec in ore hominum nostram arbitremur veram, solidam, gravem esse positam gloriam. (3) Omnes peccavimus, omnes egemus gloria Dei, omnes necesse habemus, ut (4) peccatis mortui, in nobis non ipsi glorificemur, sed (5) glorificetur Pater in Filio; utque (6) repleti simus fructu justitiæ per Jesum Christum in gloriam Dei, cui soli (7) gloria, magnificentia, et imperium.

De misericordia in pauperes.

§. 9. Atque inter justitiæ quidem fructus misericordia in pauperes potissimum est numeranda. Justitia autem illa, (8) quæ ex fide est Christi Jesu. Verum (9) si frater, et soror nudi sint, et indigeant victu quotidiano; dicat autem aliquis ex nobis illis: Ita in pace calefacimini, et saturamini; non dederimus autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit nobis fides? Sic enim Christianos omnes interrogat Jacobus Apostolus. Et cujuslibet quidem Fidelis, ejus maxime, qui paulo ditior sit, opitulari debet pauperibus misericordia: ii tamen largitatem præcipuo quodam jure suo nostram requirunt, qui res Ecclesiæ, quæ sunt vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum, non ut proprias, sed commendatas habemus; nec ea æquum est in usus nostros ita nos vindicare, ut nihil reliqui sit iis, quibus fas esset, nostrum est quod expenditis, clamitare. Etenim unde nam plerique, nisi de donis Ecclesiæ tanta abundamus affluentia rerum, et copia? De bonis igitur sponsæ tantum sumendum, quo præsto sint (10) alimenta; et quibus tegamur, hisque contenti simus, (11) quæstum magnum existimantes pietatem cum sufficientia. Quæstus autem ille sane præclarus, cum nobis ea suppetunt abundantius, quibus opus est ad custodiendam Sponsam, nutriendam, ornandamque: omnium vero quæstus

Potiori jure pauperes, ab Episcopis largitatem, quam e caeteris postulant.

(1) Galat. v. 26
(2) Philipp III 19
(3) Rom III 23.
(4) I Petri II. 24.
(5) Joan. XIV. 13.
(6) Philipp I. 11.
(7) Judæ v. 25.
(8) Philipp. III. 9
(9) Jacobi II. 15
(10) I Timoth. VI. 8
(11) Ibid. v. 6.

luculentissimus, quod eleemosynis a Deo gratiam impetramus, qua cæca mens nostra illustratur; nosque ingenito languore fracti, et jacentes erigimur, et sustinemur. Nam cum esurienti effuderimus (1) animas nostras, et animam afflictam repleverimus, orietur in tenebris lux nostra, et tenebræ nostræ erunt sicut meridies, et implebit Dominus splendoribus animas nostras.

Episcopis maxime propria oratio, et Sacrosancti Sacrificii oblatio

§. 10. Profecto ad lumen a Deo menti impetrandum, obtinendamque devotionis gratiam, sine qua Episcopalia officia necesse est relanguescere, magna vis est eleemosynæ: sed oratione, et sacrosancto Missæ Sacrificio nihil efficax magis. Orare (2) sine intermissione nos jubet Apostolus, et in omnibus gratias agere; hanc enim esse voluntatem Dei, ne fidei, et charitatis spiritum velimus extinguere: qui quidem spiritus (3) infirmitatem adjuvat nostram, et postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Equidem, si quis alius sapientia Episcopus indiget: quam poposcerea (4) postulet a Deo, et ipse dabit: postulet autem in fide nihil hæsitans: tantamque, si fieri posset, optandum, ut in animo fidem suo excitaret, quanta fide fuit Moyses, qui Deum (5) invisibilem, tanquam videns sustinuit. Ad eam fidem humilitas accedat oportet: Ego vero, (6) clamabat David, egenus et pauper sum; Deus adjuva me. Quanti vero sit ponderis perseverantia in Oratione, et assiduitas, declarant illa Christi Domini verba: (7) Oportet semper orare, et non deficere. Atque in ea assiduitate, et constantia Dei numen, (8) si moram fecerit, expectemus: apparebit, et non mentietur; quia veniens veniet, et non tardabit. Cumque non nostras tantummodo curare debeamus infirmitates, sed etiam putare, aliorum mala ad nos pertinere, et ea æque habere ac nostra; vehementius, diutiusque intendenda nobis ad Dominum nostra est oratio; qua, tanquam Ecclesiæ Fidelium interpretes, omnium fidem, spem, et charitatem ante oculos Domini statuentes, quod omnibus in universum, quodquod cuique Fidelium opus est, a Domino impetremus. Dei autem exorandi viam nobis muniet, et

Orationem tria habere oportet; fidem humilitatem, perseverantiam.

(1) Isai. LVIII. 10. 11.
(2) I. Thessal. v. 17 18.
(3) Rom. VIII. 26.
(4) Jacobi I. 5.
(5) Hebr. XI 27.
(6) Psal. LXIX. 6.
(7) Luc. XVIII. 1.
(8) Habacuc II. 3.

Digitized by Google

Sacrosanctum Missae Sacrificium maxime efficax ad quidvis a Deo impetrandum.

quidvis adipiscendi etiam aperiet augustissimum Eucharistiæ Sacrificium. Idcirco vel maximis nostri muneris occupationibus etiam implicati, Sacrosanctum Jesu Christi Corpus, et Sanguinem non recusabimus, quominus frequenter Dèo offeramus; nullumque majus putemus nobis datum esse negotium, quam crebro placationis hostiam pro nostris populique peccatis Deo Patri immolare.

Quae praecipue Fidelibus ingerenda doctrina.

§. 11. Cumque medii quodammodo simus Deum inter, et homines; quemadmodum ad Deum vota hominum, ita Dei voluntatem ad populum perferamus. Hæc est autem (1) voluntas Dei, sanctificatio nostra. Itaque nostrum est, Venerabiles Fratres, aperire (2) ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi, ut manifestemus illud ita ut oportet nos loqui. Illud potissimum docendi sunt populi: Christum carnem suam, nostræ, excepto peccato, similem, illam quidem non modo sanctam, sed etiam sanctificantem, possibilem tamen, et mortui obnoxiam, quæ omnium nostrum vicem repræsentaret, justitiæ divinæ simulque (3) nos itidem obtulisse: eam item et nos eodem tempore omnibus objecisse cruciatibus, quibus digna erant nostra crimina: damnatam fuisse mortis doloribus: maledictam adversus peccatores in lege pronunciatum subiisse: inter acerbissimos dolores mortuam: legi satisfactum: quidquid esset peccati simile, per Jesu Christi mortem, et sepulturam abolitum: E sepulcro Dominum Jesum, cum eadem quidem carne, sed mortalitatis exuviis exuta, et immortalitatis honoribus exornata revixisse: Idcirco peccatoribus, quo justificentur, opus esse mori cum Christo, qui pro illis, eorumque nomine mortuus est: cum Christo sepulcrum ingredi, ut ibi culpa temeratam carnem relinquant: veterem hominem iræ Dei, et mortis maledictioni tradendum, relinquendumque; ut per Baptismum novus in nobis homo, nova factus creatura novumque figmentum, possit cum Christo ad immortalitatem, æternamque gloriam reviviscere. Propterea Christianis omnibus de illa perpetua, non de hac exigua vita cogitandum: tum abjiciendas voluptates, et divitiarum, quæ voluptatum sunt instrumenta, cupiditatem ex animo avellendam; tum etiam maxime, qua noxiæ omnes cupiditates continentur, exuendam esse superbiam: (1) mundum transire, ejusque concupiscentiam: qui autem faciat voluntatem Dei, manet in æternum.

Cautio in eligendis Sacris Ministris.

§. 12. Hæc vero reliquamque doctrinam mysteriorum Dei, quanti negotii sit populos docere, ipsi vos, Venerabiles Fratres, pro sapientia vestra facile perspicitis. Propterea considerandum maxime est, quam multa in iis esse oporteat, quos ad Sacerdotale ministerium, instruendumque Christianis institutionibus populum, elegeritis; quanta vitæ innocentia, quanta morum integritas, quanta castitas, justitia, pietas, religio: Quam magnum sit, si quid pravum, si quid vitiosum, si quid improbum consuetudine mala inhæserit moribus, illud Parochos caute, et prudenter avellere: proximum quemque salutaribus monitis, consiliisque juvare, et instruere: animæ fideli denique pennas dare, quibus se humo tollat ad rerum divinarum contemplationem; eam mundo ereptam Deo tradere, divinamque in illa imaginem in pristinum revocare. Contra, quam non ferendum, a Fidelibus sibi commissis eos Parochos rationem vitæ reposcere, qui reddere non possint suæ; et ita mores in altero reprehendere, ut quominus ipsi redarguantur, recusare non queant. Ad puros sanctosque mores accedat oportet digna Ecclesiastico homine ab iis percepta doctrina. Scripturas cognitas habeant: Omnis enim (2) Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Sacrum igitur utriusque fœderis codicem, Ecclesiæ traditiones, Sanctorumque Patrum scripta, veluti fontes adeant, unde pura, et incorrupta fidei, morumque doctrina profunditur: Romanum vero Cathechismum, Catholicæ Doctrinæ summam, assidue versent, et lectitent; unde sacras conciones ad populum habendas depromant.

Sacris Ministris Sacrarum literarum studia colenda.

Lentae deliberationis, et maxime considerati consilii esse manus imponere.

§. 13. Nos studiis igitur privatis, nec ex cujusquam commendatione, sed optimum quemque, illumque præsertim, cujus timida virtus ministerium defugiat, fidelem fore putetis ministrum, cui partem gregis dominici committatis. In universum manus cito nemini imposueritis: (3) quod tunc cito fieri arbitra-

(1) I. Thessal. 3.
(2) Coloss. IV. 3.
(3) I. Petri III. 18.

(1) I. Joan. II. 17.
(2) II. Timoth. III. 16.
(3) I. Timoth. V. 22.

mur, cum nonnisi semel aut iterum homines expendimus, et probamus; quem contra accurate, exquisiteque exploratum, ac severe judicatum oportuit, ne alienis peccatis (1) comunicantes, inconsultæ temeritatis Deo pœnas demus. Neque vos tædeat, Venerabiles Fratres, si in ea re, quæ magnam cautionem habet, paullo diutius immoramur. Cujusmodi enim sunt Sacerdotes, ejusmodi plerumque esse solet et populus. In eos, præsertim si Parochi sint, tanquam in speculum omnes inspiciunt. Quapropter neminem perniciosius de Ecclesia mereri, quam vitiosos Clericos existimandum est, qui sua vitia infundunt in populum, eumque ita corrumpunt, ut plus exemplo suo, quam peccato nocere videantur.

Munus Episcoporum per se ipsos prædicare.

§. 14. Ascitis autem in sacrum ministerium viris quamvis egregiis, non propterea evangelizandi munere nos esse defunctos arbitrabimur: sic enim in aliorum manus retia dimittere videremur, quæ tamen tradidit nobis Dominus, ut ipsi simus hominum (2) piscatores. Præcipuum Episcoporum officium est Verbum Dei prædicare. Væ mihi, clamabat Apostolus, (3) si non evangelizavero: necessitas enim mihi incumbit: Nec præcipue ad baptizandi munus quamvis sanctum, sed potissimum ad (4) evangelizandum a Christo Domino se missum esse. Ipso autem Apostolorum judicio primas tenere novimus Verbi ministerium, quod (5) non æquum derelinquere existimaruot sanctissimi viri; ac propterea reliqua opera, quæ ad misericordiam erga proximum pertinerent, Diaconis censuerunt oportere committi. Et Beatissimus Paulus ad Timotheum scribit: (6) Attende lectioni, exhortationi, et doctrinæ. Si quis autem se carere sentiat facultate dicendi, nec ingenii sui esse dicat id munus exequi; in reliquis saltem, quæ ad Verbum Dei quoquomodo pertinent, non patiatur officium suum requiri. Itaque si mandaverit Clericis, ut Christianæ Doctrinæ rudimenta pueris tradant, in eam rem det operam qnoque suam. Parochis etiam in docendo populo socium sa adjungat, ut suum annunciaodi Verbi munus aliqua ex parte tueatur: quæ res alacritatem etiam summam omnibus afferet, qua suum quisque obeat officium. Quamobrem ne gravetur cum Consacerdotibus suis aliquoties Sacramenta Fidelibus ministrare, Chorum interdum adire, et Psalmos cum Canonicis canere, collationibus, quas instituerit, coram præesse: ex quo fiet, ut non minimum sacri Ministri de illius spiritu, quemadmodum septuaginta viri de Spiritu Moysis accipiant. Huc accedit, quod populum, qui hæc viderit, summa de divini sanctitate cultus opplebit opinio; et ejusmodi augusto spectaculo homines maculosi deterriti ad sacrum Ministerium nc aspirare quidem audebunt.

Quid agendum Episcopo, cui desit facultas dicendi.

Episcopus ab Ecclesia sua nunquam absit, nisi ex gravissima causa. Dioecesim visitet.

§. 15. Quoniam vero Ecclesiæ procurationem, gregisque tutelam sui nullo pacto potest gerere, si absit, Episcopus; propterea suæ quisque vestrum Ecclesiæ nullo non tempore adsideatis oportet. Id et naturali lege, et sacris etiam canonibus, et Tridentinis præsertim Decretis sancitum est. Universæ quoque Diœcesis loca adeunda, ut quarum legum vires deficere cœperint, eas vel a ministrorum indiligentia, vel a subditorum contumacia vindicetis. Quod si qua gravior, et necessaria causa extiterit, quamobrem de vestra Diœcesi discendendum vobis sit, atque ab ea aliquandiu vos abesse oporteat; ne, quæso, patiemini Pastoris desiderio sui confici Ecclesiam, a cujus periculo nunquam putetis absentiam vestram esse sejunctam.

Ut verbo, sic exemplo pascendum esse Gregem Domini.

§. 16. Præterea verbis conjungatur exemplum: (1) in omnibus nosmetipsos præbeamus exemplum bonorum operum; ut is, qui (2) ex adverso est, vereatur, nihil habens dicere de nobis. Ne opera absque sermone sint tacita; neque dicta, factis deficientibus, erubescant: atque illud animo reputemus, perfectum Ecclesiæ Principem, perfectis maximarum virtutum bonis ita esse instructum, ut et vita ejus dicendo, et doctrina vivendo exornetur. Domus autem cujusque nostrum sit pudoris, et modestiæ magistra, Ecclesiasticæ Disciplinæ officina, plena dignitatis atque concordiæ, quod tum assequemur, si nullius voluntati aut gratiæ dediti, nihil animi nostri imbecillitati, et mollitiæ indulgeamus, neminemque habeamus eximium; quod in Ecclesia administranda magnas plerumque turbas creat, et offensionem habet gravem, et Episcopo invidiam, et contemptum parit.

(1) Ibid.
(2) Matth. IV. 19.
(3) I. Cor. IX. 16.
(4) Ibid. I. 17.
(5) Act. VI 2. 4.
(6) I. Timot. IV. 13

(1) Tit. II. 7.
(2) Ibid. v 5.

Qui in Episcopatus gradu locandi.

§. 17. Quod ad nos attinet vigilias (1) anticipaverunt oculi nostri, ut per Civitates constituamus Episcopos, qui ad Episcopatum afferant doctrinam sanam, vitam irreprehensibilem, mentem ad omnia paratam pro Christo; quique id sibi munus obvenisse arbitrentur, cui qui præsit, non intumescat amplitudine dignitatis, sed humilitate decrescat. Et in exquirendis quidem explorandisque viris, quos tanto muneri præpositos esse velimus, sancta testimonii vestri religione, et fide confisi, vobis testibus utemur, et auctoribus; quos minime dubitamus nullam carnis, et sanguinis rationem habituros, sed ejus tantummodo, qui vocavit vos (2) in opus ministerii, in ædificationem Corporis Christi.

Invicto se animi robore moniat Episcopus adversus ea, quæ fidem et pietatem lædunt.

§. 18. Reliquum est, Venerabiles Fratres, ut vos de fortitudine moneamus, et animi robore; quo maxime est opus adversus ea, quæ vel Orthodoxam Fidem oppugnant, vel pietatem lædunt, vel morum integritatem infringunt. Repleti (3) simus, obsecro, fortitudine Spiritus Domini, judicio, et virtute. Ne (4) tanquam canes muti, non valentes latrare, Greges nostros patiamur (5) fieri in rapinam, et oves nostras in devorationem omnium bestiarum agri: neque nos quidquam deterreat, quominus pro Dei gloria, et salute animarum ad omnes dimicationes nosmetipsi objiciamus. Recogitemus (6) eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem. Quod si nequissimorum timeamus audaciam, actum est de Episcopatus vigore, et de Ecclesiæ gubernandæ sublimi, ac divina potestate; nec Christiani ultra, aut durare, aut esse jam possumus, si ad hoc ventum est, ut perditorum minas, aut insidias pertimescamus. Fidentes (7) igitur non in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos, alti, excelsi, humanas res despicientes, Dominum inclamemus: Spes (8) mea tu in die afflictionis: nec unquam animis, aut corporibus defatigemur: Dei enim (9) adjutores sumus: Dominus autem Jesus nobiscum est (10) omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Itaque nullis scandalis, nullis persecutionibus infirmemur, ne electioni Dei videamur ingrati, cujus tam valida sunt adjutoria, quam vera promissa.

Epistolae conclusio.

§. 19. Denique, quoniam in æterno examine pro omnibus, et præ omnibus, qui Christi censentur nomine, rationem reddituri sumus; vos obtestamur, Venerabiles Fratres, et obsecramus, ut si quæ scandala, et dissensiones oriantur, quibus sedandis impares sitis, ad hanc Beatissimi Apostolorum Principis Sedem, tanquam ad Caput, et Episcopatus apicem referatis, unde ipse Episcopatus, et tota auctoritas nominis hujus emersit. Hinc, veluti de natali suo fonte aquæ cunctæ procedunt, et per diversas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ dimanant, Ecclesiæ omnes sumant quid præcipere, quos abluere, quos veluti in cœno inemundabili sordidatos, mundis digna corporibus unda devitat. Nos quidem Dei primum virtute nixi, deinde B. Petri tutela confisi, cujus cura omnes habet præsentes, consilio, ope, auctoritate vos juvabimus. Parati sumus ipsi pro vobis, (1) impendere, et superimpendi, ut incolumes Ecclesias, incolumes Fratres tueamur. Cæterum sub ipsa suscepti oneris mole (2) fiduciam habuimus Deo, qui, cum nobis oneris sit auctor, nobis fiet etiam adjutor; et ne sub magnitudine gratiæ succumbat infirmitas, dabit virtutem qui contulit dignitatem. Interea misericordissimam Dei nostri clementiam supplices obsecrate, ut in diebus nostris expugnet impugnantes Nos; muniat fidem vestram; multiplicet devotionem; augeat pacem; meque servulum suum, quem ad ostendendas divitias gratiæ suæ, gubernaculis Ecclesiæ voluit præsidere, sufficientem tanto operi, et utilem vestræ defensioni dignetur efficere, et ad hoc tempora nostræ servitutis extendere, ut proficiat devotioni, quod fuerit largitus ætati. Gratia Domini Nostri Jesu Christi vobiscum; quibus benedicimus; vosque salutamus in osculo sancto: omnibusque itidem Consacerdotibus vestris, cæterisque Ecclesiarum vestrarum Fidelibus Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem postridie Id. Septembris Anno MDCCLVIII Pontificatus Nostri Anno I.

S. Petri Sedes, caput, et apex Episcopatus, unde Episcopalis omnis emersit auctoritas.

(1) Psal. LXXVI. 5.
(2) Ephes. IV. 12.
(3) Michææ III. 8.
(4) Isaiæ LVI. 10.
(5) Ezech. XXXIV. 8.
(6) Hebræ. XII. 3.
(7) II. Cor. I. 9.
(8) Jerem. XVII. 17.
(9) I. Cor. III. 9.
(10) Matth. XXVIII. 20.

(1) II. Cor. XII. 15.
(2) I. Thessal. II. 2.

X.

Confirmatur Breve Clementis XI, quo Confraternitati Aurigorum prorogatur jus privativum quoad omnes alios excoriandi equos, mulos, et asinos quos in Urbe mori contigerit, ei alias ab Innocentio XII concessum, ita tamen ut emolumentum, quod ea de caussa perciperetur, deductis expensis Eleemosynæ nomine in servitium prædictæ Ecclesiæ erogari deberet.

Datum die 12 Septemb. 1756 An. I.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Jus Privativum a Clemente PP XI. confirmatum.

§. 1. Alias fel: rec: Clemens PP. XI. Prædecessor Noster ad supplicationem tunc existentium Officialium, et Confratrum Confraternitatis Aurigarum in Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum in Cacaberis de Urbe confirmavit jus privativum quoad omnes alios excoriandi, seu per eorum ministros, et deputatos excoriari faciendi Equos, Mulos, et Asinos, quos in Urbe præfata mori contigisset dictæ Confraternitati ab Innocentio PP. VII Prædecessore pariter Nostro concessum, ita tamen, ut emolumentum quod ea de caussa perciperetur, deductis necessariis expensis, eleemosynæ nomine in servitium prædictæ Ecclesiæ erogari deberet, et alias prout plenius continentur in ipsius Clementis Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis tenoris qui sequitur, videlicet = Clemens PP. XI ad futuram rei memoriam = Exponi Nobis nuper fecerunt Dil. Filii Officiales, et Confratres Confraternitatis Aurigarum in Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum in Cacaberis vulgo nuncupata de Urbe canonice, ut asseritur, erectæ, quod ipis alias a fel: rec: Innocentio PP. XII Prædecessore Nostro in vim specialis Rescripti bo: mem: Palutio dum vixit Episcopo Prænestino S. R. E. Cardinali de Alteriis nuncupato, et ejusdem S. R. E. Camerario directi, et subinde per duo Edicta ejusdem Palutii Episcopi Cardinalis, et Camerarii, ac per aliud Rescriptum dicti Innocentii Prædecessoris dilecto Filio Nostro Galeatio dictæ S. R. E. Cardinali Marescotto nuncupato tunc ejusdem S. R. E. Pro Camerario pariter directum jus privativum quoad omnes, et singulos alios cujuscumque status, gradus, et conditionis excoriandi, seu per eorum ministros, et deputatos excoriari faciendi Equos, Mulos, et Asinos, quos in Urbe mori contigisset juxta quasdam obligationes ab eis factas, et in Edictis per eosdem Palutium Episcopum, et Galeatium Cardinales Camerarium, et Pro Camerarium respective publicatis contentas sibi concedi obtinuerunt; ita tamen, ut emolumentum, quod iidem exponentes ea de caussa perciperent, deductis necessariis expensis, in præfatæ eorum Ecclesiæ servitium eleemosynæ nomine erogare deberent, et alias prout in præfatis Edictis ea super re emanatis, quæ præsentibus prn plene, et sufficienter expressis, et insertis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes præmissa, quo firmius subsistant, ac serventur exactius Apostolicæ confirmationis nostro patrocinio communiri plurimum desiderent; Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, jus privativum quoad omnes alios excoriandi, seu excoriari faciendi dictos Equos, Mulos, et Asinos prædictæ Aurigarum Confraternitati concessum, ut præfertur, auctoritate Apostolica, tenore, præsentium confirmamus, et approbamus. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ S. R. E. Camerarium seu Pro Camerarium, et alios Cardinales etiam de latere Legatos, nec non Cameræ nostræ Apostolicæ Præsidentes Clericos, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane quidquid secus su-

Constitutio Clementis PP. XI.

Caussa hujus Constitutionis.

Edicta, quæ Confraternitati privativum jus alias declarant.

Exponentium petitiones approbat, atque confirmat.

Decretum irritans.

per his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstatibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ Urbis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, eorumque reformationibus, et novis additionibus, stylis, usibus, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: Quibus omnibus et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV Julii MDCCVIII Pontificatus Nostri Anno Octavo =.

Clausulæ derogatoriæ.

§. 2. Et subinde fel: rec: Benedictus PP. XIII, Clemens PP. XII, et Benedictus PP. XIV Romani Pontifices Prædecessores itidem Nostri præinsertas primodicti Clementis Prædecessoris literas per suas respective in simili forma Brevis expeditas Literas confirmarunt, et approbarunt, quarum tenores præsentibus pro expressis, et insertis habentes plenius volumus contineri.

Aliorum Prædecessorum literæ approbantur, atque confirmantur.

§. 3. Cum autem, sicut Dilecti Filii moderni Officiales, et Confratres ejusdem Confraternitatis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi ejusdem concessionis effectu de præsenti fruantur, et ne Ecclesiæ servitium, aliaque charitatis, et pietatis, quæ exercere pergunt, opera diminuantur, opportune in præmissis a Nobis provideri, et ut infra indulgeri summopere desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas dicti Clementis XI, ac alias postmodum eorumdem Benedicti XIII, Clementis XII, et Benedicti XIV Prædecessorum editas literas cum omnibus, et singulis in eis contentis, et inde sequutis Auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, et quatenus opus sit jus privativum hujusmodi innovamus.

Precibus Confraternitatis Pontifex annuit.

Absolutio a Censuris.

§. 4. Decernentes easdem præsentes, præinsertasque, et alias eorumdem Benedicti XIII, Clementis XII, et Benedicti XIV Prædecessorum literas super præmissis editas semper firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, at per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis, quæ idem Clemens XI in dictis suis literis voluit non obstare, cæterisque contrariis, quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII Septembris MDCCLVIII Pontificatus Nostri Anno Primo.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

XI.

Cum Vocales Conventus S. Marii De Leon Militiæ S. Jacobi de Spatha, cujus ipse Rex Administrator perpetuus deputatus existit, in una congregati pro nova prioris ejusdem Conventus electione facienda, ob paritatem suffragiorum, peractis tribus successivis scrutiniis, priorem minime elegerint, et hujusmodi officium vacet, electio ad S. Sedem devoluta sit; Sanctitas Sua eidem Regi facultatem nominandi concedit quemcumque priorem, quoties ob discrepantiam votorum in tribus scrutiniis non fuerit electus.

Datum die 15 Septemb. 1758 Anno I.

Carissimo in Christo Filio Nostro Ferdinando Hispaniarum Regi Catholico.

Clemens PP. XIII.

§. 1. Carissime in Christo Fili Noster, salutem, et Apostolicam Benedictionem. Majestatis Tuæ nomine Nobis nuper expositum fuit, quod cum Prior

Rei expositio facta a Priore Conventus S. Marii de Leon quoad retardatam Prioris electionem.

Conventus S. Marii de Leon seu Legionis Militiæ S. Jacobi de Spatha, cujus Tu administrator perpetuus Auctoritate Apostolica deputatus existis, vacavisset, seu tunc existens Prior Conventus prædicti suum officium absolvisset; Vocales autem Conventus prædicti pro instituenda nova ejusmodi Conventus Prioris electione, juxta Militiæ, et Conventus hujusmodi statuta Auctoritate Apostolica forsan confirmata in unum se se congregaverint, ob partium studia post tria successiva scrutinia peracta, Priorem minime elegerint, quippe qui novem ex decem et octo Vocalibus, qui Capitulum dicti Conventus constituunt, in unum, et reliqui novem in alterum Conventus, Militiæque prædictæ Professorum sua respective suffragia ferre perexerunt, eaque de causa ejusdem Conventus Prioris officium adhuc vacans reperitur, et hujusmodi electio ad Nos devoluta remanet.

Causa hujus Brevis, ad impediendam nempe confusionem in electionibus ortam.

§. 2. Nos in hoc rerum statu ad auferenda et penitus eliminanda jam ex præmissis orta scandala ac dissidia, et animorum simultates et dissentiones, quæ religiosam quietem, et regularem observantiam aliquando conturbare solent, atque una insimul in Superiorum electione non minima confusione afferre dignoscuntur, ac alia, quæ in posterum in similibus electionibus non solum dicti, verum etiam aliorum ejusdem Militiæ Conventuum Priorum oriri possunt, alacres auctoritatis, providentiæque nostræ partes interponere gessimus, ac indemnitati Conventuum Militiæ prædictæ tam in spiritualibus quam in temporalibus, ne ex diurna superiorum vacatione aliqua detrimenta patiantur consulere cupientes, Majestatemque Tuam specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Majestati Tuæ non solum dicti Conventus Sancti Marii de Leon de præsenti, ut præmittitur vacantem, verum etiam aliorum Conventuum Militiæ Sancti Jacobi de Spatha Priores, quando pro tempore vacare contigerit, toties quoties ob discrepantiam Vocalium, sive ob paritatem suffragiorum nulla in tribus successivis scrutiniis canonica Conventuum prædictorum electio respective Priorum concludi possit, servata tamen in omnibus, et per omnia forma statutorum, seu stabilimentorum dictæ Militiæ, ac decretorum Concilii Tridentini eligendi et nominandi facultatem, Auctoritate Apostolica tenore præsentium tribuimus et impertimur.

Decretum irritans.

§. 3. Non obstantibus, quatenus opus sit Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Militiæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, privilegiis quoque, indultis et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis.

Contrariis derogat.

§. 4. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xv. Septembris MDCCLVIII Pontificatus Nostri Anno Primo.

XII.

Negat indultum conferendi Ecclesiastica Beneficia in mensibus Apostolicæ Sedi reservatis, quod Imperatrix petierat pro electo Episcopo Olomucensi.

Clemens PP. XIII.

Datum die 16 Septemb. 1758 Anno I.

Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ Reginæ Apostolicæ nec non Boemiæ Reginæ illustri in Romanorum Imperatricem electæ.

Suum obsequium significat ad secundanda vota Reginae Imperatricis Mariae Theresiae.

§. 1. Quam Pontificiæ Charitati Nostræ permolestum accidat, cum postulatis apud nos editis obsecundare integrum nobis non est, haud satis aptis verbis explicare possumus. Persuasum sane Tibi, Carissima in Christo Filia Nostra, quam pro augustis, piisque Austriaci animi virtutibus, et eximiis in rem Catholicam meritis magno in pretio habemus, esse cupimus, Nos optatis tuis, cum opportuna sese Nobis dederit occasio faciles semper aures fore præbituros. Quoniam autem quoad Indultum conferendi Ecclesiastica Sacerdotia, seu Beneficia in Civitate, et Diœcesi Olomucensi in mensibus Apostolicæ Sedi reservatis vacantia, sive quibuscumque canonicis ex caussis eidem Sedi affecta.

Digitized by Google

quod pro dilecto Filio Comite Leopoldo Friderico ab Egk canonice electo Olomucensi, Majestas tua a Nobis expetiit, aliter in præsentia exposcunt gravissima rationum momenta.

Dolet quod nequeat hac in parte ejus votis annuere.

§. 2. Dolemus idcirco, quod votis Tuis hac in parte satis facere non valeamus. Post tot enim contentiones ac dissidia exinde orta, statutum reperitur, ut indulta hujusmodi nonnisi solis S.R.E. Cardinalibus, sive in suis Titulis, sive Episcopatibus, et solis Antistitibus S. R. I. Principibus Electoribus tribuantur. Caeterum de futura eorumdem Ecclesiasticorum Sacerdotiorum, seu Beneficiorum, sive Canonicatus, sive Dignitates fuerint collatione deinceps per Apostolicam hanc sanctam Sedem facienda, Majestas tua sibi polliceri poterit, quod iis dumtaxat Ecclesiasticis Viris, qui meritissimi, et Majestati Tuæ neque suspecti, neque invisi, sed grati, acceptique fuerint, conferantur, quemadmodum dilecto Filio nostro Alexandro S.R.E. Cardinali Albano Majestatis Tuæ studiosissimo declaravimus. Interim Majestati tuæ Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ die XVI. Septembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Collationes promittit Ecclesiasticis viris tum meritissimis, tum Majestati Suae acceptis.

XIII.

Datum quarto Kalendas Oct. 1758 Anno I.

Prævia avocatione, a quocumque Tribunali litis et causæ per quosdam illegittimos oppositores excitatæ, diuque vigentis super exequutione literarum Apostolicarum per Bened. XIV. Prædecessorem concessarum pro erectione Collegiatæ in oppido Montis Actonum Firmanæ Diœcesis, ejusdemque litis extinctione, ac perpetui silentii impositione, sententiam promulgatam a Vicario Generali Firmano confirmat, ejusque literis novum robur adjungit et omnia in illis contenta exequutioni mandari, et servari jubet.

Litteræ S. M. Benedicti XIV. de quibus hic sermo est non reperiuntur impressæ in ejus Bullario, sed in præsenti habetur illarum tenor.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium in quo Causae hujus Motus proprii enunciantur.

§. 1. Suprema dispositione, cujus inescrutabili Providentia ordinationem suscipiunt universa, super eminenti Apostolicæ Dignitatis specula meritis licet imparibus constituti, inter cæteras curas humeris nostris incumbentes, illam libenter amplectimur, per quam Nostræ provisionis ope, litium anfractus, et dissidia, quæ inimicus homo suggerit, ab Ecclesia Dei penitus elimiuentur, et sicut Nobis imminere prospicimus, opem et operas Nostras impendimus efficaces; ac propterea Prædecessoris literas a quocumque prætenso nullitatis vitio revalidantes litium hujusmodi extinctioni per novæ gratiæ, de Apostolicæ Potestatis plenitudine concessæ, ministerium, aciem Nostræ considerationis extendimus, et in his Pastoralis Officii Nostri partes favorabiliter interponimus, prout locorum, personarum, et temporum qualitatibus matura deliberatione pensatis, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Refertur tenor literarum Apostolicarum Benedicti XIV.

§. 2. Sane cum sicut Nobis innotuit alias, videlicet de anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo primo felicis recordationis Benedicto PP. XIV. Prædecessori Nostro pro parte dilectorum ejus filiorum Pauli Antici Moderni, et etiam tunc existen. Parochialis et Matricis Ecclesiæ Plebaniæ forsan nuncupatæ Sancti Petri Apostoli, et Pauli Cornelii alterius Parochialis Ecclesiæ Sancti Salvatoris Castri Montis Actonum Firmanæ Diœcesis respective Rectorum, ac unius sub Sanctæ Mariæ de Planctu nuncupatæ, ac alterius sub ejusdem Sanctæ Mariæ Boni Jesus etiam nuncupatæ, cujus Ecclesia, vel Oratorium publicum in solo Lateranen. erecta, seu erectum reperitur, et reliquæ in tribus ex præfatis, vel aliis dicti Castri Ecclesiis respective canonice erectarum Confraternitatum Laicalium sub Sanctissimi Sacramenti respective invocationibus, modernorum etiam tunc existentium Confratrum, exposito, quod primodictus Paulus, et Paulus secundodictus, ac præfati Confratres in dicto Castro, in quo nulla Collegiata Ecclesia, in qua diu, noctuque Altissimo in Hymnis, et Canticis persolverentur laudes, eo usque erecta reperiebatur, primodictam Parochialem Ecclesiam in sæcularem, et insignem Collegiatam Ecclesiam erigi, et institui desiderantes, primodictus Paulus videlicet primodictam, et secundodictus Paulus secundodictam Parochiales Ecclesias, non tamen unum ad vel sub S. Jo. Baptistæ in ejusdem S. Jo: Baptistæ, sed Stephanus Nicolaus Casali aliud ad vel sub Præsentationis, seu Purificationis Beatæ Mariæ Virginis in primo dicta Parochiali, et

Dominicus Fortunati Clerici, seu Presbyteri Firman., seu alterius respective Civitatis, vel Diœcesis dilecti etiam Filii reliquum perpetua simplicia, et personalem residentiam non requirentia Beneficia Ecclesiastica ad vel sub Sanctæ Mariæ Luminum nuncupatæ, seu aliorum respective Sanctorum, seu Sanctarum respective invocationibus in ejusdem Sanctæ Mariæ, seu aliorum respective Sanctorum, vel Sanctarum ejusdem Castri etiam Parochialibus, seu aliis respective Ecclesiis quæ Beneficia, sicut accepimus de Jurepatronatus Laicorum ex fundatione, vel donatione respective existunt, ac quas et quæ, et quoad primo, et secundo dictas Parochiales Ecclesias a triennio, et ultra illis personaliter deserviendo respective obtinebant, in ejusdem BENEDICTI Prædecessoris manibus sponte, ac libere, ad effectum tamen erectionis primo dictæ Parochialis Ecclesiæ in sæcularem, et insignem Collegiatam Ecclesiam sub invocatione ejusdem Sancti Petri Apostoli, et in ea unius Archipresbyteratus, qui prima, et principalis, et unius Prioratus, qui secunda Dignitates inibi respective existerent, ac sex Canonicatuum, totidemque Præben. nec non duarum Mansionariarum respective resignarunt; ita tamen, ut Archipresbyteratus ex primo dicta, et Prioratus præfati ex secundo dicta Parochialibus Ecclesiis, ac tres ex dictis sex Canonicatibus, et Præbendis ex dictis tribus Beneficiis, prævia tamen, primo dicti Beneficiorum etiam ex tunc, prout ex ea die, et cum primum illud ex persona secundo dicti Pauli vacare contigisset, tituli collativi nominis denominationis, et exentia perpetua suppressione, et extinctione, Apostolica auctoritate perpetuo erigerentur, et instituerentur, de consensu tamen dilectorum similiter Filiorum modernorum tunc existentium dictorum Beneficiorum Patronorum, necnon Confraternitatum hujusmodi Confratrum præfatorum, qui pro erectione ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ nonnulla bona ad eos legittime spectantia libere futuris illius Capitulo, et Canonicis cesserunt, cum obligatione tamen Capitulo, et Canonicis præfatis, perpetuæ celebrationis quatuor ex quinque Missis quas Confratres præfati celebrari facere tenebantur, ac reservato Jure patronatus laicali eorumdem Beneficiorum, ut præfertur suppressorum, et extinctorum respective patronis præfatis, uti antea quoad primo, secundo, et tertio dictos, quo vero ad quarto, et quinto dictos Canonicatus, et Præbendas primo dictæ Confraternitatis, ac ad reliquum ex præfatis sex Canonicatibus, et Præbendis, et ad unam ex dictis Mansionariis Confratribus secundo dictæ Confraternitatis, nec non ad alterum ex Mansionariis præfatis in primo dicta Parochiali Ecclesia in sæcularem, et insignem Collegiatam, quæ etiam Parochiali Ecclesia in sæcularem, et insignem Collegiatam, quæ etiam Parochialis, et Matrix ut antea existeret Ecclesiam, ut præfertur erigendam, tertio dictæ Confraternitatis respective Confratribus, et quoad ultimo dictum, et ultimo dictam ex dictis sex Canonicatibus et Præbendis, ut præfertur, erigendis hujusmodi reservato Jure instituendi ad pro tempore existentes Capitulum, et Canonicos Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranen. de Urbe, juxta concordiam inter Venerabilem Fratrem Nostrum modernum Archiepiscopum Firmanum, ac dilectos pariter Filios modernos seu tunc existentes Capitulum, et Canonicos dictæ Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranen. initam, et a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negociis, et consultationibus Episcoporum et Regularium præposita, approbatam: Idem BENEDICTUS Prædecessor supplicationibus sibi tunc desuper pro parte primo dicti Pauli, ac Pauli secundo dicti, ac Stephani Nicolai, et Dominici, ac Confratrum præfatorum porrectis benigne inclinatus, dilecto quoque Filio præfati Archiepiscopi Firmani Vicario in spiritualibus Generali per suas Literas sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem pridie nonas Januarii Pontificatus sui anno undecimo dederit in mandatis, quatenus vocatis, qui fuissent evocandi, ac verificato prius coram eo unoquoque Jurepatronatus ex fundatione, vel dotatione hujusmodi, et quoad erectionem trium posteriorum Canonicatuum, et Præbendarum, ac duarum Mansionariarum hujusmodi si, et postquam per earumdem Confraternitatum respective Confratres præfatos nonnulla annui redditus quadraginta octo pro dote dictorum trium posteriorum Canonicatuum, et Præbendarum, ac duarum Mansionariarum hujusmodi, et reliqua omnia earumdem Confraternitatum respective bona tuta, et secura, ac libera, immunia, et exempta, ac separata, et segregata, nec non exempta, et liberata, annui redditus quadringentorum quinquaginta duorum circiter respective scu-

torum monetæ romanæ pro distributionibus quotidianis, aliisque indigentiis Mensæ Capitularis, primodictæ Parochialis Ecclesiæ in sæcularem, et insignem Collegiatam, quæ etiam Parochialis, et Matrix, ut antea existeret, Ecclesiam, ut præfertur, erigendam vere, realiter, et cum effectu assignata fuissent, et cum hoc, quod bona assignanda hujusmodi transirent cum oneribus suis, quibus actu tunc gravata reperiebantur, et non alia sine alicujus præjudicio, erigerat, et institueret prout in dictis Literis plenius, et uberius continetur.

Contra decretum Vicarii Generalis Firmi recurrunt nonnulli Confratres ad Sacram Congregationem Episcoporum, et Regularium.

§. 3. Cumque, sicut etiam accepimus, præfatus Vicarius omnia, et singula in eisdem Literis, ut par erat verificari mandasset, nonnulli ex Confratribus dictarum Confraternitatum, et præsertim Confraternitatis Boni Jesus, cujus Ecclesia, seu Oratorium, ut pariter accepimus, in solo Lateranensi fundata, seu fundatum reperitur, et quæ applicationi bonorum præfatæ Mensæ Capitulari faciendæ consensum præstiterat sub reservatione beneplaciti Capituli, et Canonicorum dictæ Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranen., recursum habuerunt, usurpato nomine Populi dicti Castri, et earumdem Confraternitatum ad præfatam Congregationem Episcoporum, et Regularium de anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo quarto pro inhibitione erectionis dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, et ab eadem Congregatione, attento præsertim explicito dissensu de eo tunc præfatorum Capituli, et Canonicorum dictæ Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranen., prodiit Rescriptum = *Collegiatam non esse erigendam* = Licet subinde præfati Capitulum, et Canonici dictæ Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis nuncupati eorum consensum ad effectum erectionis præfatæ præstiterint, quin imo eadem Congregatio Episcoporum, et Regularium in actu concordiæ inter præfatum Archiepiscopum Firmanum, ac Capitulum, et Canonicos dictæ Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis per eam ut præfertur, approbatæ, in qua expressa mentio ejusdem rescripti facta fuerat, ab eodem rescripto implicite recesserit, et propterea a primo dicto Paulo, ac Paulo secundo dicto, ac Stephano Nicolao, et Dominico, ac Confratribus præfatis in erectionis hujusmodi Literis præfatis nulla de hujusmodi Rescripto mentio facta fuit; Hinc igitur nonnulli ex prædictis Confratribus, et Patronis dictorum Beneficiorum, minimam tamen eorum partem constituentes, non obstante consensu ad id per eos antecedenter præstito, illum revocara non formidantes præfatarum Literarum exequutioni se opposuerunt.

Sacra Congregatio recurrentium precibus obsecundat inhibendo Collegiatae erectionem.

Vicarius Generalis Firmi Literis super erectioneCollegiatae exequutionem dandam esse decernit, nonnullis tantum reservationibus factis.

§. 4. Verum per præfatum Vicarium, oppositionibus hujusmodi, ut illegittimis, minime attentis, definitiva emanavit Sententia super totali exequutione earumdem Literarum, in suspenso tamen relicta erectione Canonicatus, et Præbendæ, qui ex bonis præfati Beneficii Sancti Joannis Baptistæ ad ipsarum Literarum tenorem fieri debebat: Sed interposita ab hujusmodi Sententia per eosdem oppositores infra legitima tempora appellatione, lis, et causa hujusmodi Causarum Palatii nostri Apostolici Auditorio, ac certo illius Auditori commissa extitit cum clausula = *Parito Literis arbitrio Rotæ* = Propositoque sub die vigesimatertia mensis Junii anni ejusdem Domini Millesimi Septingentesimi Quinquagesimi secundi Dubio = *An intret arbitrium pro retardatione Literarum Apostolicarum* = resolutum fuit = *Affirmative* = seu ex quo in eisdem Literis mentio facta non fuerat præfati Rescripti Congregationis Episcoporum, et Regularium, vel ex quo nonnulli ex Confraternitatibus, et Patronis præfatis non consensissent hujusmodi erectioni, imo sub unica Decisione emanavit Sententia Rotalis; commissaque in gradu appellationis hujusmodi causa in eadem Rota, præviis duabus Decisionibus subinde emanatis, eadem Sententia Rotalis confirmata extitit: sed nihilominus ob interpositam iterum a Clero ejusdem Castri infra legitima tempora appellationem, Lis, et Causa hujusmodi ut pariter accepimus, adhuc pendet indecisa.

Sacrae Rotae Tribunal Sententiam Vicarii Generalis Firmi revocat.

Pontifex suo motu proprio avocat ad se litem et causam, sententiamque Vicarii Generalis confirmat.

§. 5. Nos igitur exemplo illius, qui Auctor pacis extitit, pacem hujusmodi inter Fidales quoslibet, ex qua salus oritur animarum, conservare, ac diuturnis litibus, et controversiis finem imponere cupientes, ad preces etiam præfati moderni Archiepiscopi Firmani, attenta ejus super his favorabili informatione, nec non attentis magni momenti causis ab eodem Archiepiscopo sua Epistola Nobis expositis, attentaque ratihabitione, seu etiam nova præstatione consensuum a præfatis Confraternitatibus novissime habita, ac etiam attentis gravissimis expensis per Clerum præfatum pro substinenda earumdem Literarum validitata submi-

nistratis, aliisque de causis animum nostrum moventibus, litis, et causæ hujusmodi in præfato Auditorio pendentis statum, et merita, nominaque, et cognomina, ac qualitates Judicum, et Collitigantium, et alia quæcumque etiam specificam, et individuam mentionem, et expressionem requirentia, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, MOTU PROPRIO non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine Litem, et Causam hujusmodi ab eodem Auditorio ad Nos Apostolica auctoritate tenore præsentium *avocamus*, illasque penitus, et omnino *supprimimus*, *et extinguimus*, *perpetuumque desuper silentium imponimus*, ac Sententiam ejusdem Vicarii super exequutione præfatarum Literarum Apostolicarum, ut præfertur, emanatam, ad hoc, ut eædem Literæ Apostolicæ suæ debitæ exequutioni demandentur, approbamus, et confirmamus, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inconcusse adimpleri, et observari mandamus.

Decretum irritans.

§. 6. Nec non easdem Literas Apostolicas quocumque prætenso subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio minime obstante, Apostolica Auctoritate præfata *revalidamus*, easque in pristinum, ac eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, statum restituimus, reponimus, et plenarie reintegramus: Decernentes easdem præsentes Literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet ex oppositoribus præfatis, etiam specifica, et individua mentione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad id vocati, et auditi, minusque causæ propter quas ipsæ præsentes Literæ emanaverint, justificatæ, et verificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore Juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel jus, aut interesse habentium, consensus, aut quolibet alio, quantumvis substantiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac specificam, et individuam mentionem, et expressionem requirente, defectu, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, seu quavis occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, et privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra hujusmodi, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos Juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel impetrato, quempiam uti, seu se juvari posse: neque ipsas præsentes Literas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, et Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac Sedem Apostolicam etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine, similibus etiam consistorialiter, ac alias sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam si de eisdem præsentibus Literis, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, pro tempore factis, et concessis, ac faciendis, et concedendis, comprehensas, sed semper et omnino ab illis exceptas, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data, per quoscumque ad quos pro tempore spectabit quandocumque eligenda, concessas, validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere.

Clausula sublata.

§. 7. Sicque, et non alias in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici prædicti Auditores, ac præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, et quoslibet alios

quavis auctoritate, potestate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes in quavis causa et instantia, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et potestate, judicari et definiri debere, irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et insuper Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Firmano, et Episcopo Maceratensi, ac Dilecto Filio Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori modernis, et pro tempore existentibus Executoribus Apostolicis per præsentes committimus et mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios præsentes Literas, et in eis contenta quæcumque, ubi et quando expedierit, ac quoties pro parte cujusvis in his interesse habentis desuper requisiti fuerint, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant Auctoritate Nostra præsentes Literas, et in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac singulos, quos eædem præsentes Literæ concernunt, illis pacifice frui, et gaudere.

Censuræ irrogatae contra oppositores.

§. 8. Non permittentes, ipsos, aut eorum aliquem desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari, contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris et facti remedia, servata tamen forma Concilii Tridentini, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, et pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, reaggravando, interdictum Ecclesiasticum apponendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris de jure quæsito non tollendo, et quibusvis aliis Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ac piæ memoriæ Bonifacii PP. VIII. etiam Prædecessoris Nostri de una, et Concilii Generalis de duabus Dietis, dummodo intra tres Dietas aliquis vigore præsentium ad judicium non trahatur, cæterisque Apostolicis etiam in synodalibus, provincialibus, universalibus, generalibusque Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, et ordinationibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis quibusvis Superioribus, et personis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumque totis, tenoris specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita, et peculiaris forma ad hoc servanda foret eorum tenores eisdem præsentibus Literis pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis, habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, et singulorum effectum, hac vice dumtaxat, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse harum serie derogamus, ac derogatum esse volumus, et etiam declaramus, contrariis quibuscumque.

Transumptorum Fides.

§. 10. Volumus autem, quod earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici signatis, seu subscriptis, et sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem ubique fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus Literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrarum perpetuæ avocationis, suppressionis, extinctionis, silentii impositionis, approbationis, confirmationis, mandati, revalidationis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, decreti, derogationis, declarationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Octavo, Quarto Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Digitized by Google

XIV.

Dat. pridie Kalend. Octobris 1758 Anno I.

Constitutio super Immunitate Ecclesiastica locali, et forma extractionis Reorum e locis immunibus in Ditionibus Comitis Palatini Rheni Sac. Romani Imperii.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei Ad perpetuam Rei Memoriam.

Proemium

§. 1. Inter graviores Apostolicæ sollicitudinis curas hanc etiam semper suscipiendam merito censuerunt Prædecessores Nostri Romani Pontifices ut et Ecclesiarum sacrorumque Locorum Immunitatem pro debito Divinæ Majestati honore tuerentur, et simul pravis perditorum hominum consiliis obstiterent ne Ecclesiastici confugii præsidio abutentes publicam, privatamque tranquillitatem, atque securitatem majori confidentia, et audacia turbare præsumerent. Itaque plura opportune censerunt tam super qualitate criminum quibus asylum apud Ecclesias, et loca sacra impunitatem nullatenus præstare voluerunt, quam super forma, et methodo, qua ejusmodi criminum reos ex loco immuni extrahi, et competentibus Judicibus ab pœnam tradi liceret; nunc generalibus editis legibus, nunc peculiaribus concessis indultis, prout alia, atque alia ratio, et temporum, et regionum, et morum postulare videbantur. Horum laudabilibus vestigiis insistendum Nobis esse reputantes, quum Sa: Me: Prædecessori Nostro Benedicto Papæ XIV. ex parte Dilecti Filii nobilis viri Caroli Theodori Comitis Palatini Rheni, et Sacri Romani Imperii Principis Electoris supplicatum fuerit, ut pro extrahendis e loco immuni, custodiendisque exceptorum criminum reis, pro subjectarum sibi regionum et locorum conditione, et exigentia certas providentias ab ipso, ejusque gubernii administris cum Ordinarii Ecclesiastici scientia, et assensu excogitatas probare, et suprema sua Apostolica Auctoritate per ipsius Caroli Theodori Ditionis tractum futuris temporibus observandas statuere dignaretur. Cumque præfatus Prædecessor moderni Nostri tunc sui, et Apostolicæ Sedis Nuntii ad tractum Rheni relationem, simulque ejusdem, et Venerabilis Fratris Episcopi Vormatiensis Vicariatus, in iis partibus constituti, sententias super iisdem audiendas sibi esse duxerit, sed morte præventus ea, quæ cogitaverat statuere, atque præscribere non valuerit.

Preces porrectae fuerunt Benedicto XIV a Theodoro Com. Palatino quoad extractionem reorum a locis immunibus, sed Pontifex, nondum data responsione, fuit morte praeventus, adeoque nunc renovatae.

§. 2. Nunc autem Nobis in Sede Beati Petri Divina voluntate constitutis, novæ porrectæ fuerint preces ejusdem Caroli Theodori Comitis, et Principis Electoris petentis, ut ad negocii hujusmodi definitionem, et terminationem, juxta modum judicio Nostro magis benevisum, procedere dignaremur. Nos omnibus mature perpensis, prædictumque Carolum Theodorum Comitem, et Principem Electorem de Catholica Religione, et Apostolica Sede optime meritum specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, ex certa scientia, et Apostolicæ Auctoritatis Nostræ plenitudine præsentium Literarum tenore decernimus, statuimus, et mandamus, ut pro reorum extractione e locis immuuibus, eorumque parata asseeuratione, et custodia in locis ejusdem Ditioni, ac Dominio subjectis infrascriptæ leges, et conditiones in posterum observentur, et pro constanti, et inviolabili norma habeantur.

Mandatur, quod in Civitate Manhemii quaedam sunt domus correctionis ordinarii Ecclesiastici jurisdictioni subjectae, et a laica potestate exemptae.

§. 3. Et primo quandoquidem in Oppido, seu Civitate Manhemii erecta jam, et instructa reperitur quædam correctionis domus sub titulo, et invocatione Sancti Michaelis Archangeli, in eaque plures adsunt nuper constructi, apteque dispositi carceres, cum dictus Comes, et Princeps Elector certum aliquem ex hujusmodi carceribus ad infrascriptos effectus Ordinarii Ecclesiastici jurisdictioni addictum, et subjiciendum proposuerit; Nos hanc oblationem, et respective addictionem, et subjectionem approbamus, ita videlicet, ut per solemnem actum in forma juris valida fiat; exindeque carcer hujusmodi a cæteris distinctus, utpote carcer Ecclesiasticus, atque a Laicali potestate exemptus, et immunis Diœcesani loci Vormatiensis nimirum Episcopi, ejusque Vicariatus jurisdictioni, et auctoritati omnino subjectus sit, et habeatur, ejusque carceris custodes, et ministri in his, quæ ad hujusmodi custodiam, et ministerium pertinent, non quidem Laicalibus Magistratibus, Judicibus, et Tribunalibus, sed dicto Episcopo, ejusque officio, et Vicariatui omnino parere teneantur.

Rei, quibus denegatur immunitatis praesidium, extrahantur a Ministris Curiae Laicalis, praecunte facultate Ecclesiasticae potestatis in scriptis concedenda.

§. 4. Cum autem contigerit, delinquentem quemlibet Laicum ad Ecclesiam, aliumque locum immunem in prædicti Caroli Theodori Comitis, et Principis Electoris ditione constitutum confugere, si quidem is publica voce, et fama reus arguatur hujusmodi cri-

minis, cui juxta Canonicas sanctiones, et Apostolicas Constitutiones Ecclesiasticæ Immunitatis præsidium denegatur satis id fore, et esse declaramus, ut ad illius extractionem procedatur per Ministros Curiæ Laicalis prævia tamen semper licentia, seu facultate in scriptis obtinenda, et concedenda a Superiore Ecclesiastico, seu ab alia persona ad id, ut infra, deleganda, et cum interventu, et præsentia Ecclesiasticæ personæ per eumdem Superiorem, seu alium ad id delegatum deputandæ ad hoc ut extractio hujusmodi cum debita modestia, et sine populi scandalo perficiatur.

Designantur Ecclesiasticae personae quais secundum varias contingentias jus est extrahendi reos a loco immuni, licentiam impertiri, et normae servandae in istis concedendis licentiis designantur.

§. 5. Itaque quibus in locis residet Episcopus, vel ejus Vicarius, seu Officialis Generalis, ab ipso omnino memorata extrahendi rei licentia petenda, et obtinenda, simulque ab ipsis designanda erit Persona Ecclesiastica, quæ peragendæ extractioni intersit, quibus autem in locis nec Episcopus residet, nec ejus Vicarius, seu Officialis Generalis licentia hujusmodi concedi, et deputatio fieri respective debebunt a Vicariis Foraneis, hisque deficientibus a Parochis locorum, quos scilicet Vicarios Foraneos, atque Parochos Episcopus semel in conferendo simili eorum officio, vigore specialis facultatis sibi ab Apostolica Sede, et a Nobis per præsentes tributæ, ad hujusmodi licentias concedendas, deputationesque faciendas irrevocabiliter delegabit. Ipse vero Episcopus, ejusque Generalis Vicarius, seu Officialis, dictique respective Vicarii Foranei, et locorum Parochi, ut supra, delegati quoties fuerint a Curia Sæculari requisiti, et statim ac intellexerint, eum, qui ad Loci Sacri immunitatem confugit de crimine excepto insimulari, non alio requisito ad id argumento, seu indicio quam quod exurgit ex ipso confugio in locum immunem cum publica aliqua patrati delicti fama conjuncto, nulla interposita mora, licentiam prædictam in scriptis concedere, ac Personæ Ecclesiasticæ deputationem respective peragere debebunt; hac tamen lege, ut si extractio rei, sola Vicarii Foranei, aut Parochi auctoritate fiat, de ea quamprimum certior reddatur Episcopus, vel ejus Vicarius Generalis.

Extractione sequuta, cognoscendum est tantum ab Episcopo utrum crimen ad casum exceptionis pertineat, antequam Curiae Saeculari tradatur.

§. 6. Hujusmodi autem Reum e loco immuni, præmissa ratione extractum, ad Ecclesiasticum carcerem superius designatum illico deducendum, ibique custodiendum fore decernimus nomine Ecclesiastico, et sub omnimoda dispositione Episcopi quoad usque idem Episcopus, vel alius ab eo ad id deputatus de indiciis a Sæculari Curia allatis satis cognoverit, et sententia sua in scriptis proferenda declaraverit constare, aut non constare de crimine excepto, et si quidem pronunciaverit constare, debebit Ecclesiasticus Judex hujusmodi Reum Curiæ Sæculari libere tradere, addita consueta protestatione, de qua in Cap. Prælatis de homicidio in Sex. Contra vero si contingat eumdem pronunciare, non constare de crimine excepto, Reus jussu Episcopi ad locum immunem, unde eductus fuerat, omnino restituendus erit.

Haec concessio quoad Laicos tantum data intelligitur minime vero quoad Ecclesiasticas personas sub censurarum poena.

§. 7. Hanc denique Nostram, et Sedis Apostolicæ indulgentiam, sive concessionem semper quoad solos Laicos, nunquam vero quoad Clericos, et Ecclesiasticas Personas, quæ præter immunitatem localem personalis quoque immunitatis privilegio gaudent, factam datamque intelligi volumus, atque ita religiose servari, et custodiri mandamus, et quidquid secus, ac contra superius descriptam formam in præjudicium Ecclesiasticæ Immunitatis fuerit attentatum, ex nunc irritum prorsus, et inane, nulliusque roboris, vel momenti esse, et fore; contrafacientes autem, et aliter attentantes, censuras, et alias pœnas a Sacris Canonibus, et Constitutionibus Apostolicis adversus violantes jurisdictionem, et immunitatem Ecclesiasticam inflictas incurrere decernimus, et declaramus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 8. Præsentes demum Literas, et in eis contenta hujusmodi omnino valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus in locis prædicti Caroli Theodori Comitis, et Principis Electoris dominio subjectis sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime observari: Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales de Latere Legatos, et Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosque quoslibet quavis præminentia, et potestate fungentes, ac functuros, sublata eis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere volumus, et decernimus.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus quibuscumque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel speciali-

bus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Ecclesiarum, et Locorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, stylis, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus privilegiis, quoque indultis, et facultatibus sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam motu proprio, seu scientia, et potestatis plenitudine similibus, vel alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: Quibus omnibus et singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus.

Transumptorum fides.

§. 10. Volumus autem, ut elapsis triginta diebus postquam præsentes literæ per Dominium, et Ditionem prædictas per Ordinarios locorum publicatæ fuerint, omnes et singulos in Dominio et Ditione prædictis existentes perinde arctent, ac si unicuique eorum personaliter, ac nominatim intimatæ fuissent, utque earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio et extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum approbationis, facultatum', impertitionis, declarationum decretorum, mandatorum, derogationum, et voluntatum infringere, seu eidem ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo: Pridie Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

XV.

Oratio habita in Consistorio Secreto qua Pontifex Carolum Rezzonicum ex Germano Fratre Nepotem a Supplicibus Libellis jam Præfectum, Cardinalem nominat.

Datum die 2 Octobr. 1758. Anno I.

Venerabiles Fratres

Proemium

§. 1. Exploratum fore omnibus arbitramur, Vobis vero potissimum, qui nostram vivendi rationem propius aspexistis, quam sincere cogitabamus, absolutis Comitiis, ad oviculas nostras cito reverti, quas nimirum regere, ac pascere in amore solum, atque in deliciis erat, ab eorum, quæ postmodum evenerunt, vel remotissima suspicione prorsus alieni.

Pontificis Nepos Rom. Curiæ Praelatis jamdiu adscriptus varus fuerat functus muneribus.

§. 2 Ad tantæ Dignitatis fastigium evectos prima illa subiit cogitatio ut Consiliarios, Administros, Familiares, atque Domesticos adlegeremus, quos magis nostro regimini prodesse censuimus. Fratris vero Filium Romam non adscivimus, sed Romanæ Curiæ Prælatis cum jamdiu adscriptum adinvenerimus, quem nempe Sanctæ Recordationis Benedictus Decimus Quartus Prædecessor noster per varios Magistratuum gradus eo perduxerat, ut in Apostolicæ Cameræ subselliis jam sederet, variis non incuriose functum muneribus, ut Nobis solatio, ac adjumento foret a supplicibus Libellis nominavimus.

Licet natu major Sacerdotali ordini accenseri ex orat.

§. 3. Equidem diffiteri non possumus, paterna nos illum semper charitate complexos, cujus videlicet adolescentiæ custodes, inspectoresque sollicite fuimus, ut non tam bonis artibus, quam Christianæ Pietatis disciplina sedulo imbueretur: neque, Fratres Venerabiles, celabimus, incredibili gaudio exultasse cor nostrum, ubi eum nonnullis ab hinc annis Patavium nos convenire vidimus, et quamvis natu major esset, fervidis precibus exorare, ut sibi liceret, se totum Ecclesiæ Ministerio mancipare, nihilque ardentius cupere, quam ut manus sibi imponerentur, et Sacerdotali Ordini accenseretur, quod quidem eo lubentius præstitimus, quod solum Deum ejus consilii auctorem novimus, cui propterea domus nostræ primitias offerre jucundissimum accidit.

Antesctae vitae ratio laude dignissima.

§. 4. Quænam hactenus fuerit vitæ illius institutio, num ad virilem, quam modo egit ætatem *ita creverit, profeceritque, ut neque Domino, neque hominibus displiceret*, scire Vos melius

Digitized by Google

existimamus, qui prope intuebamini, quam Nos, qui procul audivimus! Deo autem, *unde bona profluunt omnia de suis donis gratias agentes*, eum Christianæ Pietati valde proclivem, suisque muneribus adimplendis haud segniter incumbentem accepimus.

Patrum Cardinalium consilio, et voto in Sacrum Collegium cooptatur.

§. 5. Accesserunt quoque nonnullorum vestrum consilia, et vota, ut illum in Sacrum Cardinalium Collegium fidenter cooptaremus: Æquum id nobis visum fuit; quare in Consistorio dici undecimæ Mensis proxime elapsi eum creavimus Cardinalem, et justis de causis, in pectore reservavimus, nunc autem eumdem Carolum Rezzonicum Nostrum ex Germano Fratre Nepotem palam evulgare, et declarare constituimus.

Quid vobis videtur?

Auctoritate etc.

Declaramus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem Carolum Rezzonicum, cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis ac opportunis.

In nomine Patris etc.

XVI.

Datum die 2 Octob. 1758 Anno I.

Narrat, Jacobum Tertium magnæ Britanniæ Regem ab eo postulasse, ut natum suum Henricum Ducem Eboracensem jam Cardinalem ad Episcopatum proveheret.

Venerabiles Fratres

Preces porrectas, a Jacobo Tertio Magnæ Britanniæ Rege.

§. 1 Postulavit a nobis Carissimus in Christo Filius Noster Jacobus Tertius magnæ Britanniæ Rex, ut natum suum Henricum Benedictum Mariam Clementem Ducem Eboracensem dilectum pariter Filium nostrum Cardinalem Presbyterum Sanctorum Duodecim Apostolorum, quem Christianæ pietatis studiis, summopere inconsum, sanctæque memoriæ Benedictus Decimusquartus Prædecessor noster Cardinalitia Purpura insignivit, ac subinde per omnes Sacrorum Ordinum gradus ad Sacerdotium usque perduxit, manuum nostrarum impositione ad Episcopatum modo proveheremus, cujus quidem desiderio, etsi pro sincera in eum voluntate morem gerere cupiebamus, nihilominus tamen priusquam certi quidquam statueremus, rem hanc mature perpendendam suscepimus.

Ostendit neque incongruum, neque insolitum esse, quod quis Cardinalatus honore præfulgens ad Episcopatum promoveatur.

§. 2. Ac primum quidem laudatus Prædecessor Noster datis literis ad dilectum filium nostrum Cardinalem de Lanceis tunc temporis Diaconum, luculenter ostendit neque incongruum, neque insolitum esse, si quis Cardinalitia dignitate præfulgens, justa, et legitima causa interveniente, ad Episcopalem gradum promoveatur, quamvis etiam alicui Ecclesiæ sub infidelium tyrannide adhuc gementi præficiatur. Cum enim Carissimus in Christo Filius noster Emanuel Sardiniæ Rex magnum Eleemosynarium, seu Regalis Aulæ Cappellanum majorem, illum designavisset, rogaretque propterea ut Episcopus quoque nuncuparetur, purpureo jam donatum galero, Nicosiensi Archiepiscopatui præposuit, ut ab eo, quem Sardiniæ Reges uti proprium Antistitem habent, tamquam ab Episcopo Sacramenta peterent.

Juxta consuetudinem Cardinali Eboracensi Vaticanæ Basilicæ Archipresbytero, utpote Episcopali charactere insignito facultatem concedit Vaticani Cleri ordinationes habere

§. 3. Quibus inspectis non absimilem Causam nos quoque in præsenti rerum circumstantia rati sumus advenisse, quoniam Cardinalis Dux Eboracensis Vaticanæ Basilicæ Archipresbyteratum gerit, ubi secundum antiquissima privilegia per Romanos Pontifices Antecessores nostros eidem concessa, ac nuperrime a sæpius memorato Benedicto Decimoquarto firmata, quotiescumque Episcopali charactere sit insignitus, Vaticani Cleri Ordinationes habere potest, ac debet Sacra conficere Olea in feria quinta majoris hebdomadæ, et confirmationis Sacramentum conferre in subsequenti Octiduo ad natalitia Festa Sanctorum Apostolorum Petri, ac Pauli: secus vero tenetur Episcopum aliquem designare, qui hæc nomine suo perficiat.

Vaticani Archipresbyteratus officio Episcopalis Ordinis ministerium necessario non adnectitur.

§. 4. Quæ licet animum nostrum proclivem reddant, ut porrectis precibus annuamus; non idcirco tamen efficimus, ut Vaticani Archipresbyteratus Officio Episcopalis Ordinis ministerium adnecti debere censeamus, atque velimus, quod nulli Prælato quamvis verum perfectumque territorium separatum habenti fuit unquam adnexum, neque Vaticanis Archipresbyteris adnectendum constituerunt iidem ipsi Romani Pontifices Antecessores nostri, qui tam eximiis privilegiis Vaticanam Basilicam honestarunt.

Concludit petitionem denegari non debere.

§. 5. Cum, igitur palam sit id, quod modo petitur, absonum ab hodierna Ecclesiæ disciplina non esse, hinc ipsi dumtaxat Cardinali Duci Eboracensi non duximus denegandum. Postulat enim piissimus Rex ad cujus vitæ solatium nihil est, quod facere magnopere non exoptemus. Postulat pro

Cardinali filio, qui terrenarum omnium rerum spe abjecta, se totum Ecclesiæ ministeriis devovit, qui venerandam Beati Petri Apostolorum Principis memoriam adire, accolere in deliciis habet, atque inter Divinæ illius Psalmodiæ concentus singulari exemplo versatur assidue, tantoque flagrat Sacras Cæremonias per se ipsum obeundi studio, ut id unum patiatur egerrime., invitum, nempe cogi, quæ Archipresbytero spectant Episcopalis Officii munia, aliis implenda mandare.

Cardinalis Eboracensis Archiepiscopus et Pastor præficitur Ecclesiæ Corintiensi.

§. 6. Quare Corintiensi Ecclesiæ in partibus infidelium existenti, quæ modo vacat, eumdem Cardinalem Ducem Eboracensem in Archiepiscopum et Pastorem præficere constituimus.

Quid vobis videtur?

Auctoritate etc.

Providemus Ecclesiæ Corintiensi de Persona dicti Henrici Benedicti Mariæ Clementis Cardinalis, præficientes eum in Archiepiscopum, et Pastorem, cum retentione omnium et quorumcumque, quæ obtinet, ac indultorum quibus gaudet.

In Nomine Patris etc.

XVII.

Datum die 2 Octob. 1758. Ann. I.

Oratio habita in Consistorio secreto qua Pontifex sub Imperio Mariæ Theresiæ omnes Hungariæ Reges Apostolicos in perpetuum vocat: subinde agit de Ecclesiasticis dissidiis cum Veneta Republica feliciter a semetipso compositis; tandem Antonium Marinum Priulum Episcopum Vicentinum, et Franciscum Joachimum de Bernis Cardinales creat.

Literae Pontificiae queis Hungariæ Regibus, Apostolici titulum elargitur, relatae superius sunt Num. V.

Venerabiles Fratres.

Exordium.

§. 1. Si qui militari laude illustres Viri Sacrosanctam Jesu Christi Fidem adversus Christiani Nominis hostes robore animi, et virtute defenderint, iis Romani Pontifices eximios, et singulares plerumque arbitrati sunt decernendos honores; qui quidem si in privatis gloriosi sunt, multo magis in bellicosis nationibus, fortissimisque Regibus commemorantur, qui pro Christiana Republica strenue propugnando cum acerrimis, maximisque gentibus decertarint. Non igitur mirum, Venerabiles Fratres, si florentissimum Hungarorum Regnum Prædecessores nostri beneficiis suis, et honoribus sint subinde complexi. Summum enim, tum in ea Natione, tum in illius Regibus conservandæ Christianæ Religionis studium perspexere; præsertim cum ingruentem Turcarum potentissimam Gentem, et crudelissimam non tam mœnibus, quam objectu corporum suorum retardando, ab Hungariæ demum cervicibus depulsam multis, magisque cladibus eo redegerunt, ut suis contenta finibus parumper conquiesceret. Ejus belli gerendi egregius ille Joannes Huniades Dux, et Administrator constitutus, maximis hostium exercitibus devictis, pluribusque partibus victoriis, eam adeptus est gloriam, cujus vel omnium sæculorum posteritas non erit immemor. Sed Joannis Capistranensis sanctissimi, et innocentissimi hominis qui vitæ commendatione apud eam gentem maxima auctoritate florebat, humiles apud Deum preces, supplicesque obsecrationes, Imperatorias fortissimi viri artes, militumque ardentem, erectamque virtutem plurimum adjuvabant. Ipse etiam sub Crucis vexillo ducebat milites, ut ad ejus Signi aspectum tacti, memoria illius Ligni, in quo Christi morte, humani Generis sancita est cum Deo Patre reconciliatio, divina ope, et quasi præsenti numine freti alacrius cum hoste manus consererent. Atque in ea re sæpe nobis in mentem venit, Silvestrum Prædecessorem nostrum, præsensisse in posterum, et futurum cogitatione quodammodo præcepisse, ut sub Crucis Signo Hungari militarent, acerrimeque cum inimicissima Sanctæ Crucis gente confligerent. Ille enim Hungarorum Ducem Stephanum, quem deinde in Sanctorum numerum relatum modo veneramur, et Regem appellavit, quod in illis Regionibus Christi fidem longe, lateque diffuderit, concessit, ut ante illum, omnesque, qui in Regno ei successerint, Sanctissimæ Crucis Signum Apostolatus insigne præferretur, cum prodirent in publicum.

Regnum Hungarorum semper Pontifices honoribus complexi sunt.

Hungarorum studium in defendenda Christiana Religione

Commemoratio Joannis Capistranensis.

In signo Crucis Hungaricae militiae vincebant.

Unde evenit quod Hungarorum Reges ante se praeferant Signum Sanctae Crucis.

§. 2. Ex illo tempore Hungarorum Reges Apostolici quandoque sunt appellati, privilegio, an consuetudine incompertum. Nos igitur qui carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungarorum Reginæ Apostolicæ, summum in Catholicam Religionem, et singulare studium, egregiamque in hanc Sanctam Sedem, pietatisque

Ob Privilegium aut consuetudinem omnes Hungariae Reges Apostolicorum nomine appellantur.

Digitized by Google

plenam voluntatem perspectam habemus, et cognitam, et ejus appellationem confirmavimus, et tanquam in re integra eamdem Mariam Theresiam, Regesque omnes, qui illi in Hungariæ Regno successerint, novo si sit opus beneficio, novoque ornamento decoravimus, Eamque, deinceps Regesque omnes Hungariæ, præclaro Apostolici nomine appellandos decrevimus, et mandavimus.

Ratio hujus concessionis.

§. 3. Hujus autem facti, et consilii nostri ratio proficiscitur, non modo ex Mariæ Theresiæ Apostolicæ Reginæ plurimis, magnisque virtutibus, neque ex eo tantum, quo inclita Hungarorum natio flagrat Christianæ Religionis defendendæ studio, sed etiam ex Austriacorum Hungariæ Regum, a quibus eadem Regina orta est, insignibus in Christianam Rempublicam, et immortalibus meritis, qui sæpe magnis illatis cladibus Turcarum fregere potentiam; nonnunquam etiam duriore conflictati fortuna, nulla tamen, vel magna plaga conciderunt, sed alti, et excelsi tantum ex suo ipsorum animo robur elicuerunt, ut Hungariam prope universam semel atque iterum ex immanissimi prædonis ore, et faucibus eripuerint.

Ferdinandus Primus Hungariae Rex Turcarum impetus repressit.

§. 4. Atque iis bellis omissis, quæ nostra, nostrorumque patrum memoria Hungariæ Reges adversus Turcas lacessiti gesserunt, illud omnium formidolosissimum libet commemorare cum ex improviso Turcis arma inferentibus subito ingruente formidine Ferdinandus Primus in Romanorum Imperatorem electus, idemque Hungariæ Rex, incredibili robore animi septus, ferocissimorum hostium sustinuit impetus; idque durissimis temporibus. Ante oculos maximæ hostium, et acerrimæ copiæ: fessa auxiliis suppeditandis Germania: hæreditariæ Provinciæ tributis exhaustæ: surdæ ad vocem petentis opem Principum aures. Itaque Ferdinandus quo se verteret non habebat; nam quod inferioris Austriæ Proceres, qui Viennam convenerant, se illi præsto esse dixerunt, nec de tributo recusare, si sibi profitendæ hæresis ab eo potestas fieret, iniquam conditionem aspernatus, nulla mutatione passus est Catholicæ fidei majestatem imminui. Itaque nullius auxiliis adjutus, et unius præpotentis Dei ope confisus, apud quem nulle est (1) distantie utrum in paucis auxilietur an in pluribus, suo marte, et quibus potuit copiis hostem adortus, ita debilitavit, et fregit, ut Tyrannus, qui una expeditione solitus erat maxima Regna conficere, minuta quædam oppidula plurium expeditionum suarum tulerit pretium, magnoque exiguum illud mercatus sit, quod de tam magno Hungariæ corpore paulatim decerpit. Illi igitur uni debetur tantum a Christiana Republica amotum periculum, cujus invicta virtute, et incredibili magnitudine animi factum est, ut tanta, tamque atrox calamitas a cervicibus ejus Regni depelleretur.

Laudatur Maria Theresia Reginae Esther comparata.

§. 5. Cæterum pro comperto habemus, Carissimam in Christo Filiam Nostram Mariam Theresiam Reginam Apostolicam, ex omnibus honoribus, et beneficiis, quæ ab hac Sancta Sede in se sint profecta, nullum præstabilius existimare, quam quod hoc nomine sibi indito per nos adepta sit, quod nihil habeat ejus gloriæ, quam sæculi homines admirantur, sed humilitatem Apostolorum præseferat. Novit enim ut enutrita (1) verbis Fidei, et bonæ doctrinæ nihil Christianis Principibus esse magnificentius, quam si quemadmodum amplissima fortuna, et maximis opibus, et potentia cæteris mortalibus antecellunt, ita moderatissimum quemque Christiana expetant humilitate anteire. Quam quidem inclitæ Reginæ Christianam lenitatem, humilitatemque cogitantibus, ipsa vere posse dicere nobis videtur, quod Regina Esther ad Dominum: Tu scis (2) quod abominer signum superbiæ et gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, et non portem in diebus silentii mei.

Conclusio istius partis.

§. 6. Nostrum habetis factum Venerabiles Fratres, ejusque rationes, quæ fuerint in primis, quod Vos, pro æquitate vestra ac sapientia probaturos esse confidimus.

Consilium aperit de duobus viris Cardinalium Collegio adscribendis.

§. 7. Supcrest, ut Vobis Venerabiles Fratres, consilium nostrum aperiamus de duobus lectissimis viris Collegio vestro adscribendis. In quo a Venetæ Civitatis Alumno Filioque ordiri volentes, necesse est, ut pauca de rebus Venetis perloquamur.

Cur in Cardinalium creatione natio Veneta a Bene-

§. 8. Non ignoratis profecto quantum conquesta fuerit Veneta Respublica, ubi in ea Cardinalium creatione,

(1) II. Paralip. XIV. II.

(1) I. Timot. cap. 4.
(2) Esther. XIV. 16

dicto XIV prætermissa fuerit.

quæ habita fuit a Prædecessore nostro die quinta Aprilis anni millesimi septingentesimi quinquagesimi sexti Filium Divi Marci, ut vocant; præteriri sensit: neque vos pariter latet per Apostolicum Nuncium, Pontificio nomine, redditum hoc fuisse Senatui responsum: Effluxisse jam novemdecim mensium spatium, a quo latum, promulgatumque ab eo fuerat Decretum diei septimæ Septembris anni millesimi septingentesimi quinquagesimi quarti Ecclesiasticæ libertati atque Apostolicæ Sedis auctoritati contrarium; quam ab causam, ut conceptum mœrorem ipse quoque ostenderet Summus Pontifex, Nationem Venetam prætermiserat.

Referuntur officia Benedicti XIV ut Senatus decretum Ecclesiasticæ libertati atque Apostolicæ Sedis auctoritati contrarium tolleret.

§. 9 Non destitit interea Sapientissimus Decessor Noster, qua precibus, qua salutaribus monitis instare, sæpius hortari amplissimum Senatum, eique suadere, ut Apostolicæ Sedi quæ adversus decretum illud reclamare nunquam desiisset, aliquando re ipsa obsequeretur; quin imo, ut faciliorem paci sterneret viam, mitiora semper consilia præferens, suis quoque literis satisfactum fore ostendit, quotiescumque iidem ipsi, qui Decretum condiderant, tollerent ultro, vel emendarent. Ad id assequendum, vel saltem ad obtinendas, ut res amice componerentur, inducias, interposita fuerunt Summorum Principum officia, iisque ad quatuor menses præstitutis, inita subinde fuit laboriosa tractatio, in qua singula Decreti capita difficili, ac longo discutiebantur examine.

Alexander Octavus alias habuit differentias cum Veneta Republica.

§. 10. Rebus adhuc, neque despe ratis, neque compositis, moritur Benedictus, nobisque licet immerito, in ejus locum suffectis, illud ipsum contigit, quod Civi nostro Alexandro Octavo, qui aliis tum controversiis cum Veneta Republica dudum vertentibus, ad Summum Pontificatum evectus fuit. In hac igitur Apostolica Sede locati, Deum enixis precibus oravimus, ut ea menti nostræ suppeditaret consilia, quibus Nobis etiam daretur conciliare pacem, atque una simul Ecclesiasticæ Potestatis dignitatem sartam, tectamque tueri, quin vel minimum quidquam de Apostolicæ Sedis juribus detraheretur; atque id unum cupere Nos, rogare, ac velle ipsi quoque Venetorum præsenti Oratori palam, privatimque testati sumus.

Narrat per Literas Pontificias dissentiones fuisse extinctas

§. 11. Priusquam vero Decessoris nostri obitu intermissa tractatio resumeretur, oblatis interea paribus ad transigendum induciis, experiri statuimus, num amica quadam, ac pene domestica, quæ Civem cum Civibus, Patremque cum Filiis agentem minime dedecet, scribendi ratione utentes, ad ea, quæ secundum Sacrorum Canonum præscripta petebamus, Venetorum Procerum animos facilius flecteremus: Quamobrem privatis, ac familiaribus literis illos paterne, amanterque rogavimus, ut moras omnes obrumperent, omnique disquisitione seposita, Decretum illud dissidiorum causam, tandem aliquando e medio tollerent; relicta interim Nobis sollicitudine, corruptelis, si quæ irrepsissent, opportune, accurateque medendi; quod ipsis quidem gloriosum, nobis autem gratissimum evenisset; quin Reipublicæ majestati quidpiam sive damni, sive dedecoris illatum vereri possent, si, ubi rogatum, et quorum suffragiis perlatum Decretum fuerat, ibidem sponte abrogaretur, atque eorumdem pariter suffragiis aboleretur. Qua in re neque a Benedicti Decimi quarti consilio, neque ab aliorum Prædecessorum Nostrorum exemplis, uti videtis, recessimus; possunt enim aliorum placita reprobari, quin, et jure quandoque infirmari; retractari autem, ac revocari, nonnisi ab ipsis auctoribus possunt; quod in laudatis familiaribus literis ad Ducem, et Rempublicam datis innuimus. Summa hæc fuit literarum Nostrarum: Omnipotens, ac misericors Dominus votis nostris, effusisque precibus annuit: Incliti Cives amantissimi Civis sui desiderio sunt obsequuti: Parentis simul, atque Pastoris audierunt vocem: veteris in Apostolicam Sedem pietatis, atque officii memores, majorum suorum Religionem erga Romanam Ecclesiam sunt æmulati: sublatum illico Decretum, atque una simul consequentia quæcumque mandata, conscriptæque literæ ad urbium Rectores atque moderatores ne a pristino agendi more decederent.

Antonius Marinus Priolus Episcopus Vicentinus*, et Franciscus Joachimus De Bernis Cardinales creantur.

§. 12. Æquum est igitur, ut ipsi quoque dilecti Cives, et Filii nostri consuetas Apostolicæ benevolentiæ significationes modo persentiant. Itaque e cætu nobilium Virorum, qui Venetam Civitatem eximia virtutum fama illustrant, Ecclesiæque Dei egregiam operam impendunt, unum in hunc amplissimum Ecclesiæ Senatum cooptare deliberavimus, nimirum Venerabilem Fratrem Episcopum Vincentinum, quem natalium nobilitas, morum integritas, Ecclesiæque illius laudabilis administratio viginti annorum cursu comprobata, Nobisque præsertim, qui Patavinam Diœ-

cesim Vicentinæ conterminam diu gubernavimus, frequenti relatione, cæterisque argumentis perspecta, commendant.

§. 13. Huic autem jungendum ducimus Ecclesiæ Gallicanæ nobile membrum, cujus nunc magnæ sunt partes in illius Regni administratione, magna apud Christianissimum Regem gratia; cujus propterea opem, et auctoritatem Sanctæ Memoriæ Prædecessor noster, non solum in rebus turbidis ipsius Gallicanæ Ecclesiæ, sed etiam in aliis gravissimis Catholicæ Religionis, et Apostolicæ Sedis negociis expediendis, explicandisque, requirere consuevit, paratamque sibi, atque utilem sæpe expertus fuit; quemque proinde arctioribus in posterum vinculis Nobis, Ecclesiæque Romanæ adstrictum, majori etiam voluntatis studio pro Religionis causa incensum iri non dubitamus; et novo Dignitatis splendore fulgentem, in promovendis, et ad optatum exitum perducendis ejusdem Christianissimi Regis consiliis, quæ ad Sacerdotii jura conservanda, et restituendam Galliarum Ecclesiis pacem, et tranquillitatem spectare profitetur, majori cum fructu adlaboraturum fore confidimus.

§. 14. Ad laudem igitur Omnipotentis Dei, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ utilitatem, ac decus, intendimus ejusdem S. R. Ecclesiæ Cardinales creare

Antonium Marinum Priulum Episcopum Vicentinum.

Franciscum Joachimum de Pierre de Bernis Ecclesiæ Lugdunensis Canonicum.

Quid Vobis videtur?

Auctoritate Omnipotentis Dei, Sanctorumque Apostolorum Petri, et Pauli, ac nostra creamus, et declaramus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales.

Presbyterum quidem

Antonium Marinum Priulum Episcopum Vicentinum; Diaconum vero

Franciscum Joachimum de Pierre de Bernis.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis.

In nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

XVIII.

Privilegia Cappellanis communibus Cappellæ Pontificiæ concessa.

Eadem privilegia concessa fuere a Clemente XI. Const. edit. 1712. Decemb. 7., nec non ab Innocentio XIII. Constit. edit. 1721. Jun. 17., ut videre est in Bullario Mainardi.

Clemens Papa XIII. Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Grata familiaritatis obsequia, quæ dilecti Filii Xaverius Brunetti Senogalliensis, Franciscus Feliziani Romanæ, Joannes Deej Soranæ, Petrus Paulus Nardini Alatrinensis, Deusdedit Vivaldi Hortanæ, Raphael Sindone Messanensis, Felix Guidi Romanæ, Pastor Vivaldi Hortanæ, Camillus Bianchi Romanæ, et Franciscus Fabbri Ariminensis Civitatum, vel Diœcesum presbyteri moderni Cappellæ Nostræ Pontificiæ Cappellani, familiares Nostri, Nobis, et Apostolicæ Sedi hactenus impenderunt, et adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt; nec non vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, quibus eorum personas tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum Virorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales. Exordium in quo Cappellanorum nomina recensentur.

§. 2. Hinc est, quod Nos volentes illos specialibus favoribus, et gratiis prosequi, eosque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad supradictorum Xaverii, Francisci, Joannis, Petri Pauli, Deusdedit, Raphaelis, Felicis, Pastoris, Camilli, et Francisci, vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera Nostra deliberatione, ac certa scientia Apostolica auctoritate tenore præsentium Xaverium, Franciscum, Joannem, Petrum Paulum, Deusdedit, Raphaelem, Felicem, Pastorem, Camillum, et Franciscum prædictos, et illorum singulos in Nostros, et Se- Concessio privilegiorum.

Digitized by Google

dis Apostolicæ Notarios recipimus, ac Sacri Palatii, et Aulæ Lateranensis Comites (sine tamen Dilectorum Filiorum Notariorum de numero participantium præjudicio) nec non Nobiles Romanos, et Urbis Romæ, omniumque et singularum Civitatum, Terrarum, et Locorum S. R. E. mediate, vel immediate subjectorum Cives creamus, et constituimus, ac in numerum, et consortium aliorum Nostrorum, et ejusdem Sedis Notariorum, nec non Palatii, et Aulæ hujusmodi Comitum, ac Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, et Oppidorum prædictorum referimus, et conscribimus.

Privilegiis etiamsi habitum non deferant donantur

§. 3. Ipsosque, etiamsi habitum, et rochettum Notariorum dictæ Sedis juxta decretum Lateranensis Concilii, novissime celebrati non deferant, aut Civitates hujusmodi non incoluerint, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habuerint, ut nihilominus omnibus et quibuscumque privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, et indultis, quibus cæteri omnes Notarii Nostri, etiam de numero participantium, nec non Comites, et Nobiles, ac Cives originarii, etiam in Civitatum, ac Beneficiorum ecclesiasticorum, et sæcularium, etiam ex personis Romanorum originariorum vacantium assecutione, et exercitio, tam in Civitatibus prædictis, ac alias ubique Locorum, et Gentium, nec non Sessionum, et Conventuum utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet, in futurum, non solum ad illorum instar sed pariformiter, et æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, et indulta pro ipsis emanassent (citra tamen exemtiones a Sacro Concilio Tridentino sublatas) itaut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subjaceant Ordinariis; ac facultates legitimandi, ad gradus promovendi, et Notarios, seu Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia a Notariis Sedis Apostolicæ, et Comitibus Palatinis prætensa, itaut illis supramemorati Cappellani Familiares Nostri nullibi uti valeant, ac irritum, et inane existat, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, uti, potiri, et gaudere, ac in omnibus, et singulis Apostolicis, aliisque literis, instrumentis, et scripturis publicis, et privatis deinceps eorum nomine conficiendis, sese Notarios, Comites, et Nobiles, ac de nobili genere ex utroque Parente procreatos, nec non Romanæ, et aliarum Civitatum Cives, ut libuerit, inscribere, et se illis subscribere valeant, ac pro veris, et non fictis Notariis, Comitibus, et Nobilibus, et Civibus habeantur, nihilque, qualecumque illud fuerit, cum iis expressionibus subreptitium, obreptitium, aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus, et per omnia censeatur, concedimus, et indulgemus.

Eorum bona, et redditus ab omnibus vectigalibus eximit et liberat.

§. 4. Et super illos, eorumque Beneficia, et officia Ecclesiastica quæcumque, quotcumque, et qualiacumque illorum fructus, res, et jura ubicumque locorum, regionum, et provinciarum nec non in Urbe, Civitatibus, Terris, et Locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis consistentia, prædia, domos, possessiones, et bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, et immobilia, ac semoventia, nec non actiones, et jura præsentia, et futura cujuscumque qualitatis, quantitatis, et naturæ, et cujusvis etiam annui valoris, fructus, redditus, et proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque suarum usibus emenda ab omnibus, et quibuscumque decimis, quartis, et dimidiis partibus, subsidiis, etiam caritativis, nec non vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, et pedagiis, collectis, et quocumque alio nomine nuncupatis angariis, perangariis, cæterisque oneribus, et contributionibus tam urbanis, quam rusticis, ordinariis, et extraordinariis, realibus, et personalibus, ac mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, et pontium, portarum, ac moliturarum, et mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, et vecturæ etiam in aliud territorium, seu Provinciam, Terra, Mari, et Flumine, nec non equorum mortuorum, stabulationum Militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, et gravissima causa, pro subventione contra Infideles dumtaxat excepta, nunc et pro tempore impositis; ita quod illi, et quilibet eorum, nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneantur, nec per Cameræ Apostolicæ, aut alios Commissarios, seu vectigalium, et tributorum hujusmodi Redemptores, Conductores, et Exactores quocumque privilegio, exemptione, et facultate suffultos alias, quam ut præfertur, valeant coarctari, quamdiu servitiis Nostris inste-

terint dumtaxat, eximimus, et liberamus.

Dispensatio.

§. 5. Ad hæc cum eisdem, ut quæcumque duo dissimilia, vel similia simplicia sub singulis tribus tectis quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitarum, aut aliarum Ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut Dignitas etiam major, et principalis, Canonicatus, et Præbenda, Personatus, Administratio vel Officium fuerit, et ad Dignitatem, Personatum, Administrationem, vel Officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eisque etiam cura jurisdictionalis immineat Animarum, si eis alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, aut alias assumantur ad illa, et instituantur in eis, recipere, et dummodo illa omnia, uno excepto, personalem residentiam non requirant, insimul, quoad vixerint, retinere, nec non etiam, quamdiu Nobis inservierint, tum in Beneficiis Ecclesiasticis, non tamen Parochialibus, vel curam Animarum Parochianorum habentibus, per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiamsi Dignitates, in Metropolitanis, vel Cathedralibus majores, et in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per Locorum Ordinarios, seu Ecclesiarum earumdem Capitula, aut quosvis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possint, omnesque et singulos illorum Beneficiorum obtentorum fructus, et redditus, durante servitio prædicto, cum ea integritate, distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesiis, sive Locis personaliter residerent, percipere, exigere, et levare, proviso tamen per eos, ut onera eisdem Dignitatibus, et Beneficiis quovis modo incumbentia congrue supportentur.

Indultum docendi Leges ad quinquennium

§. 6. Nec non, etiamsi Presbyteri fuerint, ac Dignitates, et Officia obtinuerint, leges, et jura civilia etiam publice in Scholis, et Universitatibus Studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo iidem trigesimum ætatis annum non excesserint, audiri, ac, si habiles, et sufficientes reperti fuerint, etiam ad Doctoratus gradum in hujusmodi facultate se promoveri facere, ipsaque jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, et Procuratoris officium in causis ecclesiasticis, et civilibus tantum, exercero libere, et licite possint, et valeant, de specialis dono gratiæ despensamus.

Licentia eligendi sibi Confessarium.

§. 7. Liceat quoque ipsis et eorum singulis aliquem idoneum, et ab Ordinario approbatum Presbyterum sæcularem, vel cujusvis Ordinis regularem, in suum eligere Confessorem; qui vita eis comite, eos, et ipsorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiastici sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, et per eos incursis, et quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis, et Successoribus Nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, specialiter, vel generaliter reservata existat, et quorumcumque votorum, et Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manum violentarum in quasvis personas etiam Ecclesiasticas, (non tamen Episcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito injectionibus, seu consiliis vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus, nec non recitationis horarum canonicarum, aliorumque Divinorum Officiorum, et denique ab omnibus, et quibuscumque aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus, ac delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes præfata merito consulenda foret, videlicet a contentis in literis die Cœnæ Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, et mortis articulo, in roliquis vero dictæ Sedi quomodolibet reservatis, aliisve quibusvis casibus, semel in anno confessionibus illorum diligenter auditis, sine tamen alicujus præjudicio, præfata auctoritate Apostolica absolvere, et illis, pro commissis, pœnitentiam pro modo culpæ injungere salutarem, nec non vota quæcumque, ultramarino, visitationis liminum BB. Petri, et Pauli Apostolorum (castitatis, et religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit.

Indultum transferendi pensiones.

§. 8. Ac etiam eisdem, eorumque singulis, ut quicumque Locorum Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ tam in dicta Curia, quam extra eam, etiam ad id per eos, aut eorum singulos, coram Notario, et Testibus fide dignis eligendæ, quascumque pensiones annuas eis, et eorum singulis super Mensarum Abbatialium, seu Episco-

Digitized by Google

palium, aut Archiepiscopalium, et quorumcumque aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, et sine cura sæcularium, et quorumvis ordinum regularium, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani quomodocumque, et qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus etiam quotidianis, seu illorum loco fructus, proventus, jura, obventiones, distributiones, et emolumenta sibi nunc, et pro tempore assignata, et reservata, quandocumque simul, vel successive, in toto, vel in parte, usque ad summam centum ducatorum auri de Camera de eorumdem Cappellanorum, vel cujuslibet ipsorum respective consensu, in toto vel in parte, etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassatæ et extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta hujusmodi, etiam usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis, etiam per eosdem Cappellanos, et eorum singulos nominandis, et quæcumque, quotcumque, et qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus, seu clericali charactere insigniri volentibus, similiter eis, quoad vixerint, vel eorum legitimis Procuratoribus, eisdem modo, et forma, quibus eisdem Cappellanis assignatæ, aut reservatæ, vel assignati, concessi, seu concessa fuerint, etiam absque consensu, easdem pensiones, et fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, et emolumenta hujusmodi solvere debentium, etiamsi pluries cassatæ, et de novo assignatæ fuerint, usque ad summam, et quantitatem præfatam, ac alias cum omnibus, et quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, et cautelis, ac etiam censuris, et pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, et contentis integre persolven. servata tamen forma Constitutionis fel. rec. Innocentii PP. XI. Prædecessoris Nostri super translationibus pensionum editæ, reservare, constituere, et assignare.

Regulae servandae in pensionum translatione.

§. 9. Volumus autem, ac sub pœna nullitatis translationum hujusmodi districtæ præcipimus, quod respectu pensionum eis, et cuicumque eorum respective, ut præfertur, reservatarum, et assignatarum, seu reservandarum, et quocumque tempore assignandarum super quibuscumque Cathedralibus, Metropolitanis, Monasteriis, etiam Consistorialibus, atque aliis quibusvis Beneficiis tam simplicibus, quam residentialibus, aut aliter quomodocumque qualificatis intra Urbem, ac Statum Ecclesiasticum, Nobis, et S. Sedi in temporalibus immediate subjectum existentibus, præfata transferendi facultas tum coram persona in dignitate Ecclesiastica constituta, tum coram Notario et Testibus ei, et cuilibet eorum respective ut supra impertita exerceri, aut expleri per eos, et quemlibet eorum respective nequeat, nisi favore dumtaxat illorum, qui vel ex eodem Statu Ecclesiastico, vel ex iisdem Regnis et Provinciis originem trahant, in quibus, et ipsi quoque Nostri, et S. Sedis in temporalibus Subditi promiscue cum Civibus, et Naturalibus dictorum Regnorum et Provinciarum ad pacificam tam Beneficiorum quorumlibet Ecclesiasticorum, quam similium pensionum possessionem admitti consueverunt.

Testandi et quomodocumque disponendi facultatem indulget usque ad summam biscentum ducatorum.

§. 10. Nec non, ut iidem Cappellani, et eorum quilibet de omnibus et singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, et locis, etiam jurisdictionalibus, cæterisque bonis immobilibus et mobilibus, quæ tamen non sint Altarium Ecclesiarum ipsis Cappellanis Nostris præfatis commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem Ecclesiarum servitio, aut alias Divino cultui, vel usui deputata, seque moventibus cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, et conditionis existentibus, ac juribus, et actionibus ad eos ratione Ecclesiarum etiam Cathedralium, et Metropolitanarum, Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Dignitatum, et aliorum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, et sine cura sæcularium, quæ ex quibusvis concessionibus, et dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinuerint et obtinent, ac obtinebunt, ac fructuum, redditnum, et proventuum Ecclesiasticorum, loco pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus et proventibus eis reservatarum, et assignatarum, ac reservandarum et assignandarum, quos, et quas perceperint, et percipiunt, ac percipient in futurum, nec non emolumentorum quorumcumque Romanæ Curiæ Officiorum, ac alias quomodolibet spectan. et pertinen., ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventi-

bus, ac pensionibus annuis, nec non eorum industria ac labore quomodolibet, et undecumque, licite tamen acquisitis, et acquirendis, ac alias etiam de muneribus, et officiis quæ exercuerint, et exercere contigerit, et alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eosdem perventis, et perventuris, etiamsi in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant tam in dicta Curia, quam extra eam, ubique locorum, etiam penes Beneficia ipsa existentibus (quorum omnium qualitates, et veros annuos valores, etiamsi talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, et suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus, ac si specifice et singillatim exprimerentur, et denotarentur, pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus,) ac etiam de ipsis proventibus, ac pensionibus debitis, et debendis, ac nondum perceptis et exactis, etiamsi eorum solutionis, aut perceptionis terminus nondum advenerit, pro illis debita erit (Constitutione declaratoria super fructibus, et pecuniis non exactis, quæ forsan ad Successores in ipsis Beneficiis spectare et pertinere debeant, non obstante) etiam cumulative, cum quibusvis aliis similibus vel dissimilibus facultatibus habitis, et habendis usque ad summam ducentorum ducatorum auri similium dumtaxat, tam pro decentibus et honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum qui eis viventibus inservierint etiam ultra servitii meritum, ac in ipsorum Consanguineorum, et Affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem, et usum, et alias pro eorum arbitrio et voluntate absolutis, testari, ac testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus tam inter vivos, quam causa mortis, et aliis quibuscumque modis et titulis, scriptura etiam minus solemni, etiam coram duobus, vel tribus Testibus, aut etiam schedula eorum manu scripta, vel subscripta, ac alias in omnibus et per omnia, prout et quemadmodum eis videbitur, etiam in ipsa Curia (non tamen extra residentiam) etiam in mortis articulo, et non facta mentione præsentis, vel aliarum eis pro tempore concessarum similium facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velint, et intendant, semel, atque iterum, et pluries disponere, statuere et ordinare, itaut quidquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias ab ipsis dispositum fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, servari omnino debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata et statuta etiam pluries, et toties, quoties eis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, et alia de novo concedere etiam licere, et licite valeant, plenam et liberam concedimus facultatem.

§.11. Statuentes nihilominus, et ordinantes, eisque pariter indulgentes, quod si contigerit ipsos ab intestato, et sine ulla, vel cum minus valida bonorum, ac rerum, et fructuum, redditnum, et proventuum prædictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, ac etiam extra sua Beneficia, aut alia loca debitæ ab eis residentiæ personalis, etiam nulla subsistente causa ab humanis decedere, omnia, et singula illorum bona, res et jura, etiam, ut præfertur, qualificata, nec non spolia pro dicta summa, etiam ex prædictis, et alias undecumque provenientia, ad Cameram Apostolicam, seu in dictis Beneficiis Successores non pertineant, sed ad Hæredes sanguinis eorumdem integre deveniant, et illis deficientibus, inter eorum Familiares arbitrio personæ, seu personarum, quas ad id scripto nominaverint, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione eorumdem, scriptura etiam minus solemni secus appareret, quam tunc velut efficacem ipsæ personæ, vel alii Judices, seu Exequutores omnino exequi et adimplere, illique sese conformare in omnibus et per omnia debeant, et nihilominus, quæcumque hujusmodi testamenta, donationes, legata, dispositiones, et alia forsan alias ab ipsis, etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffultis, de hujusmodi bonis, juribus, actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem Consanguineorum, et Affinium prædictorum, et alias quomodolibet facta, cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quæ per ipsos in futurum quomodolibet fient, ex nunc, prout ex tunc, et e contra, pro dicta summa ducentorum ducatorum dumtaxat, approbamus et confirmamus, omnesque et singulos juris, et facti, ac solemnitatum omissarum et omittendarum, nec non substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint in iisdem, etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis et spe-

Etiam in casu decessus ab intestato, ad hæredes legitimos deferri, usque ad præfatam summam bona permittit.

cifica de ipsis mentio habenda esset, supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Non obstantibus præmissis, ac Lateranensis Concilii novissime celebrati, de certo Notariorum numero, etiamsi ad illum nondum deventum fuerit, cui per hoc alias derogatum non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, et quibusvis aliis etiam per Nos, et Sedem prædictam quomodolibet editis, et in futurum edendis Cancellariæ Apostolicæ Regulis, et stylo in similibus hactenus servato, et piæ mem. Alexandri PP. VI. Prædecessoris etiam Nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Cameræ prædictæ deberi inter alia disponente; nec non ejusdem memoriæ Bonifacii PP. VIII. etiam Prædecessoris Nostri, per quam, concessiones de fructibus in absentia percipiendis, sine præfinitione temporis, fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, et quibusvis aliis Apostolicis, ac in Universalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Legibus Imperialibus, et aliis etiam Municipalibus, tam Urbis, quam quarumvis aliarum Civitatum, et Locorum, in quibus Cives originarii creati sunt, ac quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, et Hospitalis prædicti, nec non quorumvis Collegiorum, et Officiorum dictæ Curiæ, ac Regnorum, Provinciarum, et Urbis, ac aliarum Civitatum et Locorum, ac prædictæ Cameræ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, etiamsi de illis servandis, et non impetrandis Literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo, ipsi Cappellani per se, vel eorum Procuratores præstiterint forsan hactenus, vel in posterum eos præstare contigerit, juramentum; privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, Hospitali S. Joannis Hierosolymitani, illorumque Præsulibus, seu Administratoribus, et Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam Antianis, Capitulis et Conventibus, Civitatibus, et Locis, aliisque personis etiam particularibus, nec non Archiepiscopis, Episcopis, et aliis Locorum Ordinariis, etiam ejusdem S. R. E. Cardinalibus, ac dictæ Cameræ Officialibus, illorumque Collegiis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, irritantibus et aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Nos, et Sedem prædictam, etiam Consistorialiter, etiam de ejusdem S. R. E. Cardinalium consilio, ac per modum statuti, et constitutionis perpetuorum, ac motu, et scientia paribus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, et aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis et innovatis, et in posterum concedendis, confirmandis et innovandis, etiamsi in illis, ac statutis et stabilimentis prædictis caveatur expresse, vel tacite, quod Urbis, nonnisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis, aliarum vero partium Beneficia, nonnisi per personas illustres, seu nobiles, ac etiam originarios Cives, aut alias certo modo in illis expresso qualificatos obtineri, aut conferri respective possint, et nullus in Civem Urbis, aut Civitatum, Oppidorum, Terrarum, et Locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possit, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, et Locis per certum tempus habitaverit, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsan ad certum valorem ascendentia possideat, quodque Præceptoriæ, et alia Beneficia quæcumque dicti Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositione non in titulum perpetuorum Beneficiorum conferri, sed in Commendam ad vitam Commendatariorum revocabiliter concedi debeant, ut sic pensionibus Ecclesiasticis, sæcularibus, aut aliis personis Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, et privilegiis prædictis, etiam vigore clausulæ implicitæ derogationis latissime extendendæ, etiam per quascumque Literas Apostolicas, et quasvis etiam derogatoriarum derogatorias, efficacioresque, et insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio dictorum Cardinalium fiat, et tunc demum ad id Magistri et Conventus præfatorum expressus accedat assensus, sintque literæ derogationis hujusmodi etiam per dictum Magistrum sub-

scriptæ, ac ei, et prædicto Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, et non alias, nec alio modo, et semper in hujusmodi literis, quæ sic fient, etiam de simili consilio derogationis sit apposita clausula, quod illorum effectum sortiantur de consensu Magistri, et Conventus prædictorum, et non alias, aliter, nec alio modo.

Contrariis derogat.

§. 13. Quibus omnibus, et eorum singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, ac in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, quodque clausula implicitæ derogationis in rescripto, etiam Motu proprio emanato, apposita, aliter in literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore, et firmitate permansuris, hac vice dumtaxat harum serie in genere, et in specie, ad effectum præmissorum specialiter, et expresse motu, et scientia similibus derogamus, et derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 14. Volumus autem, quod præsentium transumtis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides, tam in Judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, et adhiberi posset, si forent exhibitæ vel ostensæ:

Obligatio professionis fidei faciendae.

§. 15. Quodque prædicti, antequam gratia erectionis in Notarios perfrui valeant, in manibus alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, professionem Fidei juxta articulos pridem a Sede prædicta propositos emittere, et solitum fidelitatis juramentum præstare omnino teneantur, et quilibet ipsorum teneatur. Cæterum volumus pariter, atque decernimus, ut, si cui ex supradictis Cappellanis similes testandi de bonis, ac pensiones transferendi facultates ab aliquo Romano Pontifice Prædecessore Nostro, cui simile Cappellani ministerium præstiterit concessæ fuerint, præsentes literæ illi, quoad facultates testandi de bonis, et transferendi pensiones hujusmodi, minime suffragentur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Novembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XIX.

Epistola ad Ludovicum Francorum Regem qua illum excitat ad Religionis hostes profligandos.

Datum die 15. Nov 1758 Ann. I.

Sæpe Romani Pontifices Catholicos Principes adorti sunt, ut eorum armis Christianæ Reipublicæ securitati contra infideles prospicerent; exemplum, cæteris missis exhibet Clementis XI. Constit. edit. 1716. Nov. 7. §. 1. videnda in Bullario Mainardi; videnda etiam Epistola Pontificia, quæ hic sequitur.

Carissime F.

Suum dolorem significat ob Ecclesiæ pericula.

§. 1. Quod Nos in suprema Apostolorum Principis Cathedra prorsus immerenter constitutos magis praecæteris discruciat, et angit, illud sane est, quod undique Sacram Petri Navim, Catholicam nempe Ecclesiam, fluctibus, ac tempestatibus jactatam conspicimus. Quo magis vero in hac meditatione, prout Apostolicum Ministerium a nobis exigit, animum, mentemque nostram exercemus, eo magis dolor Noster renovatur, et augetur. Quantum vero sollicitos, et anxios Nos detineant asperrimi belli, quod tam diu ardet, vicissitudines, non possumus satis aptis verbis explicare. Hinc propriis quasi oculis spectare videmur gravissimas calamitates, quas Provinciæ florentissimæ Catholicis Principibus, ipsisque Episcopis in Germania subjectæ, magno tum Religionis, tum Ecclesiasticæ Disciplinæ detrimento pertulerunt, et in dies perferre non desinunt. Illinc nos majorem in modum terrent, atque conturbant iniquissima consilia, quæ inter Acatholicos Principes agitari accepimus. Temporalium quidem ditionum controversias bello huic tantummodo causam dedisse omnino constat; ast eodem nihilominus abutuntur Principes illi, ut falsum zelum ostentent falsissimæ Religionis. Re autem vera nihil aliud in votis habent, nil aliud spectant, quam ut conculcatis Catholicorum rationibus, ipsi vicissim viribus, et auctoritate in Imperio

magisque prævaleant: Imperii porro systema, legesque se tueri undique gloriantur. Secretis interim novi fœderis conventionibus insidias moliri non erubescunt adversus Ecclesiasticos Germaniæ Principes, qui inter Imperii status primum semper locum obtinuerunt, atque apertissima Ecclesiarum jura impetere præsumunt, quæ ipsis quoque faventibus, sacratioribus nituntur tum Divinis, tum humanis legibus, atque ipso systemate Imperii constabiliuntur. Magnopere quoque verendum Nobis est, ne cum de generali pace tractanda agi cœperit, omnem moturi sint lapidem, ut rata habeantur magisque obfirmentur indebita illa vincula, quibus vel per insidias, vel per apertam vim jugiter coarctare student facultates, et libertates, quæ in tutamen, ac profectum veræ Religionis, ipsis quoque infelicissimis temporibus præservatæ, et solemnibus conventionibus fuerint confirmatæ.

Catholicorum Principum zelum, et potentiam implorat.

§. 2 In hac igitur amaritudine nostra amarissima, postquam solemnibus, et privatis precibus potentissimum Regis Regum auxilium imploravimus, Nos convertimus ad validum illud præpotensque præsidium, quo Deus Ecclesiam suam communivit, Catholicorum nimirum Principum zelum, atque potentiam. Præsertim vero ad Te, carissime in Christo Fili Noster, curas, ac sollicitudines Nostras deferimus. Tu enim inclytum Primogeniti Ecclesiæ Filii Titulum præclara nominis Tui laude, et gloria sustines, et illustras. Te Ecclesiastici Germaniæ Principes sponsorem simul agnoscunt, validumque sperant defensorem pro suis tuendis Juribus, quæ plerisque insignibus Tuis Pro-genitoribus debere gloriantur. Omnipotens ipse Deus, qui in sua misericordia eo magis erga nos se divitem ostendit, quo majoribus premi calamitatibus nos conspicit, ut præsentibus malis opportunum pararet remedium, Majestatem Tuam cum Austriaca Domo arcta armorum æque, ac rationum consensione conjunxit. Hoc ipsum fœdus tantopere à Prædecessoribus Nostris exoptatum, sed ad hæc turbulentiora Nostra tempora provide reservatum prosperis armorum successibus Deus ipse novissime cumulavit. Hæc sane sunt, quæ certam in spem nos erigunt, fore ut tam præclara utriusque conspiratione perversa malignantium consilia dissipentur, et confundantur.

Pacis tractatum Religioni consonum, et proficuum hortatur et sperat.

§. 3. Fore etiam in Domino confidimus, ut pacis tractatus suscipientur, illæ promoveantur deliberationes, atque hujusmodi pactiones firmentur, quæ Deo veræ pacis Auctori, placere possint, quibus nimirum Religioni, Ecclesiæque nulla multiplicentur detrimenta, sed quæ adversis temporibus perlata, quæque iniquis Nostrorum hostium studiis, seu per apertam eorumdem vim nimis aggravata sunt, omnino reparentur. Persuasum porro nobis habemus ad hæc curanda, et perficienda alienis non indigere stimulis mentem Tuam quæ ingenito Religionis Justitiæque zelo satis, superque impellitur, et provocatur. Dubitare tamen non possumus quin grato, libentique animo exceptura sit nostra hæc paterna incitamenta, insimulque ea omnia, quæ jussu nostro Ven. Fr. Ludovicus Gualterius Archiepiscopus Myrensis Ordinarius Nr. et Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis apud Te Nuntius uberius coram exponet. Deum interea exorantes, ut Majestatem Tuam fortitudinis, et consilii spiritu repleat, nostrisque votis obsecundet, Apostolicam Benedictionem Tibi, Carissime in Christo Fili Noster, amantissime impertimur. Dat. Romæ die xv. Nov. MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XX.

Franciscum Lotharingiæ, et Barri Ducem, nec non Etruriæ sibi subjectæ Magnum Ducem in Rom. Imperatorem electum hortatur, ut Ecclesiam, et Imperium ab ingruentibus malis impense defendat.

Datum die 18. Nov. 1758. Ann. I.

De hac eadem materia vide Pontificis Episto!am supra relatam Num. XIX.

Clemens PP. XIII.

Carissimo in Christo Filio nostro Francisco Lotharingiæ, et Barri Duci, nec non Etruriæ sibi subjectæ Magno Duci in Romanorum Imperatorem electo.

Germanici Imperii statum deplorat.

Carissime etc. §. 1 E sublimi hac Sacrosancti Apostolatus specula, in qua per inscrutabilem Divini consilii profunditatem nos plane immerentes collocavit Altissimus, mentis Nostræ aciem quocumque Catholica Ecclesia protenditur, circumferentibus undique gravissima tristitia, timorisque argumenta ante oculos Nostros obversantur; animum vero Nostrum peculiarem in modum conturbat, et angit miserrima conditio periclitantis Germanici Imperii, quod præcipua benevolentia prosequi

Digitized by Google

Ingruentibus malis medelam a Magno Duce exposcit.

profitemur. Mœrori vero, dolorique Nostro nullum majus solatium adhibere possumus, neque utilius Apostolici Nostri Ministerii partes adimplere, quam si validum Majestatis Tuæ imploremus auxilium. Cum enim Imperii Te caput, simulque Ecclesiæ defensorem glorieris, justas perturbationis Nostræ causas intime cognoscis, atque ingruentibus malis validius mederi vales. Satis namque notum, exploratumque est Majestati Tuæ, quam vehementius recentibus præsertim temporibus Acatholicorum Principum studiis, conatibusque in id conspirantibus aggravata sint luctuosa damna, ac detrimenta, quæ jamdiu Catholica Religio in Germaniæ partibus miserrime patitur; sive enim pravis interpretationibus, vel iniquis pactionibus, sive tandem aperta vi, adlaboratur, ut arctioribus circumscribantur limitibus libertates, ac facultates, quæ vel ipsis infelicissimis temporibus in Catholicorum, et unius veri cultus Dei tutamen, atque profectum præservatæ, et solemnibus conventionibus constabilitæ fuerunt.

Acatholicorum Principum studiis, et conatibus Religio in Germaniæ partibus luctuosa patitur damna.

Eorum exponit consilium evertendi temporale dominium detrimento Catholicæ Fidei.

§. 2 Porro Majestati Tuæ heu nimium propriis oculis cernere datum est quam miserrime hujus truculentissimi belli occasione se habeant spiritualia æque, ac temporalia pluribus in Provinciis olim florentissimis: neque lugendam hanc sortem evasere ditiones illustriores Germaniæ Ecclesiæ addictæ, quamvis qui eis dominantur, eam tantum huic bello operam dederint, quam ab eis exigebat debitum Imperii legibus, et constitutionibus obsequium. Præterea minime dubitare possumus, quin ad Majestatis Tuæ aures jam pervenerint perniciosa eorumdem Acatholicorum Principum consilia, quibus nimirum omni ope, studioque conantur, ut Catholicæ Religioni, et Ecclesiæ in ipsa pace amaritudo contingat amarissima, cum hoc potissimum contendant, ut solemnibus conventionibus confirmentur, et rata habeantur injusta gravamina Catholicis Principibus, subditisque pluries allata, atque etiam ipsæ Ecclesiæ, temporalibus spolientur dominiis quæ ad incolumitatem nostræ Fidei tot inter Hæreticorum sectas conservandam mirum in modum conducunt, quæque Catholicis earum præclaris sacratiora jura, Imperiique Constitutiones pluribus a sæculis perpetuo addixerunt. Verumtamen tot inter quæ Religioni, ejusque asseclis imminent tribulationes, et pericula animum minime despondemus. Primum enim præsto Nobis adfuturum confidimus omnipotentis Dei præsidium, quod publicis privatisque precibus implorare non cessamus. Maximam deinde in spem Nos erigit summa, quam Tu, Carissima in Christo Fili Noster, obtines potestatem, et auctoritatem, eximiumque quo flagras studium universam erga Ecclesiam, quam calamitosis hisce temporibus tuendam Tibi commendavit Altissimus. Vides propterea, atque optime pro Tua sapientia intelligis, nullam dari posse causam, quæ Justitiæ magis Cæsare dignæ reputari possit. Agitur enim de custodiendis, redintegrandisque Religionis, ac ipsius Imperii juribus, quæ divinis, humanisque legibus prorsus despectis, multis modis jam conculcarunt Acatholici, atque magis, magisque in dies confringere, ac labefactare pertentant. Faustissima omnia pollicetur præclara, ac mutua Majestatis Tuæ cum carissima in Christo Filia Nostra Augustissima Conjuge tua in Dei cultu, communisque Justitiæ rationibus promovendis consensio, atque felix, utriusque, et Imperii cum Rege Christianissimo amicitiæ societas, ac conjunctio, eo vel magis, quod misericordiarum ipse Pater, et totius consolationis Deus prosperis, faustisque successibus spes novissime nostras confirmavit, et auxit.

Totius Imperii et Europae pacem, ac securitatem novis supplicationibus precatur.

§. 3 Quod reliquum, itaque Nobis est, iterum iterumque majori, qua possumus animi contentione Majestatem Tuam per viscera Christi hortamur, ac obsecramus, ut omnia illa impendere, et adhibere velit præsidia, quæ Tibi, Carissime in Christo Fili noster, largitur Deus, quo auspice, et præside consilia malignantium, et Nostræ Sanctæ Fidei hostium penitus dissipentur, totique Imperio, et Europæ ea pax reddatur, quæ vera pax Dei appellari possit, quæque Religionis, æque ac Justitiæ præscriptis innitatur. Nihil quidem efficere poteris quod arctius Majestati Tuæ Divinam Clementiam conciliet, nihil quod stabili, perennique prosperitate Imperium, Cæsareamque Domum Tuam firmius possit constabilire. Cæterum Ven. Fratri Ignatio Archiepiscopo Cæsareæ ordinario Nostro, et Apostolicæ Sedis apud Majestatem Tuam Nuntio dedimus in mandatis, ut reliqua Tibi coram pluribus exponat, quæ sollicitudo omnium Ecclesiarum, et cujus vices in terris gerimus Christi charitas ad hoc saluberrimum opus perficiendum Nostrum in animum induxerunt. Interim mutuis curis, studiisque felicem exitum præstolantes Apo-

stolicam Benedictionem Majestati Tuæ amantissime impertimur. Dat. Romæ die XVIII Novemb. MDCCLVIII.

XXI.

Datum die 21 Novemb. 1758 Ann. I.

Francisco Episcopo Sarnensi Gubernatori, ac Confratribus Congregationis vulgo nuncupatæ *Delli Bianchi*, sub invocatione Sanctæ Mariæ Succurre Miseris Civitatis Neapolitanæ scribit Pontifex, et confirmat indulgentias, et suum nomen in Confratruum albo adscribi permittit.

Videat. Breve Benedicti XIV. incipien.= eximias preces vestras = edit. sub die 28 Martii 1741 Pont. Anno Primo.

Clemens PP. XIII.

Enunciatur tenor Brevis Benedicti XIV.

§. 1 Ven. Frater etc. Dudum fel:rec. Benedictus XIV. Prædecessor Noster ad Vos dedit alias suas in simili forma Brevis literas tenoris sequentis = Benedictus PP. XIV. Dilecti Filii Salutem et Apostolicam Benedictionem. Eximias preces vestras. Pro R.P.D. Joanne Vincentio Lucchesinio. Cajetanus Amatus.

Proœmium

§. 2 Quoniam autem, ipso Benedicto meritis Apostolicæ suæ procurationis laudibus dignissimo viam universæ carnis ingresso, Nos plane immerentes per ineffabilem divinæ Bonitatis abundantiam in ipsius locum, et Supremum Apostolicæ servitutis ministerium successimus, Tu Venerabilis Frater, nec non dilecti Filii Confratres laudatæ Congregationis, cui Fraternitas tua laudabiliter in præsentia præest, per literas Vestro nomine ad nos datas primum quidem de Nostra ad Supremum Sacrosancti Apostolatus Ministerium assumptione tantopere gratulamini, et preces ad bonorum omnium largitorem Deum, pro tenuitate nostra effunditis; deinde vero supplices poscitis, ut Nostrum quoque Nomen non secus, atque prænominatorum Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Nomina in indiculo Confratrum ejusdem Congregationis inscribi, et tamquam Confratrem vestrum haberi patiamur, et ut infra de benignitate, et Auctoritate Apostolica ei Congregationi indulgere dignemur.

Preces porrectas.

Laudat institutum hujusCongregationis.

§. 3 Nos igitur, qui ex præinsertis memorati Benedicti Prædecessoris literis, quas auctoritate, et tenore paribus confirmamus, et quatenus opus sit, iterum concedimus, plane cognovimus, quantum ad procurandam æternam Reorum ad ultimum supplicium ducendorum salutem conferat vestrum institutum meritis laudibus prosequimur. Gratum præterea, obstrictumque animum Nostrum pro humanissimis literarum officiis profitentes, maximopere lætamur, quod Vobis optantibus, Nostrum nomen in tabulario vestro consignetur, nosque ipsi inter vos adnumeremur: fore enim in Domino confidimus, ut participes et vestrarum obsecrationum, et laborum vestrorum facti, facilius gravissimum Apostolicæ servitutis onus ad majorem divini honoris cultum, et æternæ animarum salutis incrementum perferamus.

Suum dat nomen ejusdem Congregationis albo signandum.

Plenariam indulgentiam concedit reis osculantibus Imaginem Jesu Christi vel illius nomen invocando in ultimo anhelitu.

Porro Plenariam Indulgentiam per Reos hujusmodi tam deosculando Imaginem Jesu Christi Crucifixi iisdem a vobis porrigendam, quam Sanctissimum Jesu Christi Nomen ore, et corde in ultimo anhelitu invocando consequendam, auctoritate et tenore similibus in perpetuum quibuscumque non obstantibus concedimus, et largimur. Pergite itaque salutare, et maximis apud misericordiarum Patrem, et totius consolationis Deum justum remuneratorem præmiis dignum opus, ac ministerium a Vobis susceptum ea, qua decet, animorum alacritate, assidua laborum patientia, vigili sollicitudine, prudenti cura, et Christiana charitate studiose frequentare, et exercere, ut inde reportetis promissam in Cœlis æternam quoque animarum vestrarum salutem.

Hortatur Confratres ad hoc opus prosequendum.

Eorum orationibus sese commendat.

§. 4 Interea dum Vos Venerabilis Frater, et dilecti Filii, vehementer rogamus, ut Nostri memores pro Nobis in universalis Ecclesiæ, et Sacrosanctæ Catholicæ Religionis regimine occupatis, et laborantibus exorare non omittatis Supremum Pastorum Principem JesumChristum, cujus vices in terris immerentes gerimus, et potenti dextera sua foveat, regat, ac tueatur. Nos autem vobis cœlestis præsidii auspicem et Nostræ charitatis pignus esse volumus Apostolicam Benedictionem quam vobis peramanter impertimur. Datum Romæ die XXI. Novembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXII.

Datum die 25 Nov. 1758. Ann. I.

Bonorum Colonos ad S. R. E. Cardinales, nec non Militiam Melitensem spectantium in Mediolanensi Provincia degentes, a vectigalibus exemptos esset debere, prout Benedictus XIV sanciverat, confirmat.

Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Teresiæ Hungariæ Reginæ Apostolicæ, nec non Boemiæ Reginæ Illustri in Romanorum Imperatricem Electæ.

Clemens PP. XIII.

Carissima in Christo Filia Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Summo Nos gaudio afferunt grati animi significationes, quibus Majestas Tua Suis in Literis sub die 17 proxime elapsi Septembris datis, pergrata sibi contegisse commemorat, quæ Sa. Me. Benedictus XIV Prædecessor Noster, cum ad consulendum publicæ Ditionis Mediolanensis tranquillitati, remissis quibusdam in casibus Sacri Asili Juribus, tum ad sublevandos populos illos calamitate temporum prægravatos, accitis in subsidium ad ferenda Regia et publica onera aliqua ex parte Ecclesiasticorum Colonis, Majestati Tuæ benigne, ac peramanter indulsit. Hæc sane certam quoque in spem Nos erigerent, Majestatem Tuam vicissim pro sua pietate ea lubenter amplexuram, quæ idem Prædecessor Noster suis pariter Literis die 5 Mensis Februarii, per separatos quosdam articulos, præoptare se maxime, significaverat. Ex quo facile intelliges quam molestam nobis acciderit, tua ex Epistola modo percepisse, longe aliam agendi rationem Majestati Tuæ fuisse propositam, quam insuper a Nobis quoque probari posse arbitraris.

Refertur quid pro Mediolanensis Ditionis tranquillitate, Benedictus XIV. elargiverat.

§. 2. Quamvis autem non minori studio, ac voluntate, quam ille, Nos quoque votis tuis obsecundare cupiamus, nihilosecius tamen hac in re, neque ab illius mente, neque ab iis declarationibus, quas tantopere commendavit, atque Nos ipsi æquitati, ac justitiæ consentaneas cognoscimus, recedere possumus. Ac primam quidem in dubium revocari nequit, S.R.E. Cardinales principem in Ecclesiastica Hierarchia tenere locum, tamquam constitutos ad opus omnium in terris maximum peragendum, eligendi nempe eum qui Jesu Christi D. N. Vicem in terris gerat, magnique momenti negocia, ex universo Christiano Orbe huc affluentia in Christianæ Reipublicæ commodum, ac incrementum assidue pertractare quibus ex causis probare non possumus, ut amplissimi istius Ordinis, tanta Nobis necessitudine conjuncti, privilegiis, exemptionibusque detrimentum ullum inferatur. Ad Ordinem vero Melitensem quod attinet, perpaucas admodum commendas, seu præceptorias in Mediolanensi Ditione possidet, easdemque exigui adeo proventus, totque insuper pressus oneribus, secundum inclyti illius Ordinis institutum pro publica Christianorum defensione substinendis, ut hanc solum ob causam novo Colonicæ portiones vectigali eximi mereantur, alias enim qui commendas obtinent congruis carerent redditibus ad vitam substentandam, aliaque necessaria onera subeunda, atque in Sacris Ædibus eorum curæ concreditis divinus Cultus minueretur, Sacræque obsolescerent Cæremoniæ, quas ob causas Majestas Tua aliis Piis Locis, in ejusdem legis sanctione religiose, prudenterque cautum esse voluit.

A Prædecessoris Pontificis sanctionibus deflectere non posse significat, rationibus adductis.

§. 3. Verum præ omnibus hanc immunitatem sibi vindicant præclara Equestris illius Ordinis merita, ob quæ Majestas Tua paucis ab hinc Annis amplissimo Diplomate eumdem censuit honestandum, in quo commemoratis prius obsequiis, præsidiisque Augustissimæ Domui præstitis, ad privilegia exemptionesque quod attinet, non tam eas præmium sudoris, laborum, ac sanguinis pro Christi Fide profusi, compellat, verum etiam Regalis Auctoritatis robore firmat, jubetque simul, ut exequutioni prorsus mandentur, quæ in iisdem perspicua sunt, et pacifica possessione nitantur; Quamobrem satis perspicere nequimus, quo pacto potuerit quispiam Majestati Tuæ suadere ut novæ Coloniæ subjici debeant, cum disertis verbis Melitensis Ordinis Coloni in veteribus illis privilegiis, a Majestate Tua recenter firmatis, legantur excepti, atque reipsa excepti fuerint hactenus a quocumque onere, sive Regio Ærario, sive Communitatibus pendendo, a quo etiam exempti fuerint iis quoque temporibus quibus controversiæ de Colonica portione maxime fervebant. Ejusdem omnino sunt conditionis, exemptiones quæ nonullis Monasteriis, Piisque Domibus, earumque Colonis attributæ, vel in ipso fundationis exordio, vel ti-

Peculiares causas ostendit, quæ Melitensis Ordinis immunitatem a vectigalibus suadent.

tulo dotis, vel in gratiam peculiaris servitii, quod Ecclesiæ præstant, et ejusmodi tituli, cuicumque etiam oneroso debeantur anteferri. Qui perfecte novimus, munificos Regalis Animi sensus alto Cæsarum sanguine derivatos, atque cum ea pietate conjunctos, ut majorum exempla non tam æmulari, quam superare contendas, dubitare profecto non possumus, quin Majestati Tuæ mens conflictata egerrime, consilium de abolendis antiquis SSmisque privilegiis Mediolanensis Ducatus Ecclesiis tributis, neque alio pacto ad id perduci potuisse arbitramur, quam ubi duo hæc Majestati Tuæ fortassis relata fuere; nimirum, praxim eamdem in Ecclesiastica Ditione vigere; deinde vero quidquid Ecclesiarum Colonis condonatur, in majus pauperorum subditorum gravamen redundare. Primo autem operæ pretium est animadvertere, vectigalia, quæ apud Nos ab Ecclesiarum Colonis penduntur, Pontificia potestate imposita eedere plerumque in causa æris alieni solvendi, quod contractum fuerat pro Catholica Religione tuenda, propugnandisque Catholicorum Principum juribus, atque Ditionibus. Insuper onus hoc non ita protenditur, ut omnibus Provinciis commune sit: demum ita exiguum est, ut inde parum, aut nihil incommodi præsentiant Ecclesiastici, qui cæteroquin aliis exemptionibus pro quocumque bonorum genere donati sunt; et nihilominus adfuit ipsius quoque Benedicti XIV. Ecclesiæ libertatis tuendæ sollicitudo, ut discutiendum mandaverit, atque adhuc pendeat quæstio coram peculiari Congregatione, num ejusmodi Colonicæ portionis onus, ubi fuit indictum, perdurare debeat; Cardinalium interea Colonis omnimoda immunitate gaudentibus. Utinam vero in Mediolanensi Ditione eadem ratio haberi posset, et quod modicum apud nos a Colonis Ecclesiasticorum persolvitur, tantumdem inibi perciperetur, ac satis foret ille, sublevandæ Religioni. Quoniam vero temporum injuria publica vectigalia ibidem nimium crevere, hinc ad consulendum subditorum Tuorum inopiæ, laudatus Prædecessor Noster, vectigalibus non tantum bona Ecclesiasticis de novo quæsita, subjecit verum etiam colonicas portiones quamvis adeo gravi, ut quemadmodum Senatus Mediolanensis alias professus fuit, *vel Colonus cogatur bonorum culturam deserere, vel Ecclesia de suo subministrare.* Tandem Ecclesiasticos universim subjici permisit.

§. 4. Ea tamen sub verborum latitudine comprehendi nequaquam possunt, qui justis de causis distingui merentur, et nisi re ipsa nominentur excepti quandocumque censentur, quemadmodum revera ab Apostolica Sede excipiuntur, atque ab aliis Sæcularibus Principibus pro exceptis hactenus habiti, ac reputati fuere. Quæ cum sapientissimo Prædecessori Nostro plene explorata essent, in Tractatu nuper inito, nullum de Cardinalibus verbum fieri voluit, conceptisque verbis declaravit, nihil se decernere voluisse ad eas quod attinet exemptiones, quæ a Mediolanensibus pro tempore Ducibus, cuicumque concessæ fuissent. Quod vero respicit materna pietatis viscera, quibus Majestas Tua pauperes suos complectitur subditos, quos propterea nimium prægravandos veretur, si privilegia hæc sarta, ac tecta serventur, illud ut perpendat, magnopere exoptamus, videlicet de quam modico damno rem esse, quod nullo pacto comparari potest cum iis emolumentis, quæ in Rempublicam ab iisdem obveniunt, assiduis nempe obsecrationibus, Sacrificiis, aliisque obsequiis, ac ministeriis, quæ Christiano Populo præstant. Denique accedit, quod nuper didicimus, multum prodesse pauperibus, quos ut ingenue fateamur, Nos quoque impenso amore prosequimur, ut qui inter Ecclesiasticos cæteris dignitate præfulgent redditibus quoque abundantius fruantur, unde uberiores eleemosynas, ac largitiones in egentes, ac miseros effundere queant; Ecclesiarum enim bona, eorum patrimonium esse quis dubitat? Ipsisque propterea alendis, sublevandisque addicta, atque reipsa plures novimus, qui tua ipsa in Mediolanensi Ditione, redditus suos in hunc usum insumunt, quod ut ab omnibus perficiatur sedulo, ac enixe curabimus: id enim postulat a Nobis Apostolicæ servitutis ministerium, id ipsum paternæ charitatis cura, atque solicitudo, quod si fiat, uti Domino benedicente speramus, majus inde compendium, atque emolumentum pauperes sentient, quam si in minimo, Colonica portione leventur. Interim a supremo Bonorum omnium Largitore Deo, uberrimam cœlestium munerum copiam Majestati Tuæ apprecamur, cui Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ etc. die 25 Novembris 1758 Pontificatus Nostri Anno Primo.

Declaratur quidquid Benedictus XIV. comprehendere, quidquid excipere voluit

XXIII.

Dat. Romae die 3 Decemb. Pont. Ann. I.

Damnat et ne legatur prohibet opus Gallico sermone conscriptum, et in plures tomos distributum cui titulus = *Histoire du Peuple de Dieu, troisieme partie, ou, Paraphrase litterale des Epîtres des Apôtres, d'après le Commentaire Latin du P. Hardouin .... Par le P. Isaac Joseph Berruyer de la Compagnie de Jésus.* 1758.

Clemens Papa XIII.
Ad futuram rei memoriam

Proemium

Universi Dominici gregis cura humilitati nostræ cœlitus demandata nos urget, ut fidelium animas pretioso Jesu Christi sanguine redemptas, pravis atque fallacibus Doctrinis a via veritatis abduci minime patiamur. Salutaribus enim veterum Patrum documentis instruimur novis petulantium ingeniorum interpretationibus verum Sacrarum Scripturarum sensum interverti, idque in Populi seductionem potius quam instructionem cedere si, præsertim sacrarum literarum expositionis obtentu, offendicula parentur incautis, et Catholicæ veritati aut præjudicium inferatur, aut auferatur præsidium quo potissimum roboratur.

Operis nunciatio quae damnatur.

§. 1 Sane nobis compertum est, quod cum nonnullis ab hinc annis prodiisset in lucem opus Gallico Idiomate exaratum cui titulus = *Histoire du Peuple de Dieu depuis son origine jusqu' à la naissance du Messie* = a Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregatione indici librorum prohibitorum, et expurgandorum propositu post maturum examen proscriptum fuit decreto edito die 6 Maii 1734. Cumque fuisset idem opus in Italicum Idioma subinde conversum hoc titulo = *Storia del Popolo di Dio, dalla sua origine sino alla nascita del Messia* = licet opus uno, alioque Idiomate vetitum proscriptumque, quacumque alia lingua postmodum exhiberi contingat, eadem proscriptione notatum intelligatur, ne tamen indoctis, ac simplicibus fucus fieret ab eadem Congregatione in Indicem postea relatum est Decreto edito die 14. Aprilis 1757.

Decretum S. Congregationis Indicis, prohibens hoc opus diei 6. Maii 1734. Gallico Idiomate conscriptum.

Opus uno Idiomate vetitum, in quocumque alio Idiomate conversum vetitum etiam intelligendum.

§. 2 Quod huic accessit opus alterum Gallico primum Idiomate scriptum cui titulus = *Histoire du peuple de Dieu depuis la naissance du Messie jusqu' à la fin de la Synagogue etc.* propter publicam offensionem, et scandalum ad eamdem Congregationem delatum, prævio diligentiori examine, pariter proscriptum est Decreto edito die 17. Aprilis Ann. 1755. At in Italicum postmodum Idioma conversum, hoc titulo = *Storia del Popolo di Dio, dalla nascita del Messia sino alla fine della Sinogoga, tratta dai soli libri Santi: dal P. Isacco Giuseppe Berruyer della Compagnia di Gesù: seconda parte*, cum dissertationibus, et Apologia, cui titulus = *Difesa della seconda parte della storia del Popolo di Dio del P. Berruyer, tradotta dal Francese.* Aucto scandalo, offensioneque bonorum, a felicis recordationis Benedicto XIV. Prædecessore Nostro, fidei zelatorum querelis etiam excitato, post iteratum a Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana generalibus Inquisitoribus adversus hæreticam pravitatem, auctoritate Apostolica deputatis examen, pluribus, iisque gravissimis censuris damnatum est, editis Apostolicis literis in forma Brevis die 17. Februarii currentis anni.

Secunda pars hujus operis. Ejus prohibitio etiam pro versione ex Decreto diei 17 Aprilis 1755

Damnatio hujus secundae partis.

§. 3 Verum hoc eodem anno typis impressum apparuit opus tertium Gallico pariter Idiomate conscriptum, et in plures tomos distributum = hoc titulo = *Histoire du peuple de Dieu: troisieme Partie: ou, paraphrase litterale des Epîtres des Apôtres, d'après le Commentaire Latin du P. Hardouin. Par le P. Isaac Joseph Berruyer de la Compagnie de Jésus....* 1758. Quod quidem ob doctrinæ fallaciam, et contortas Sacrarum literarum interpretationes, offusis etiam tenebris super eos articulos quos Christiani Populi fides, ac pietas præcipue profitetur, et colit, scandali mensuram implevit. Hoc opus itaque ne quid inde detrimenti patiatur Catholicæ doctrinæ integritas, Prædecessoris Nostri vestigiis inhærentes, iisdem Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in Republica Christiana generalibus Inquisitoribus examinandum commisimus; qui convenientibus primum inter se Theologis ad novum examen deputatis, suasque Sententias, et scripto, et voce pandentibus ac pluribus sessionibus ea de re habitis, tandem sub iisdem notis damnandum esse censuerunt, quibus alterum proscriptum est.

Tertia pars hujus operis etiam perniciosius dein in lucem apparuit.

§. 4 Nos igitur ne Nostro Apostolico muneri deesse videamur auditis, et expensis Theologorum suffragiis, et eorumdem Cardinalium consiliis per has Nostras Apostolicas Literas dictum opus, ut continens propositiones respective falsas, temerarias, scandalosas, faven-

Damnatio hujus operis.

Digitized by Google

tes hæresi, atque hæresi proximas, et a communi et unanimi SS. Patrum, et Ecclesiæ sensu in divinarum scripturarum interpretatione alienas, damnamus, ac reprobamus, ipsumque legi, retineri, et quocumque idiomate denuo typis imprimi prohibemus: mandantes omnibus, et singulis Christi fidelibus, qui ejusmodi opus apud se habuerint, seu in quorum manus subinde pervenerit, ut illud, statim ac præsentes literæ eis innotuerint, hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, seu eorum Vicariis, alioquin Episcopis, seu Ordinariis locorum tradere teneantur sub pœna excommunicationis majoris quoad personas sæculares; quo vero ad Ecclesiasticas etiam Regulares sub pœna suspensionis a Divinis, ipso facto absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem, et respective relaxationem nobis, et Successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, excepto dumtaxat, quoad excommunicationem prædictam, mortis articulo, reservamus.

Poenae contra detinentes hoc opus.

§. 6 Ut autem eædem præsentes literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illorum ignorantiam præferre possit, volumus, ac mandamus illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, et Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curiæ generalis in Monte Citatorio, et in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui: ipsarum etiam præsentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eamdem prorsus fidem tam in judicio, quam extra illud, ubicumque locorum haberi, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die II. Decembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.*

Illarum literarum publicatio.

Transumptorum fides.

XXIV.

Confirmatio Decreti S. Congregationis Episcoporum, et Regularium, quo committitur Ministro generali Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia in Extremadura ut nonnulla de novo præscribat, et declaret, quæ circa munia et officia ejusdem provinciæ a Benedicto XIV. demandata fuere.

Datum die 4 Decemb. 1758 Anno I.

Clemens Papa XIII. ad futuram rei memoriam.

Videat: Breve Benedicti XIV incipien. = Supremae Apostolicae charitatis providentia = edit. die 8 Augusti Anno 1757.

§. 1 Nuper pro parte Dilecti Filii Thomæ Moreno Ministri Provincialis Provinciæ Sancti Michaelis Arcangeli Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia in Extremadura Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositæ exposito, quod alias fel: rec: Benedictus PP. XIV. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die VIII. Augusti anni proxime elapsi MDCCLVII. expeditas literas quarum initium est = Supremæ Apostolicæ charitatis providentia ec. perpetua atque perfecta constituerat alternativa quoad omnia munia, et officia dictæ Provinciæ inter illius Alumnos, professoresque nempe oriundos ex Regionibus sitis supra Tagum, et alios oriundos ex Regionibus infra Tagum constitutis, ex quibus duabus partialitatibus coalescit ipsa Provincia servanda, et alias prout latius in dictis Literis, quarum tenorem præsentibus haberi volumus plenius contineri, quæ quidem Literæ, ac omnia et singula in illis contenta debitæ exequutioni jam demandata fuerant; et in eadem expositione subjuncto, quod ad præcidenda, et omnino eliminanda dissidia, quæ inter partialitates prædictas tractu temporis oriri possunt, super omnimodam observantiam dictæ demandatæ alternativæ, ipse Thomas Minister Provincialis plurimum desiderabat, ut ab ipsa Cardinalium Congregatione declararentur et statuerentur sequentia, nempe: Primo, ut si contingat Ministrum Provincialem dictæ Provinciæ pro tempore existentem ex quavis ambarum partium, ex quibus ipsa Provincia coalescit, ante tem-

Preces porrectæ.

Refertur dispositio Brevis Benedicti XIV diei 8 Augusti 1757.

Dubia proposita a Ministro Provinciali, declaranda a S. Congregatione Episcoporum et Regularium, circa munia, et officia ejusdem provinciæ.

pus per regularla dictæ Provinciæ statuta præscriptum cedere vel decedere, aut ex quacumque causa officium Ministri Provincialis ex illius persona vacare; eo casu Vicarius Provincialis assumatur, seu assumi omnino debeat ex cademmet parte, ex qua cedens vel decedens Minister Provincialis extiterit. Secundo, si contingat obitus Patris immediati, subrogetur alius ejusdem partialitatis, ex qua defunctus fuerit etiamsi in illa nullus existat Provincialis, ita ut subrogatio hujusmodi in casu hujusce deficientiæ etiam ex-Definitoribus competere possit. Tertio, cedente, vel decedente aliquo ex Definitoribus actualibus in locum cedentis vel decedentis subrogetur alter ex ipsamet natione, ex qua ille extiterit etiamsi ex-Provincialis minime sit, sed dumtaxat Custos, aut Definitor fuerit.

S. Congregatio Episcoporum et Regularium precibus annuit.

§. 2 Emanavit ab eadem Cardinalium Congregatione decretum tenoris sequentis videlicet. Sacra Congregatio Eminentissimorum, et Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium proposita, attenta relatione Patris Commissarii Generalis Curiæ, benigne commisit Patri Ministro Generali, ut, veris existentibus narratis, Oratoris precibus, pro suo arbitrio, et conscientia indulgeat juxta petita Romæ 17. Novembris 1758. C. Cardinalis Cavalchini P. H. Guglielmi Secretarius. Vigore autem hujus decreti et facultatis dilecto Filio Clementi de Panormo Ministro Generali ejusdem Ordinis attributæ, ipse Clemens Ministar Generalis suum edidit decretum tenoris, qui sequitur nempe = Mandatis Sacræ Congregationis ea qua par est venerratione obtemperaturi, attenta expositorum in adnexo Memoriali veritate, ad perpetuam, et perfectam stabiliendam alternativam a san: mem: Benedicto XIV. in nostra Observantium Provincia S. Michaelis præscriptam, præcipimus, et ordinamus, ut imposterum in prædicta Provincia Nostra sub pœna nullitatis sequentia exequutioni mandentur, videlicet, quod si contingat, Ministrum Provincialem dictæ Provinciæ pro tempore existentem, ex quavis ambarum partium, ex quibus ipsa Provincia coalescit, cedere, vel decedere, eo casu Vicarius Provincialis assumatur, seu assumi debeat ex eademmet Parte, ex qua cedens, vel decedens Provincialis extiterit = Secundo, quod si contingat obitus Patris Provincialis immediati, subrogetur alius ejusdem Partialitatis ex

Dubiorum resolutio.

qua defunctus fuerit, etiamsi in illa nullus existat Provincialis, itaut subrogatio hujusmodi in casu hujusce deficientiæ, etiam ex-Definitoribus competere possit = Tertio, quod cedente vel decedente aliquo ex Definitoribus actualibus, in locum cedentis, vel decedentis, subrogetur alter ex ipsamet Natione ex qua ille extiterit, etiamsi ex-Provincialis minime sit, sed dumtaxat Custos, aut Definitor fuerit. Datum Romæ in hoc nostro Aracœlitano Conventu die 21 Novembris anni Domini 1758. Fr: Clemens de Panormo Minister Generalis, et Commissarius Apostolicus =

Preces porrectæ ad confirmationem Apostolicam obtinendam.

§. 3 Cum autem, sicut dictus Thomas Minister Provincialis ejusdem Provinciæ Nobis subiude exponi fecit, ipse præmissa omnia, quo firmius subsistant, et servcntur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desideret, Nos ipsius Thomæ Ministri Provincialis votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes; supplicationibus ejus nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, præinserta ejusdem Congregationis Cardinalium, ac dicti Clementis Ministri Generalis decreta, ac omnia et singula in eis contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, illaque debitæ exequutioni mandari volumus, et præcipimus in omnibus, et per omnia perinde ac si præmissa omnia in dictis Benedicti Prædecessoris Nostri super hujusmodi alternativam editis literis contenta, et expressa fuissent.

Absolutio a censuris.

Approbantur decreta Sacræ Congregationis Episcoporum et Regularium nec non Ministri Generalis.

§. 4 Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit atten-

Decretum irritans.

Contrariis derogat. tari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus et singulis illis, quæ dictus Benedictus Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides. §. 5 Volumus autem quod præsentium literarum transumtis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ab omnibus, et ubique tam in judicio quam extra habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die IV. Decembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXV.

Datum die 5 Decemb. 1758 Ann. I. Literæ Apostolicæ quibuscum privilegia nonnullis Familiaribus Pontificiis conceduntur.

Eadem privilegia concessa fuere a Clemente XI Const. edit. 1701 Aprilis 5 §. 1, ab Innocentio XIII Const. alia edit. 1721 Maii 16, tandem a Benedicto XIII Const. edit. 1724 Dec. 15 §. 1 ut videre est in Bullario Mainardi.

Clemens Papa XIII. ad futuram rei memoriam

Venerabili Fratri Silvestro Merani Episcopo Porphyriensi Sacrarii Nostri, ac Dilectis Filiis Magistris M. Antonio Columnæ Romanæ Palatii Apostolici, Antonio Mariæ Erba Odescalchi Mediolanensis Cubiculi Nostri Præfectis, Andreæ Negroni Romanæ Auditori, Theodoro Boccapaduli Romanæ Eleemosynario secreto, ac Carolo Boschi Faventinæ Notarum Arcanarum Secretario, nec non Josepho Mariæ Contesini Venetiarum Pincernæ, Petro Mantica Utinensis, Josepho de Rinaldis Concordiensis, Aloysio seu Lodovico Gazzoli Interamnensis, Horatio Mattei Marsorum Vestiario, Francisco Fantini Paduanæ, Felici Savorgnano Venetiarum, Galeatio Marescotti Romanæ, ac Magistris itidem Thomæ Emaldi Imolensis, et Cajetano Amato Salernitanæ Literarum Nostrarum in forma Brevis quæ ad Principes scribuntur Secretario, Lanfranco Mattei Marsorum Subdatario, et Christophoro Zannettini Brixien. Medico secreto Cubicularis intimis, seu secretis, ac Marchionibus Joanni Patrizi Forerio Majori, Virginio Crescenzi, Innocentio Muti, et Comiti Alexandro Petroni Stabuli Nostri Præfecto Romanæ itidem Cubiculariis secretis, Deusdedit Barcali Romanæ, Joanni Cornacchia Venetiarum, Blasio Saetta Paduanæ, Gregorio Zanetti Urbinatensis, Michaeli Angelo Giacomelli Pistoriensis, ac Francisco Lucca Romanæ Cappellanis secretis, et Augustino Orsi Ordinis Fratrum Prædicatorum Palatii Apostolici Magistro, Paschali Fantini Tarvisinæ Architriclino, Antonio Presi Bononiensis Domus Nostræ Magistro, Silvestro Mancini Romanæ Palatii Apostolici Ratiocinatori, Antonio Vannini Prænestinæ, et Francisco Antonio Benincasa Calliensis Clericis secretis, necnon Paulo Gazzani Parmensis, Paulo Pulieri Venetiarum, Josepho Celidoni Mediolanensis, Bartolomæo Ermini, et Joanni della Bossiera Romanæ Cubiculi Nostri Adjutoribus Civitatum, et Diœcesum respective Presbyteris, seu Clericis, vel Laicis familiaribus continuis commensalibus Nostris salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1 Circumspecta Romani Pontificis gratiarum Dispensatoris providentia devotos, ac fideles suos, illos præsertim, qui grata familiaritatis obsequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id alias propria virtutum merita commendant, honoris, et famæ amplioribus præconiis, ac præclaris dignitatum titulis decorare, et honorare, nec non specialis benevolentiæ favoribus amplecti solet, prout personarum qualitatibus conspicit convenire. Exordium.

§. 2 Hinc est, quod Nos ad grata familiaritatis obsequia, quæ vos, qui etiam continui Commensales Nostri existitis, et quilibet vestrum Nobis hactenus impendistis, et adhuc sollicitis studiis impendere non desistitis, nec non ad vitæ ac morum honestatem, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, quibus personas vestras etiam familiari experientia juvari percepimus, condignam rationem habentes; ac propterea easdem personas vestras peculiaris favore gratiæ, ac specialis honoris, et excellentiæ dignitatis titulo sublimare volentes, vosque, et quemlibet vestrum a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa Commendantur et absolvuntur a censuris.

latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, et certa scientia Nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine vos et quemlibet vestrum respective in Nostros, et Sedis Apostolicæ Notarios (sine tamen præjudicio Dilectorum Filiorum Notariorum de numero participantium) Apostolica auctoritate tenore præsentium recipimus, ac Sacri Palatii, et Aulæ Lateranensis Comites, necnon Auratæ Militiæ Equites, ac Nobiles Romanos, et Urbis Romæ, ac Civitatum Avenionensis, Bononiensis, Ferrariensis, et Beneventanæ, omniumque et singularum aliarum Civitatum, Terrarum, et Locorum Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subjectorum Cives cum omnibus juribus, jurisdictionibus, prærogativis et insignibus debitis, et consuetis creamus et constituimus ac in numerum, et consortium aliorum Nostrorum et ejusdem Sedis Notariorum, nec non Palatii et Aulæ hujusmodi Comitum, Equitum, et Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, et Terrarum prædictarum referimus et conscribimus.

Motu-proprio creantur Notarii, Comites, Equites, Nobiles, et Cives.

§. 3. Vobisque, etiamsi abitum et rocchettum Notariorum dictæ Sedis juxta decreta Lateranensis Concilii novissime celebrati non deferatis, aut Civitates hujusmodi non incolueritis, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habueritis, ut omnibus et quibuscumque privilegiis et facultatibus, exemtionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis et indultis, quibus cæteri omnes Notarii Nostri, etiam de numero participantium, ac Comites, Equites, et Nobiles (citra tamen exemtiones a Sacro Concilio Tridentino sublatas, itaut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subjaceatis Ordinariis, ac citra facultates legittimandi, ad gradus promovendi, Notarios, seu Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia a Notariis, et Comitibus præfatis prætensa, itant illis nullibi uti valeatis, ac irritum et inane existat quidquid secus per vos, aut quemlibet vestrum respective attentari contigerit) nec non Cives originarii etiam in Dignitatum, Beneficiorum, et Officiorum Ecclesiasticorum, ac sæcularium, etiam ex personis Romanorum Civium originariorum vacantium assequutione et exercitio tam in Urbe, quam in omnibus et singulis Civitatibus prædictis, et alias ubique locorum et gentium, nec non sessionum, et conventuum utuntur, potiuntur et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed pariformiter et æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemtiones, gratiæ et indulta hujusmodi pro vobis emanassent, uti, potiri et gaudere, ac in omnibus et singulis Apostolicis, aliisque literis, instrumentis et scripturis publicis et privatis deinceps nomine vestro conficiendis Notarios, Comites, Equites, et Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, nec non Romani et aliarum Civitatum et Terrarum Cives, prout libuerit, vos inscribere, et illis subscribere valeatis, ac pro veris et non fictis Notariis, Comitibus, Equitibus et Nobilibus, ac Civibus habeamini, nihilque, qualecumque illud fuerit, cum iis subscriptionibus, subreptitium vel obreptitium aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus censeatur; nec non honoris causa insignia gentis Nostræ sive integre, sive cum vestris respective composita gestare possitis, prout vobis placuerit, concedimus.

Exponuntur Notariorum privilegia cum quadam restrictione.

§. 4. Et insuper vos, vestraque Beneficia, et Officia Ecclesiastica quæcumque, quotcumque, et qualiacumque, illorum fructus, res et jura ubicumque Locorum, Regnorum et Provinciarum, nec non in Urbe, Civitatibus, Terris et Locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subjectis consistentia, prædia, domos, possessiones, et bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, et immobilia ac semoventia, nec non actiones et jura præsentia et futura cujuscumque qualitatis, quantitatis et naturæ, ac cujusvis etiam annui valoris fructus, redditus, et proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque a vobis vendenda, ac pro vestris ac familiarum vestrarum usibus emenda ab omnibus, et quibuscumque decimis, quartis, et dimidiis partibus, subsidiis etiam charitativis, nec non vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, pedagiis, collectis, et quocumque alio nomine nuncupatis angariis, perangariis, cæterisque oneribus et contributionibus tam urbanis, quam rusticis, ordinariis, et extraordinariis, realibus personalibus et mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, et pontium, portarum, et moliturarum, ac mercium cujuscumque generis, transitus seu passus et vecturæ, etiam in aliud Ter-

Eximuntur a decimis, aliisque impositionibus, ea excepta pro auxilio contra infideles.

ritorium, seu Provinciam, terra, mari, et flumine, nec non equorum mortuorum, stabulationum Militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, et gravissima causa (pro subventione contra Infideles dumtaxat excepta) nunc et pro tempore impositis; ita quod vos, et quilibet vestrum nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneamini, nec per Cameræ Apostolicæ, aut alios Commissarios, seu vectigalium, et tributorum hujusmodi Redemtores, Conductores, et Exactores quocumque privilegio, exemtione, et facultate suffultos, alias quam, ut præfertur, valeatis coarctari (quamdiu servitiis nostris institeritis dumtaxat) eximimus, et liberamus.

Super Beneficiorum pluralitate ac residentia in eis dispensat.

§. 4 Ad hæc vobiscum, et cum quolibet vestrum respective, ut quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis quarumcumque triumCathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum etiam Collegiatarum Ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut Dignitas etiam major et principalis, Canonicatus, et Præbenda, Personatus, Administratio, vel Officium fuerit, et ad Dignitatem, Personatum, Administrationem, vel Officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis immineat animarum, si alicui vestrum alias canonice conferantur, aut quisque vestrum eligatur, præsentetur, aut alias assumatur ad illa, et instituatur in eis recipere, et dummodo illa omnia (uno excepto) personalem residentiam non requirant, insimul, quoad vixeritis, retinere.

Eximuntur a residentia durante familiaritate.

§. 6. Nec non etiam, quamdiu Nobis inservieritis tantum, in Beneficiis Ecclesiasticis etiam curatis (non tamen Parochialibus, nec curatis cum cura animarum Parochianorum) per vos pro tempore respective obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiamsi Dignitates in Cathedralibus, etiam Metropolitanis post Pontificalem, majores, ac Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneamini, nec per Locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum earumdem Capitula, seu quosvis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possitis; omnesque et singulos nihilominus vestrorum Beneficiorum obtentorum fructus, redditus, et proventus, durante servitio prædicto, eum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperetis, si in eisdem Ecclesiis sive Locis personaliter resideretis, percipere exigere et levare.

Facultas recipiendi ordines extra tempora et sine licentia.

§. 7. Ac interim vel postmodum si volueritis in Romana Curia, vel extra eam a quocumque quem malueritis Catholico Antistite gratiam et communionem ejusdem Sedis habente, quem duxeritis eligendum, ad omnes etiam Sacros et Presbyteratus Ordines aliquibus tribus Dominicis, vel aliis festivis diebus etiam extra tempora a jure statuta, proprii Ordinarii, aut cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, si alias ad id idonei reperti fueritis (super quo Antistitis conscientiam oneramus) promoveri, et promoti in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare.

Item audiendi, et docendi leges, causasque Ecclesiasticas, etCiviles tuendi.

§.8. Nec non etiamsi Presbyteri fueritis, ac Dignitates et Officia obtinueritis, Leges et Jura Civilia, etiam publice in Scholis et Universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo trigesimum ætatis annum non excesseritis, audire, et si habiles et sufficientes reperti fueritis, etiam ad Doctoratus gradum in hujusmodi facultate vos promoveri facere, ipsaque Jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, et Procuratoris officium in causis Ecclesiasticis, et civilibus tantum exercere libere et licite possitis et valeatis, auctoritate et tenore prædictis de specialis dono gratiæ dispensamus.

Eisdem privilegium eligendi sibi Confessarium elargitur, cui per amplas concedit facultates.

§. 9 Liceat quoque vobis, et cuilibet vestrum aliquem idoneum et approbatum ab Ordinario Presbyterum sæcularem, vel cujusvis Ordinis regularem in vestrum eligere Confessorem, qui vita cujuslibet vestrum comite vos, et quemlibet vestrum a quibusvis excommunicationis suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, et per vos incursis, et quibus vos etiam Apostolica auctoritate illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis, et Successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter vel generaliter reservata existat: et quorumcumque votorum et Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quasvis personas etiam Ecclesiasticas (non tamen Episcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus (non tamen recitationis horarum canonicarum, aliorumque Divinorum Officiorum) et denique ab omnibus et quibuscumque aliis ve-

stris peccatis, criminibus et excessibus ac delictis quantumcumque gravibus et enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, videlicet a contentis in literis die Cœnæ Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, et mortis articulo; in reliquis vero dictæ Sedi quomodocumque reservatis, aliisque quibusvis casibus semel in anno, confessionibus vestris diligenter auditis, sine tamen alicujus præjudicio, auctoritate Apostolica absolvere, et vobis pro commissis pœnitentiam injungere salutarem; Nec non vota quæcumque (ultramarino visitationis Liminum BB. Petri et Pauli Apostolorum, castitatis, et Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.

Pensionum translationem ad summam 300 ducatorum ab eis fieri quocumque tempore concedit.

§. 10. Vobisque ulterius, et cuicumque vestrum respective, ut quicumque Loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in dicta Curia, quam extra eam ad id per vos respective coram Notario, et Testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ, quascumque pensiones annuas vobis super Mensarum Abbatialium, seu Capitularium, et Episcopalium, et Archiepiscopalium, ac quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura et sine cura secularium; et quorumvis Ordinum, et Militiarum Regularium, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani quomodocumque, et qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus etiam quotidianis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones et emolumenta vobis nunc, et pro tempore assignata, et reservata, seu assignanda, et reservanda pro summa videlicet tercentorum ducatorum auri de Camera quoad singulos vestrum, quandocumque alicui vestrum respective placuerit simul, vel successive in toto, vel in parte, etiam in cujuslibet vestrum mortis articulo cassare, et extinguere; et postquam cassatæ, et extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super eisdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus, ac emolumentis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, et emolumenta hujusmodi, usque ad summam, et quantitatem prædictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per vos nominandis, et iam quæcumque, quotcumque, et qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus Clericis, seu clericali charactere Insigniri volentibus, etiam eis, quoad vixerint, seu eorum Procuratoribus ad id speciale ab eis mandatum habentibus, eisdem modo, et forma, quibus vobis assignatæ et reservatæ, seu assignata, et reservata, et concessa fuerint respective, etiam absque consensu easdem pensiones solvere debentium, etiamsi illas, vel illa alias cassari, et reservari de novo faciendi facultatem non habueritis; ac pensiones, et fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, et emolumenta hujusmodi etiam pluries cassatæ, et de novo assignatæ fuerint, usque ad summam, et quantitatem prædictam, etiam literis Apostolicis super reservationibus, et assignationibus hujusmodi non confectis; ac alias cum omnibus, et quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, et cautelis, ac etiam censuris, et pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, et contentis, nec non cum subrogatione in quibusvis vestris juribus, etiam quoad quasi possessionem exigendi, in qua tunc eritis integre persolvendas, servata tamen forma Constitutionis fel. rec. Innocentii PP. XI. Prædecessoris nostri super translationibus pensionum editæ reservare, constituere, et assignare valeant, auctoritate, et tenore prædictis de speciali gratia indulgemus; volumus autem, ac sub pœna nullitatis translationis hujusmodi districte præcipimus, quod respectu pensionum vobis, et cuicumque vestrum respective, ut præfertur, reservatarum, et assignatarum, seu reservandarum, et quocumque tempore assignandarum super quibuscumque Cathedralibus, Metropolitanis, Monasteriis, etiam Consistorialibus, atque aliis quibusvis Beneficiis tam simplicibus, quam residentialibus, aut aliter quomodocumque qualificatis, intra Urbem ac Statum Ecclesiasticum Nobis, et Sanctæ Sedi in temporalibus immediate subjectum existentibus, præfata transferendi facultas tum coram persona in dignitate Ecclesiastica constituta, tum coram Notario, et testibus, vobis, et cuilibet vestrum respective, ut supra, impertita exerceri, aut expleri per vos, et quemlibet vestrum respective nequeat, nisi favore dumtaxat illorum, qui vel ex eodem Statu Ecclesiastico, vel ex eisdem Regnis et Provinciis originem trahant, in quibus et ipsi quoque nostri, et S. Sedis in temporalibus subditi promiscue cum

Civibus et Naturalibus dictorum Regnorum, et Provinciarum, ad pacificam tam Beneficiorum quorumlibet Ecclesiasticorum, quam similium pensionum possessionem admitti consueverunt.

Facultas testandi usque ad 6000 ducatos, et sine solemnitatibus.

§. 11 Nec non etiam vobis, ut de omnibus et singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, et locis etiam jurisdictionalibus, cæterisque bonis mobilibus, et immobilibus, quæ tamen non sint Altaris, seu Altarium Ecclesiarum vobis commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem Ecclesiarum servitio, aut alias Divino cultui seu usui deputata, seque moventibus cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, et conditionis existentibus, ac juribus, et actionibus ad vos ratione Ecclesiarum etiam Cathedralium, et Metropolitanarum, quibus forsan vos præesse contigerit, nec non Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Dignitatum, et aliorum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, et sine cura sæcularium, et quorumvis Ordinum Regularium, quæ etiam ex quibusvis concessionibus, et dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinueritis, obtinetis, et obtinebitis, ac fructuum, redditnum, et proventuum Ecclesiasticorum loco pensionum, ipsarumque pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, et proventibus vobis reservatorum, et assignatarum, ac reservandorum, et assignandarum, quos, et quas percepetitis, percipitis, et percipietis in futurum, nec non emolumentorum quorumcumque Romanæ Curiæ officiorum, et alias quomodolibet spectantibus, et pertinentibus, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, et proventibus annuis, nec non vestra, et cuilibet vestrum industria, et labore quomodolibet, et undecumque, licite tamen acquisitis, et acquirendis, ac alias etiam de muneribus, et officiis, quæ exercueritis, et vos exercere contigerit, et alias quavis occasione vel causa, seu contemplatione ad vos perventis, et perventuris, etiamsi in pecunia numerata, et jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam ubique locorum, etiam penes Beneficia ipsa existentibus (quorum omnium qualitates, et veros etiam annuos valores, etiamsi talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, et supellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus ac si specifice, et singillatim exprimerentur, et denominarentur pro sufficienter expressis, et declaratis haberi volumus) usque ad summam sex millium ducatorum auri de Camera pro unoquoque vestrum, ac etiam de ipsis fructibus, redditibus, et proventibus, ac pensionibus debitis, et debendis (servata tamen forma Constitutionum Apostolicarum jam editarum, et si quas deinceps edi contigerit super fructibus inexactis) etiam cumulative cum quibusvis aliis similibus vel dissimilibus facultatibus habitis, et habendis, tam pro decentibus, et honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui vobis viventibus servierint, etiam ultra servitii meritum, ac in vestrorum Consanguineorum, et Affinium, ac quorumcumque Locorum Piorum favorem, et usum, ac alias pro arbitrio, et voluntate vestris, et cujuslibet vestrum absolutis, testari, et testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus tam inter vivos, quam causa mortis, et aliis quibuscumque modis, et titulis, scriptura etiam minus solemni coram duobus vel tribus Testibus, aut etiam cedula sola manu vestra scripta vel subscripta, et alias in omnibus, et per omnia, prout, et quomodolibet vobis videbitur, etiam in ipsa Curia, et in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præsentis, vel aliarum vobis pro tempore concessarum similium facultatum, aut quod in vim illarum testari seu disponere velitis, et intendatis semel, atque iterum, aut pluries disponere, statuere, et ordinare, itaut quidquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias dispositum a vobis fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, et servari debeat; ipsaque testamenta, codicillos, et dispositiones, ordinationes, legata, et statuta pluries, ac toties quoties vobis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, et alia de novo condere libere, et licite valeatis, auctoritate Apostolica earumdem tenore præsentium plenam, et liberam concedimus facultatem.

Indultum in casu intestatae successionis, aut minus validae dispositionis.

§. 12 Et insuper statuimus, et ordinamus, vobisque indulgemus, quod si vos ab intestato, et sine ulla, vel cum minus valida bonorum, et rerum, ac fructuum, redditnum, et proventuum prædictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, tam continua, quam interpolata inibi cujuslibet vestrum respective mansione, ac etiam extra Beneficia vestra, vel alia loca debitæ a vobis residentiæ personalis, etiam nulla subsistente causa, ab humanis dece-

datis, omnia, et singula bona, res, et jura, etiam ut præfertur qualificata, nec non spolia cujuscumque quantitatis, et valoris existentia etiam ex prædictis, et alias undecumque provenientia ad Cameram Apostolicam, seu in dictis Beneficiis successores non pertineant, sed ad Hæredes vestri sanguinis integre deveniant, et illis deficientibus, inter Familiares vestros arbitrio personæ, seu personarum, quas ad id scripto nominaveritis, distribuantur; nisi de alia dispositione vel intentione vestra, scriptura etiam minus solemni secus appareret, quam tunc velut efficacem ipsæ personæ, vel alii Judices, seu Exequutores omnino exequi, et adimplere, illique se conformare in omnibus, et per omnia debeant; et nihilominus quæcumque hujusmodi testamenta, legata, donationes, dispositiones, et alia forsan a vobis etiam nulla, vel minus sufficienti facultate suffultis de hujusmodi bonis, juribus, et actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem Consanguineorum, et Affinium prædictorum, et alias quomodolibet facta cum omnibus inde sequutis, ac etiam ea, quæ per vos in futurum fient, ex nunc, prout ex tunc, et e contra, pro dicta summa sex millium Ducatorum approbamus, et confirmamus, omnesque, et singulos juris, et facti, ac solemnitatum omissarum et omittendarum, nec non substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint, aut intervenerunt in iisdem, etiamsi tales sint vel fuerint, quod specialis, specifica, et expressa de illis mentio præsentibus habenda esset, supplemus.

Inhibitio contra perturbatores. §. 13 Districtius inhibentes quibusvis Archiepiscopis, Episcopis, et aliis Ecclesiarum Prælatis, nec non Cameræ præfatæ Præsidentibus Clericis, ac eorum, nec non Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac Cruciatæ Sanctæ, et aliis Collectoribus, et Subcollectoribus, cæterisque cujuscumque dignitatis, status, gradus, et conditionis existentibus, etiam quavis auctoritate, et potestate fungentibus, sub excommunicationis majoris, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, ne Universitates, Collegia, ac Loca, et Legatarios, Hæredes, et personas, nec non testamentorum, voluntatum, et ordinationum hujusmodi Exequutores præfatos, directe, vel indirecte, quovis quæsito colore, vel ingenio molestare audeant quoquomodo vel perturbare.

Clausulae generales. §. 14. Ac decernentes praedicta omnia, et singula, præsentesque literas, et testamenta, donationes, codicillos, fideicommissa, legata, ordinationes, derogationes, dispositiones, et alia quæcumque, nec non quæ in præmissis facta sunt, aut fieri contigerit, tam vigore præsentis, quam etiam aliarum concessionum vobis factarum, et deinceps in genere vel in specie faciendarum, cum inde sequutis, et sequuturis, etiamsi vos intra Curiam, aut in quacumque alia mundi parte extra Ecclesias, et Beneficia personalem residentiam requirentia, qualitercumque qualificata per vos nunc, et pro tempore obtenta, etiam pro vestra sola voluntate, et nulla subsistente causa non residendi, ab humanis decedere contigerit, sub literis rec. mem. Pii PP. IV. Prædecessoris pariter Nostri contra quoscumque Episcopos, Archiepiscopos, et alios Prælatos, nec non Parochialium Ecclesiarum Rectores, cæterosque residentiæ personali prædictæ adstrictos extra illam quomodocumque decedentes, septimo Kalendas Decembris Pontificatus sui anno quinto, aut alio veriori tempore emanatis, et sub quibuscumque aliis Constitutionibus, aut revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, declarationibus Apostolicis, Cancellariæ Apostolicæ regulis ex quibuscumque causis quantumvis maximis, urgentibus, et inexcogitabilibus, etiam in favorem Fidei, et Divini cultus augmentum, ac Consistorialiter etiam a Nobis, et Sede prædicta hactenus, vel nunc, et pro tempore factis, et editis minime comprehendi, sed semper ab illis excepta, et quoties emanata fuerint, toties in pristinum, et validissimum statum, et etiam sub posteriori data, etiam cum derogationibus, et clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibusque, et aliis decretis per vos eligenda apponendis, et latissime specificandis reposita, restituta, et plenarie reintegrata, ac de novo concessa, validaque, et efficacia fore, nec non perpetua firmitate subsistere, suosque plenarios, et integros effectus, quos de jure, stylo, consuetudine, aut alias quomodocumque sortiri poterunt, ac vim veri, legitimi, et jurati, ac stipulati, validi, et efficacis contractus inter vos ex una, ac Nos, et Cameram præfatam ex altera partibus habere, nec etiam per promotionem ad Ecclesiam Cathedralem, etiam Metropolitanam, aut translationem, vel aliam status, et personæ vestræ mutationem cessare, nec per similes vel dissimiles gratias vobis concessas, et concedendas confun-

di, sed ipsis cumulative in omnibus, et per omnia uti, et si quid in una ex facultatibus hujusmodi defecerit, per aliam suppleri debere, nec Hæredes, Legatarios, ac Loca, ad quos, seu quæ bona, jura, et actiones hujusmodi devenerint, vel quibus relinquentur, aut Exequutores prædictos ad tertiam seu aliam eorum partem, quam etiam ex nunc vobis, ac Locis, Hæredibus, Legatariis, ac Donatariis prædictis liberaliter concedimus et donamus, Cameræ, vel Fabricæ, aut Beneficiis prædictis, etiam pro expeditione contra Infideles, et quibusvis aliis quantumlibet piis usibus solvendum, ac cum eis desuper componendum, vel vos ad aliam particularem licentiam, sive indultum, aut confirmationem præsentium a Nobis vel Successoribus nostris Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia simili gratia seu confirmatione illius vobis quomodocumque concedenda, de præsenti mentionem aliquam faciendam ullatenus teneri, nec ad id ulla unquam necessitate cogi posse.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 15 Et sic in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et ejusdem S. R. E. Cardinales, nec non pro tempore existantes dictæ Cameræ Camerarium, Præsidentes Clericos in quavis Causa, et instantia, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Deputat speciales harum litterarum Executores.

§. 16. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostris Ostiensi, et Portuensi Cardinalibus Episcopis, ac dilecto filio Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori per Apostolica scripta mandamus motu simili, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando opus fuerit, et quoties pro parte vestra desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, vobisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant autoritate nostra easdem præsentes literas, et in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac vos illis omnibus pacifice frui, et gaudere non permittentes vos per quoscumque quavis auctoritate fungentes contra earumdem præsentium tenorem indebite molestari, inquietari vel perturbari: Contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis, servatis processibus, censuras, et pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Contrariis quibuscumque specialiter derogat.

§. 17. Non obstantibus præmissis, ac piæ mem. Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris etiam nostri de una, et in Concilio Generali edita de duabus diætis, dummodo ultra tres diætas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, nec non Lateranensis Concilii novissime celebrati de certo Notariorum numero, etiamsi ad illum nondum deventum fuerit, cui per hoc alias derogare non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, et quibusvis aliis etiam per Nos, et Sedem prædictam editis, et in posterum edendis Cancellariæ Apostolicæ regulis, ac stylo in similibus hactenus observato, ac rec. mem. Alexandri PP. VI. pariter Prædecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Cameræ præfatæ deberi, inter alia disponente, necnon ejusdem Bonifacii PP. VIII. per quam concessiones fructus in absentia percipiendi sine præfinitione temporis fieri prohibentur; ac Pii PP. IV. Prædecessoris etiam nostri de gratiis qualecumque interesse Cameræ Apostolicæ concernentibus in dicta Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, et registrandis, ita quod præsentes in eadem Camera nullo unquam tempore registrari facere teneamini, ac similis rec. mem. Urbani PP. VIII. pariter Prædecessoris nostri de pensionibus alias translatis iterum non transferendis, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, et quibusvis aliis Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Legibus etiam Imperialibus, et Municipalibus tam Urbis, quam aliarum Civitatum, et Locorum, in quibus Cives originarii creati existitis, et quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, et Hospitalis prædictorum, nec non quorumvis Collegiorum, et Officiorum dictæ Curiæ, et Regnorum, Provinciarum, et Urbis, ac aliarum Civitatum, et Locorum, ac Cameræ prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, etiamsi de

illis servandis, et non impetrandis literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo vos per vos, vel Procuratores vestros præstiteritis forsan hactenus, vel vos in posterum præstare contigerit juramentum, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, et Hospitalibus, illorumque Præsulibus, seu Administratoribus, et Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus etiam antianis, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, et Locis, aliisque prædictis, ac illorum Communitatibus, et Universitatibus, aliisque personis etiam particularibus, nec non Archiepiscopis, Episcopis, et aliis Ordinariis, etiam eisdem Cardinalibus, ac dictæ Curiæ Officialibus, illorumque Collegiis, ac etiam decimarum, pedagiorum, gabellarum, et onerum Exactoribus, et Appaltatoribus, et aliorum onerum Redemtoribus sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam Nos, et Sedem prædictam etiam consistorialiter, ac de eorumdem Cardinalium consilio, etiam per modum statuti, et constitutionis perpetuorum, ac motu, et scientia similibus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, et aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, etiamsi in eis, ac statutis, et stabilimentis prædictis caveatur expresse vel tacite, quod Urbis nisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis conferantur, quodque nonnullarum Ecclesiarum Beneficia nisi per personas illustres vel nobiles, ac etiam originarios Cives, aut alias certo modo in illis expresso qualificatos obtineri non possint, et nulli in Cives Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, et Locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possint, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, et Locis per certum tempus habitaverint, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsan ad certum valorem ascendentia possederint; quodque Præceptoriæ, et alia Beneficia quæcumque dicti Hospitalis tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositione pensionibus Clericis sæcularibus, et aliis personis, etiam Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quod stabilimentis, et privilegiis prædictis, etiam vigore implicitæ derogationis latissime extendendæ, etiam per quascumque literas Apostolicas, et quasvis etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, et insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio Cardinalium eorumdem fiat, et tunc demum Magistri, et Conventus prædictorum ad id accedat assensus, sintque literæ derogationis hujusmodi etiam per dictum Magistrum subscriptæ, ac illi, et præfato Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, et non alias nec alio modo, et semper in omnibus, quæ sic fient, etiam de simili consilio derogationibus, sit apposita clausula, quod illarum effectum sortiantur de consensu Magistri, et Conventus prædictorum, et non alias, nec alio modo; quodque ipsi Exactores, et Appaltatores, decimas, pedagia, et onera hujusmodi, etiam de exceptis exigere, et illos ad solutionem seu contributionem cogere, et compellere possint, seu debeant. Quibus omnibus illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat in genere, et in specie ad effectum præsentium sufficienter, et expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus, quodque vos primum non feceritis in Ecclesiis hujusmodi personalem residentiam consuetam, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 18 Volumus autem, quod antequam gratia creationis in Nostros, et Sedis Apostolicæ Notarios vobis ut supra facta perfrui valeatis, in manibus alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ professionem Fidei juxta articulos pridem a Sede prædicta propositos expresse emittere, et solitum fidelitatis juramentum præstare omnino teneamini. *De Fidei professione, et fidelitatis juramento per eosdem emittendis Familiares ante creationem in Sedis Apost. Notarios.*

§. 19. Quodque præsentium transumtis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur ubique in Judicio et extra, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. *Fides transumptorum.*

§. 20. Cæterum volumus pariter atque decernimus, ut illis ex vobis, quibus similes testandi de bonis, ac pensiones transferendi facultates a Roma- *Praesentes Literae non suffragantur praedecessorum Familiaribus.*

nis Pontificibus Prædecessoribus nostris, quorum respective etiam Familiares continui Commensales erant concessæ fuerunt, præsentes literæ, quoad facultates testandi de bonis, et transferendi pensiones hujusmodi minime suffragentur. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Decembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXVI.

Datum die 11 Decemb. 1758 Anno I.

Confirmatio quarumdam resolutionum Sacr. Congregationis Concilii, circa Episcopalia jura erga Regulares, in Dioecesi Olomucen, illarumque extensio ad Diœceses Colonien, Monasterien, Hildesimen, Paderbonen, et Osnabrucen.

Pluries Summi Pontifices de restauranda Ecclesiastica disciplina fuere solliciti, qua de re, cæteris missis, videndæ sunt in Bullario Mainardi Const. Innocentii XII. edit. 1697. Aug. 4. §. 8. pro confirmatione Congregationis super Disciplina Regulari; altera Innocentii XIII. edit. 1723. Maii 13. pro restauranda disciplina Ecclesiastica in Regnis Hispaniarum, et tertia Benedicti XIII. edit. 1724. Sept. 23. §. 1. præcedentis confirmatoria; in hac vero eadem materia quoad Dioecesim Olomucen. adest Const. Benedicti XIV. edit. 1755. Oct. 19. vidend. in illius Bullario.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam.

Exordium

§. 1 Inter multiplices easque gravissimas injuncti Nobis, licet immerentibus Apostolici Ministerii curas illam potissimum recensemus ut quæ jam recte, sapienterque Sacrorum Canonum Decretis, et Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus, aliisque Ecclesiasticis legibus statuta noscuntur a temporum, hominumque injuriis oblivionis nempe, aut affectatæ ignorationis, seu pravæ interpretationis, et inobservantiæ labe vindicemus, vel ipsismet veteribus legibus, et Constitutionibus opportune renovatis, confirmatis, assertis, vel novis Decretis, quæ in hujus Romanæ Curiæ Tribunalibus ad peculiarem quidem causarum opportunitatem edita, sed ad generales Canonici juris regulas exacta cognoscimus Apostolicæ approbationis, et confirmationis Nostræ robore communitis, iisdemque latius promulgatis atque prolatis, prout ad tuendum Ecclesiasticæ disciplinæ vigorem in Domino judicamus salubriter expedire.

Preces porrectæ.

§. 2 Sane ex parte Venerabilis Fratris Nostri Clementis Augusti Archiepiscopi Coloniensis, et S.R.I. Principis Electoris expositum Nobis fuit tum in ipsa Colonien. Diœcesi, tum in aliis videlicet Monasterien, Hildesimen, Paderbonen, et Osnabrucen Episcopatibus, quorum ipse regimen et administrationem ex concessione, et dispensatione Apostolicis obtinet nonnullos paulatim succrescere abusus Ecclesiasticæ disciplinæ, suæque Ordinariæ Auctoritati valde perniciosos, atque iis plane similes, quos paucis ante annis bo: mem: Ferdinandus Julius S. R. E. Presbyter Cardinalis de Troyer nuncupatus et Olomucen. dum viveret Ecclesiæ Præsul ad Sedem Apostolicam detulit in dicta sua Olomucen. Diœcesi vigere quibusque submovendis, et funditus eradicandis optimum susceperit consilium recurrendi ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ab eadem Apostolica Sede specialiter deputatorum, et causa apud eam introducta adversus Regulares præsertim Sancti Benedicti, ac Cisterciensis, et Premonstratensis Ordinum seu Congregationum Abbates, et Monachos, seu Canonicos Regulares in dicta sua Diœcesi existentes sexdecim distincta capita, seu dubia, controversias omnes cum dictis Regularibus vertentes complectentia eidem Congregationi discutienda, et ad juris normam definienda proposuit.

S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpetrum responsa dedit dubiis propositis ab Olomucensis Ecclesiae Praesule.

§. 3 Quæ quidem dubia semel, iterumque primo videlicet die VII. Junii Anni MDCCLV., deinde vero die II. Augusti ejusdem Anni in præfata Congregatione urgentibus perspicuis Sacrorum Canonum, et Apostolicarum Constitutionum sanctionibus semel et iterum favore prædicti Ferdinandi Julii Cardinalis et Præsulis resoluta fuerunt, ut patet ex subjecto eorumdem dubiorum, et consequentium Decretorum tenore, qui talis est nimirum. Olomucen. Jurisdictionis. Usque ab anno 1665. Episcopus Olomucen. Sacram hanc Congregationem consuluit pluribus propositis dubiis, quæ respiciebant Jurisdictionem suam in Monasteria Sanctimonialium Regularibus Ordinibus

subjecta ad intellectum cognitissimæ Constitutionis Gregorianæ cujus initium est = Inscrutabili = Respondit Sacrum hoc Tribunal, dubiaque proposita definivit, sed nondum exequi potuerunt.

Enunciantur qui inter Ordines Regulares sese opponant Episcopi Jurisdictioni in Moravia.

§. 4 Præcipui, qui inter ordines Regulares sese opponant Episcopi Jurisdictioni in Moravia, Benedictini sunt Cistercienses, et Premonstratenses. Multa sunt quæ ipsi præsidio exemptionum hactenus gesserunt ad declinandam Visitationem Episcopalem in Parochiis, quæ vel unitæ sunt eorum Monasteriis, vel eorum Jurispatronatus sunt, et jurisdictionem Episcopalem in Monasteriis Sanctimonialium, quorum ipsi curam, et regimen habent. Hæc ferre non valens Eminentissimus Dominus Cardinalis de Troyen Episcopus Olomucen. ductus eo, quo præstat, zelo servandi Sacrorum Canonum, et Constitutionum Pontificiarum dispositionem, atque Ecclesiasticam disciplinam narravit omnia in Visitatione Sacrorum Liminum, ita ut necesse fuerit etiam auctoritate Sanctissimi Domini Nostri plura adhibere remedia, quibus in ordinem redigeretur Regularium illorum adversus Episcopalem Jurisdictionem licentia. Res tandem delata fuit ad judicium Eminentissimorum Patrum; longum esset singula, quæ Regulares sibi debita esse contendunt, capita referre; poterunt Eminentissimi Patres illico ea assequi lectione XVI. Dubiorum, quibus causa omnis collecta fuit quæque hic subjicimus nullo negocio expedienda, cum fere omnia pluries sint in aliis causis definita, vel in ipsa litera Apostolicarum Constitutionum reperiantur expedita. Facta etiam plurima, quæ his Dubiis disputandis causam dederunt; quæque si referrentur, folium in volumen excresceret, legent in libello

Libellum Episcopi Olomucen omnia enarrat quæ essent corrigenda

Emi Episcopi. Cautum quoque fuit decreto ea dubia non esse disputanda, quæ sive ab uno, sive ab altero eorumdem Ordinum Regularium legitime in actis acceptarentur ut fieri velle assertum fuit; quia vero nondum id factum esse scimus, ideo omnia Dubia subjicimus; a Regularibus nihil habuimus.

Enucleantur dubia proposita.

Primum dub.

§. 5 Primum, = An Parochi Regulares cujuscumque Ordinis illi sint, et præsertim Premonstratenses, Cistercienses, et Benedictini exercentes curam Animarum Personarum Sæcularium, et non Commensalium in Parochiis in Diœcesi Olomucen. licet illæ Monasteriis exemptis sint unitæ, et annexæ, sive sint de Jure patronatus, etiamsi cura animarum residere dicatur in Abbatibus, Visitationem Episcopi subire teneantur in iis, quæ pertinent ad curam animarum sive Episcopus visitet per se, sive per alium, non obstantibus privilegiis dictorum Monasteriorum, et quatenus affirmative = Secundum, = An dicti Parochi procurationem solvere teneantur; vocati ad synodum accedere sint eogendi, Festa Diœcesis Populo annunciare et celebrare etc., pariter Chrisma, et olea Sacra ab Episcopo Diœcesano accipere teneantur = Tertium, = An Parochi Regulares etiamsi sint Abbates, possint a Superioribus Regularibus ad curam animarum destinari, illamque exercere sine approbatione Episcopi = Quartum, = An Regulares dari in Coadjutores dictorum Parochorum possint a Superioribus Regularibus sine expressa licentia Episcopi, sive potius sit in potestate Episcopi in approbatione Confessariorum Regularium limitare eorumdem facultates, non solum quoad tempus, sed etiam quoad personas, et loca in quibus debeant confessiones audire = Quintum, = An liceat sive Abbatibus, sive Parochis Regularibus præsertim Cisterciensibus pro libitu, et sine licentia Episcopi pro Parochiis modo unam, modo alteram Ecclesiam, sive Cappellam, in qua Sacramonta a Parochis administrantur Fidelibus Diœcesis Olomucen. constituere = Sextum, = An Prælati Regulares, ubi habent purum Juspatronatus Parochiarum acquisitum, vel cessum a Laicis, quibus in hoc succedunt, teneantur Episcopo præsentare Sacerdotes Sæculares ut antea laici tenebantur, an vero possint substituere Monachos, eosque pro libitu, non salutato Episcopo, removere = Septimum, = An ad Episcopum spectet cura Clausuræ Monasteriorum Monialium Regularibus, et præsertim Cisterciensibus, et Benedictinis subjectarum, eamdem clausuram demandare servandam ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini, et quatenus affirmative = Octavum, = An competat Episcopo Prælatis Regularibus præsertim Cisterciensibus, et Benedictinis prohibere ne pluries in anno occasione Visitationis ingrediantur septa Monasterii Monialium sibi subjecti sine præsentia ejusdem Episcopi, sive alterius personæ ab eo deputandæ = Nonum, = An possit Episcopus inhibere Regularibus præsertim Cisterciensibus, et Benedictinis ut sine examine Ordinarii Puellas ad habitum et Professionem admittant, et precise ne ad electionem Abbatissarum exempta-

Secundum dub.

Tertium dub.

Quartum dub.

Quintum dub.

Sextum dub.

Septimum dub.

Octavum dub.

Nonum dub.

Digitized by Google

rum deveniatur, non significato Ordinario die Electionis, cui Episcopus sive per se, sive per alium interesse, et præsidere possit. = Decimum, = An competat Episcopo rationes exigere ab Administratoribus bonorum temporalium dictorum Monasteriorum exemptorum Monialium, et in Administratores delinquentes animadvertere, illosque ad reliquatum solvendum cogere, et prohibere ne dotes alienentur sine Indulto Pontificio et Episcopi licentia = Undecimum, = An Confessarii ab Episcopo approbati ad audiendas Confessiones Fidelium utriusque sexus, possint sine speciali approbatione Episcopi in Confessarios Monialium exemptarum a Superioribus Regularibus destinari, et quatenus negative = Duodecimum, = An saltem dicti Confessarii Regulares pro audiendis Confessionibus unius Monasterii Monialium exemptarum, vel pro una vice approbati censeri debeant approbati semper, et pro omnibus Monasteriis Monialium = Decimum tertium, = An Regulares teneantur pro obtinenda facultate audiendi Confessiones sive Sæcularium, sive Monialium se personaliter coram Episcopo præsentare, sive potius sufficiat a Superioribus de sufficientia, et idoneitate testimonium transmitti = Decimum quartum, = An Prælati, et Abbates Regulares possint sine speciali indulto Calices, Campanas, aliaque Vasa sacra, in quibus intervenit sacra unctio, benedicere pro usu alienarum Ecclesiarum = Decimum quintum, = An dicti Abbates, et Prælati teneantur servare Decretum, ab Alexandro VII. editum circa usum restrictum Pontificalium Prælatis inferioribus concessum = Decimum sextum, = An liceat Regularibus Eucharistiam in propriis Ecclesiis exponere sine licentia Ordinarii, liceatque pariter Regularibus, et præsertim Benedictinis, et Cisterciensibus in propriis Ecclesiis insolitam Imaginem, aut Sacram Reliquiam ab Ordinario non approbatam exponere, et tandem in eisdem Ecclesiis prædicare, non petita ab Ordinario benedictione, aut in aliis Ecclesiis sine Ordinarii licentia =

Decimum dub. — Undecimum dub. — Duodecimum dub. — Decimum tertium dub. — Decimum quartum dub. — Decimum quintum dub. — Decimum sextum dub.

Resolutiones emissæ propositis dubiis a Sac. Congregatione.

§. 6 Die 7 Junii 1755. S. Congregatio Emorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum = Ad primum, et secundum respondit, affirmative = Ad tertium, negative = Ad quartum, negative ad primam partem, affirmative ad secundam = Ad quintum, negative = Ad sextum affirmative ad primam partem, negative ad secundam = Ad septimum, octavum, nonum, decimum, affirmative = Ad undecimum, negative = Ad duodecimum, decimum quartum, decimum sextum, negative = Ad decimum tertium affirmative ad primam partem, negative ad secundam = Ad decimum quintum, affirmative. Reproposita vero causa sub dubio, an sit standum, vel recedendum a Decisis in casu etc. Die 2. Augusti 1755. = eadem Sacra Congregatio stetit in Decisis = M. Cardinalis Millinus Præfectus = T. A. Furiettus Secretarius = Cum autem sicut eadem expositio subjungebat relata Congregationis Concilii Decreta fuerint, subinde in forma specifica a Sa: Mem: Prædecessore Nostro Benedicto Papa XIV. confirmata per suas Apostolicas Literas quarum initium est = Ad solium Justitiæ etc. datas XIV. Kalendas Octobris Anno MDCCLV. Pontificatus Sui XVI, quæ quidem Literæ in præfata Olomucen Diœcesi solemniter publicatæ, et debitæ exequutioni demandatæ fuerunt, ideoque ad eliminandos abusus in supradictis Colonien, Monasterien, Hildesimen, Paderbonen, et Osnabrucen. Diœcesibus succrescentes, et ad Ecclesiasticæ disciplinæ formam ibidem conservandam, aut restituendam, præcavendasque diuturniores controversias, quæ inter Ordinarium, et Regulares frequenter oriri solent, valde opportunum foret si eadem Decreta auctoritate Nostra ad eas quoque Diœceses ampliarentur, ibique etiam inviolabiliter observanda publicarentur.

Hæc decreta confirmata fuerunt á Benedicto XIV. 14 Kal Oct. Ann. 1755.

Eadem decreta exequutioni demandari postulatur in Diœcesibus Colonien., Monasterien., Hildesimen., Paderbonen., et Osnabrucen.

§. 7 Idcirco præfatus Clemens Augustus Archiepiscopus, et Princeps Elector Nobis humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis de benignitate Apostolica providere dignaremur. Nos itaque re serio, ac mature perpensa, animadvertentes omnia in superius relatis Decretis contenta, utpote Sacrorum Canonum, et Tridentini potissimum Concilii Sanctionibus conformia, sæpe etiam Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus inculcata fuisse; proindeque æquissimum reputantes providis hujusmodi legibus iterato confirmatis, et promulgatis nova adversus glicentes abusus Apostolicæ providentiæ præsidia objicere, prædicti Venerabilis Fratris Nostri Clementis Augusti, et Principis Electoris precibus annuentes, exscripta superius Congregationis Concilii Decreta pro Olomucen. Diœcesi emanata, et pro eadem a præfato Benedicto Prædecessore approbata, et confirmata ex certa scientia, et Apostolica auctoritate Nostra iterum approba-

Illa decreta a Benedicto XIV pro Olomucen. Diœcesi approbata amplantur ad Diœceses Colonien., Monasterien., Hildesimen., Paderbonen., et Osnabrucen.

mus, et ad Coloniensem, Monasteriensem, Hildeisimensem, Paderbonensem, et Onasbrucensem Diœceses extendimus, et ampliamus; ita ut Decreta hujusmodi, in recensitis Diœcesibus, eam plane vim, auctoritatem, et exequutionem habeant, et obtineant, quam haberent, et obtinerent si pro iisdem Diœcesibus nominatim a præfata Congregatione Concilii condita, atque edita fuissent.

Contra judicari prohibet. §. 8 Sicque et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, et Apostolicæ Sedis Nuntios judicari et definiri debere statuimus atque decernimus. Præsentes quoque Literas cum omnibus in iisdem contentis omnimoda firmitate validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, atque a Regularibus cujuscumque Ordinis, Congregationis, Instituti, et Societatis in supradictis Diœcesibus existentibus, aliisque ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter observari volumus, et mandamus.

Contraria removet. §. 9 Non obstantibus quibusvis etiam Apostolicis, et in Generalibus, Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis Constitutiónibus, et Ordinationibus, dictorumque Ordinum, Congregationum, Institutorum, et Societatum privilegiis, et indultis, statutis, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, cæterisque in contrarium facientibus, quæ olim præfata Tridentina Synodus, ac Prædecessores Nostri Romani Pontifices adversus Decreta super præmissis a se condita, et ad evitandam, et retardandam eorum exequutionem, nullatenus obstare voluerunt, quibusque Nos etiam præsentium tenore, et ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus.

Transumptorum fides. §. 10 Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem ubique fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent originaliter exhibitæ vel ostensæ.

Sanctionem poenalem superaddit. §. 11 Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostram approbationis, extensionis, ampliationis, statuti, decreti, voluntatis mandati, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Septingentesimo quinquagesimo octavo. Tertio Idus Decembris. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXVII.

Confirmatio Decreti Ministri Generalis Ordinis Min. S. Francisci de Observantia nuncupat, pro restitutione ad privilegia, et honores provinciæ Bosnæ Argentinæ, licet per aliud Decretum Anni 1757, prævia dismembratione quamplurimorum Conventuum, in custodiam declarata fuerit. Datum die 15 Decem. 1758. Ann. I

De dismembratione Provinciæ Bosnæ Argentinæ, illiusque divisione in Custodias adsunt Litteræ in forma Brevis Benedicti XIV. die 15 Junii 1754, quæ hic revocantur.

Clemens PP. XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. §. 1 Pastoralis officii Nostri divinitus commissi sollicitudo Nos admonet, ut paternam Religiosorum virorum, qui sese sub suavis arctioris vitæ jugo devoverunt, curam gerentes, ea quæ tollendis animorum dissidiis, stabiliendaque inter eos fraterna concordia provide constituta esse noscuntur, quo firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis Nostri præsidio roboremur.

Causæ hujus Brevis. §. 2 Exponi siquidem nobis nuper fecit Dilectus Filius Philippus de Ochievia Frater expresse Professus, ac ex Minister Provincialis, nec non Procurator specialiter deputatus Fratrum, ac Missionariorum Bosnæ Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum ipse a Dilecto Filio Clemente a Panormo Ministro Generali ejusdem Ordinis decretum obtinuerit super restitutione Custodiæ Sanctæ Crucis Bosnæ Argentinæ in Provincia tenoris sequentis videlicet = Decretum = Post diutinas, sæpiusque repetitas, tum apud Generales Ordinis Superiores, etiam in Generalibus Vallisoletano Anni 1740, ac Marciano anni 1756 Capitulis, tum apud Sanctam Sedem instantias ex parte Patrum, Fra- Decretum edit. a Clemente a Panormo super restitutione Custodiæ Sanctæ Crucis Bosnæ Argentinæ in Provinciam.

trum, ac Missionariorum Observantium Bosnæ Argentinæ pro divisione Conventuum Residentiarum, ac Paræciarum in ipsa Bosna Argentina sub Othomanico Dominio existentium, ab aliis Conventibus, Residentiis, et Paræciis, existentibus in Partibus Fidelium Sclavoniæ, Sirmii, et Hungariæ, cum quibus unicam, eamdemque Provinciam adhuc constituebant Bosnæ Argentinæ Observantium nuncupatam: prodiit tandem Decretum Nostrum sub die 5 Junii Anni proxime præteriti 1757, in quo, non reluctantibus ipsis Sclavoniæ, Sirmii, et Hungariæ Patribus, ac Fratribus, imo vero assentientibus, expetitam tandiu perfecimus divisionem, memoratamque Provinciam Bosnæ Argentinæ in duas partes ita distribuimus, ut ex Conventibus, Residentiis, ac Paræciis, in partibus Fidelium Sclavoniæ etc. etc. constitutis, utpote in numero copiosioribus, novam erexerimus Provinciam, Sancti Joannis a Capistrano in posterum nuncupandam; ex aliis autem existentibus, sicuti prædictum est, in Bosna, sub Dominio Othomanico, ob exiguum trium tantum Conventuum numerum, simplicem Custodiam instituerimus, appellandam tamen, et pariter nuncupandam Sanctæ Crucis Bosnæ Argentinæ, prout latius continetur in eodem nostro divisionis decreto: Quod etiam fel. Rec. Benedictus XIV. in forma specifica approbavit, et confirmavit per Apostolicas Literas in forma Brevis, incipientes. Ad Regularis Disciplinæ observantiam: sub datam 15 Junii 1757. Sed vix hujus Decreti nostri notitia ad ipsos Bosnenses Fratres pervenit, quod frequentissimis per Literas interpellationibus (misso etiam ad hanc Almam Urbem R. P. F. Philippo ab Ochievia antiquo totius ante divisionem Provinciæ ex Ministro, tamquam Procuratore, et ex parte ipsorum Delegato) ad Nos provocarunt, instantissime supplicantes, ne antiquissimam Bosnæ Argentinæ Provinciam, et ex qua quamplures aliæ per Pannoniam, ac Illiricum uti ex matre filiæ procreatæ sunt, nunc tandem sub Turcico Imperio gementem, ob exiguum Conventuum numerum, in nudam meramque custodiam redactam antiquis, quibus antea gaudebat in ordine prærogativis, honoribus, ac præminentiis expoliari pateremur. Illud quoque in suis precibus addentes, quod etsi apud ipsos tres tantum formales Conventus existant, tamen sex Residentias, quæ propter copiosum Fratrum numerum, ibidem inhabitantium, in Conventus formales erigi possent, nisi grave nimis, atque intollerabile Othomano Principi foret tributum impendendum. Possident quoque triginta Paræcias per Universum Bosnæ Regnum, Ducatumque Sancti Salbæ diffusas, ubi ad quinquaginta millia vere fidelium, et Orthodoxorum hominum multitudo reperitur, quibus omnibus ipsi tamquam soli Ecclesiastici viri in iisdem Regno, ac Ducatu existentes, magnis incommodis, gravissimisque vitæ periculis inservientes, numerum constituunt Fratrum centum circiter, et quinquaginta, qui sane numerus in pluribus transmarinis Provinciis desideratur quamvis in partibus Fidelium constitutis.

Provincia Bosnæ Argentinæ in duas partes distributa per idem decretum.

Benedictus XIV. die 15 Junii 1757. idem decretum confirmavit.

Fratres Bosnenses ab hoc decreto provocarunt.

§. 3 Nos itaque, iis stantibus, ad memoratum Decretum Nostrum, Apostolicis literis, ut supra confirmatum ex una parte attendentes, ex alia vero considerantes rationum momenta per ipsos Fratres Bosnenses producta, postquam diu multumque deliberando hæsitavimus, dilatatis tandem paternæ charitatis visceribus, ad pedes Sanctissimi in Christo Patris, et Domini Nostri D. Clementis PP. XIII. per supplicem libellum a Nobis nostroque nomine porrectum, eorum postulationes humiliter demisimus. Sanctitas vero Sua speciali Apostolico Rescripto, de die 21 Octobris 1758 Nobis instantiam remittere dignita est in hunc modum = Sanctitas Sua benigne remisit instantiam, de qua in precibus, eidem Ministro Generali Oratori cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, ut attentis expositis, pro suo arbitrio, et prudentia custodiam Sanctæ Crucis Bosnæ Argentinæ nuncupatam in Provinciam erigat, Constitutionibus Ordinis, literis in forma Brevis Benedicti XIV. sub Dat. 15 Junii 1757 aliisque quibuscumque in contrarium non obstantibus = C. Card. Rezzonico =

Minister Generalis remisit hos recursus ad S. Sedem.

Rescriptum diei 21 Oct. 1758 quo Pontifex eidem Ministro Generali facultates omnes impertitus est pro erectione Custodiæ S. Crucis Bosnæ Argentinæ in provinciam.

§. 4 Hinc est, quod honestis Fratrum Nostrorum desideriis, quantum in Domino possumus annuere volentes, respicientes etiam ad solatium Missionariorum, aliorumque Fratrum Bosnensium, sub gravi Tyrannicæ servitutis jugo, Catholicæ Ecclesiæ jugiter inservientium, utque favoribus nostris excitati ad laborandum in Vinea Domini Sabaoth magis, magisque accendantur; Nos Apostolica, quam præmisimus, auctoritate fulti, institutam nuper per Decretum nostrum anni præteriti 1757 Sanctæ Crucis Bosnæ Ar-

Custodia S. Crucis Bosnæ Argentinæ in provinciam restituitur cum omnibus antiquis privilegiis

gentinæ Observantium Custodiam in Provinciam restituimus, erigimus, et deputamus, ac In Provinciam restitutam, erectam, et deputatam præsentium nostrarum virtute decernimus, et declaramus, cum omnibus privilegiis, honoribus, et præminentiis, quibus ante divisionem, et in Custodiæ restrictionem de jure, aut consuetudine, aut quomodocumque alias uti, frui, et gaudere solebat, ac si in hac parte illud anni 1757 Decretum nostrum nunquam editum, emanatum, ac promulgatum fuisset, firmis tamen, et in suo robore permanentibus aliis omnibus, quæ in eodem Decreto, quoad Conventus, Residentias, Paræcias, per partes Sclavoniæ, Sirmii, et Hungariæ diffusas, in novam Provinciam S. Joannis a Capistrano nuncupandam decrevimus, constituimus, ac declaramus.

Nonnullæ præscriptiones pro bono et regulari regimine ejusdem provinciæ.

§. 5 Et ne ex hac nostra dispositione dissentio aliqua ullatenus oriatur, tum Bosneuses inter, ac Fratres Provinciæ Sancti Joannis a Capistrano super præcedentiæ competantia; tum inter Fratres ipsos Bosnenses, occasione primæ electionis apud eos faciendæ Ministri Provincialis, Custodis, et quatuor Diffinitorum; Volumus, ac pari auctoritate decernimus, quod sicuti restitutæ nunc Provinciæ Bosnæ Argentinæ, illæ honoris, ac præeminentiæ locus convenit, quem ante præfatam divisionem possidebat, ad quem effectum antiquum Sigillum, cum veteri Epigraphe, nempe = Sigillum Provinciæ Argentinæ Bosnæ = Ministro Provinciali Bosnensi ex nunc restituimus, concedimus, et attribuimus; sic Provincia Sancti Joannis, veluti filia, huic tamquam Matri, locum, et præcedentiam cedere debeat. Item Generalibus Ordinis Constitutionibus inhærentes, et electionem Ministri Provincialis, ac Diffinitorii Provinciæ modo, ut præfertur Bosnæ Argentinæ ad Nos pro hac prima vice reservantes eligimus in Provincialem Ministrum R. P. F. Marcum Dobretich actualem Custodem: in Custodem P. F. Bonaventuram Benich ex Definitorem. In Diffinitores PP. FF. Franciscum Bogdanovich, Thomam a Foinieza, Marianum Alinic, et Joannem Ivich a quibus eadem Provincia regi, et gubernari debeat a die præsentium publicationis ibidem facte donec expleto triennio ad aliam electionem juxta easdem Ordinis Constitutiones deveniendum erit. Præcipimus tandem omnibus Patribus, ac Fratribus, cæterisque curæ nostræ subjectis, illis præsertim utriusque Provinciæ tam Bosnæ Argentinæ, quam Sancti Joannis a Capistrano, ut per Sanctam Obedientiam, et sub pœnis contra inobedientes latis, iis nostris Decreti, dispositionis, ac institutionis literis in omnibus, et per omnia obtemperent, et pareant, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Datum Romæ ex Aracœli die 24. Novembris anni 1758. F. Clemens de Panormo Miñr Geñlis, et Commissarius Apostolicus etc. De Mandato Rñi in Christo Patris. Fr. Vincentius Scutaij ex Diffinitoribus et Secretarius Generalis Ordinis.

Electio novorum Officialium provinciæ

Injunctio obedientiæ sub sanctione pœnali.

Preces porrectæ pro confirmatione harum dispositionum a S. Sede obtinenda.

§. 6 Ipse vero Philippus, quo præinsertum Decretum firmius subsistat, et servetur exactius Apostolicæ confirmationis Nostræ præsidio communiri plurimum desideret. Nos igitur ipsum Philippum specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus quoque ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum ejusdem Clementis Ministri Generalis Decretum, cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque et singulos juris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Absolutio a censuris.

Approbatio et confirmatio Decreti Ministri Generalis.

§. 7 Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac Fratribus prædictis plenissime suffragari, et ab illis, ad quos spectat, et in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari.

Clausulas præservativas apponit.

§. 8 Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus, super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 9 Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ et Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, sta-

Contrariis derogat.

tutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficenter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illi alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 10 Volumus autem quod præsentium Literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Decembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXVIII.

Datum die 10 Januarii 1759 Anno I.

Præscribit modum eligendi tum Abbatem Generalem, tum Procuratorem Generalem Ordinis Monachorum S. Basilii Magni.

Super alternativa electionum de quibus in præsentibus Literis, videatur Breve Benedicti XVI. edit. 1744. Febr. 7. itemque alterum edit. 1757. Maii 13. in hujus Pontificis Bullario.

Clemens PP. XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Ex injuncto Nobis Apostolicæ servitutis munere in eam curam sollicitis studiis intendimus, ut Christi fideles Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo famulantes, sublatis quibusvis impedimentis, in quietis, et pacis amenitate vota sua Domino reddant, ac felicioribus in dies proficiant incrementis.

Causæ hujus Brevis.

§. 1 Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Alexander Aguado, Abbas Generalis Ordinis Monachorum Sancti Basilii Magni, quod, cum alias, nempe anno MDCCXLV in Dieta Generali ejusdem Ordinis, postquam felicis recordationis Benedictus PP. XIV. Prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis die vii. Februarii MDCCXLIV incipientes Romanus Pontifex expeditas Literas quamdam Alternativam inter Provincias dicti Ordinis in electione, tam Abbatis Generalis, quam Procuratoris Generalis, et Assistentium, aliorumque Officialium Majorum observandam præscripserat, propositum fuisset Dubium = Quinam succedere debeat in locum Abbatis Generalis defuncti, sive ex quacumque causa Generalatus vacaverit: Et quinam in locum Assistentis Generalis, aut Procuratoris Generalis, si pariter quacumque causa prædicta Officia vacaverint? = Eadem Dieta Generalis suam ediderit resolutionem, videlicet = Si Officium Generalis vacaverit ante triennium, tunc eo ipso Assistens Generalis assumet gubernium Religionis, et Procurator Generalis infra spatium trium mensium convocet Dietam Generalem celebrandam in ea Provincia, in qua vacaverit Generalatus, et ipsa Dieta, cui ipse Procurator præsideat, eligat in Vicarium Generalem aliquem ex Abbatibus, sive præsentibus, sive absentibus ejusdem Provinciæ ad complendum sexennium; Quod si Dieta fuerit in voto eligendi in Vicarium Generalem ipsum Assistentem, tunc eligat in Assistentem alium ex Abbatibus ejusdem Provinciæ pariter ad complendum sexennium. Si vero Officium Generalis vacaverit per triennium, tunc Visitator illiusmet Provinciæ, ex qua fuerit Antecessor, aut Visitator antiquior secundum professionem, si fuerit in Provinciis unitis, succedat in locum Generalis, et habeat eamdem auctoritatem ac habuerit Antecessor, et primus Definitor gerat vices Visitatoris Provinciæ, donec provideatur de idoneo Visitatore ab Abbate Generali. Quando vacaverint Officia Assistentis, et Procuratoris Generalis, tunc Definitorium illius Provinciæ, cujus est Officium vacans, præsentet infra duos menses tres Abbates magis idoneos Patri Abbati Generali, qui unum ex illis tribus, vel unum ex Definitorio, in Assistentem, vel Procuratorem Generalem teneatur eligere. Cætera Officia, aut Prælaturas, si vacaverint, provideat Abbas Generalis cum voto suorum Assistentium =

Dubia proposita Dietæ Generali Ordinis super electionibus Officialium Majorum Ordinis.

Resolutiones Dietæ Generalis.

§. 2 Quæ quidem resolutio Dietæ Generalis hujusmodi postmodum, nempe die xxi. Januarii MDCCLVII., cum orta esset lis, et cognitio causæ ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum delata, ejusmodi Cardinalium Congregatio Dic-

Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium, Generalis Dietæ resolutiones moderavit.

tæ Generalis Resolutionem moderavit, decrevitque ut sequitur = Esse reformandum ad mentem Cap. X. Constitutionum, et succedat actualis Visitator illiusmet Provinciæ Abbatis Generalis defuncti usque ad sequens Capitulum Generale; ita tamen, ut dictus Visitator actualis Gubernio Religionis, et potestate Abbatis Generalis potitus, statim eligat alium Visitatorem ejusdem Provinciæ duraturum usque ad proximum Capitulum Provinciale. Quando vero vacaverint Officia Assistentis, aut Procuratoris Generalis, tunc Definitorium illius Provinciæ, cujus est Officium vacans, et si fuerit in Provinciis unitis, utrumque Definitorium præsentet intra duos menses tres Abbates magis idoneos Patri Abbati Generali, qui unum ex illis tribus, vel unum ex Definitorio in Assistentem, vel Procuratorem Generalem teneatur eligere. Et quoad Officia, aut Prælaturas, si vacaverint, provideat Abbas Generalis ad formam Cap. XIV Constitutionum =

Nova orta dissidia super electionum Alternativa eliminavit Benedictus XIV Breve diei 13 Maii 1757.

§. 3 Ac insuper antequam Capitulum Generale ipsius Ordinis ultimo loco in Alma Urbe nostra habitum, cujus idem Benedictus Prædecessor per alias suas in pari forma Brevis expeditas Literas dilectum filium nostrum Prosperum S. R. E. Diaconum Cardinalem Columna de Sciarra nuncupatum, ejusdem Ordinis apud Nos, et Sedem Apostolicam Protectorem, in Præsidentem deputaverat, celebraretur, nonnulla orta essent dubia, et difficultates, ac dissensiones inter Vocales, tam quoad modum eligendi Abbatem Generalem, quam quoad alia ad regimen, et gubernium dicti Ordinis spectantia, ex varia, diversaque primodictarum Literarum super Alternativa in electione Superiorum Generalium observanda editarum interpretatione, ob partium studia, ac propter commodum, utilitatemque suarum respective Provinciarum facta, cisdemque ortis dubiis, difficultatibusque, et dissensionibus, idem Benedictus Prædecessor per suum die XXIII. Maii dicti anni MDCCLVII editum Rescriptum finem imponi mandavit, committendo eidem Prospero Cardinali, et Protectori, præviis facultatibus necessariis, et opportunis attributis, facultatem condendi, auditis partibus, opportuna Decreta, atque Statuta per præfatum Benedictum Prædecessorem deinceps approbanda, et confirmanda: Vigore autem dicti Rescripti idem Prosper Cardinalis, et Protector, in Generali ipsius Ordinis Dieta proponi facere curavit suborta Dubia, et difficultates, ac alia, quæ ex memoratis Literis super dicta Alternativa editis, ac minime expressa, et declarata, in posterum oriri possent, ut Dubia, et dissensiones, partiumque studia dirimerentur, et omnia in pace, et quiete fierent, ipsaque Generalis Dieta tres memorati Ordinis graviores Professores una cum ipso Alexandro Abbate Generali deputavit, qui perpensis prius dubiis, omnibusque ortis difficultatibus, suos sensus, unanimi consensu in scriptis eidem Prospero Cardinali, et Protectori, pro bono dicti Ordinis regimine ad dirimenda, penitusque evellenda nova dissidia, dissensiones, et partium studia exhibuerunt; dictusque Prosper Cardinalis, et Protector, utendo facultatibus sibi vigore memorati ejusdem Benedicti Prædecessoris Rescripti sibi attributis, atque demandatis, quædam condita Decreta edidit tenoris sequentis videlicet =

Decreta lata a Cardinali Protectore Ordinis, et Praesidente a SSmo deputato quæ dubia universa dirimuntur.

§. 4 Primo. Officium Consultoris Generalis in dicta Religione temere invectum, atque tam a Capitulo Generali anni MDCCXLV, quam a Sacra Congregatione Episcoporum, et Regularium, certis præscriptis legibus regulatum, ex Voto supradictorum Patrum deputatorum, atque ex præterita experientia, omnino cassamus, supprimimus, atque annullamus; firmo tamen remanente usque ad sequens Capitulum Generale Consultore Generali a postremo Capitulo Generali canonice electo. Possit tamen, si ita pro bono Religionis expediens videbitur, proxima Dieta prædictum Consultorem Generalem ab Officio removere, dummodo eidem aliud Officium Generalitium ad complendum sexennium conferat = Secundo. In electione Abbatis Generalis Hispani juxta Alternativæ turnum, ob notoriam dictarum Provinciarum paupertatem, ordo a Sacra Congregatione Episcoporum, et Regularium ita servetur, ut Hispaniarum Provinciæ, sive Provincia, quæ suos tres Vocales ad Capitulum Generale non transmittent, jure vocis passivæ ad Generalatum, atque alia Officia pro ea vice cadant, atque illud, et illa ad aliam Provinciam, sive Provincias obedientes devolvantur. Vocales autem ex Provinciis Hispaniarum in earum turno saltem erunt respectivi Provinciales, aliique duo a Definitoriis cujuscumque Provinciæ canonice electi, qui tamen teneantur ad Capitulum secum ferre

Elenchum a respectivis Definitoriis juratum omnium Religiosorum ad Generalatum idoneorum, ut in casu non interventus novem Vocalium possit cum Apostolica dispensatione, si ita Sanctissimo videbitur, etiam quilibet absens a Capitulo in Generalem eligi. Si vero tres Vocales Hispani in Capitulo Generali præsentes non erunt, pro ea vice Provinciæ Hispanæ cadant jure Alternativæ ad formam Constitutionis san. mem. Benedicti XIV. Tertio. Prævia derogatione Capit. XXXII primæ partis Constitutionum Hispaniarum, Vicarii Generalis Officium in Hispania omnino supprimimus, illudque in Italia nullo unquam tempore introducendum volumus, atque mandamus. Quarto. Pro manutentione Abbatis Generalis pro tempore cujuscumque Nationis omnes, et singuli fructus Abbatiæ de Rosarno a Sancta Sede assignati absque ulla diminutione cedant; ad substinendas autem alias impensas ad Officium necessarias, quemadmodum etiam ad manutentionem Officialium Generalium, pecuniarum summam, quam Taxas vocant, modernus Abbas Generalis in Generali Visitatione ab ipso peragenda pacifice statuat, atque decernat. Quinto. Inhærendo Dietarum Generalium Decretis, et constanti Religionis praxi, mandamus, atque statuimus, quod, quemadmodum Secretarius Generalis Italiæ, absoluto triennali ejus Officio, ad Abbatiam promovetur, ita Secretarius Generalis Hispanus in turno ad Hispanicas Provincias pertinente, quoties per triennium prædictum Officium laudabiliter expleverit, et actu fuerit Lector Theologiæ, vel Jubilatus, obtineat absque alio experimento Gradum Magisterii ad titulum Cathedræ in ordine ad gaudendum omnibus gratiis, loco sedendi, et privilegiis, Magistris de numero, juxta peculiares Hispaniarum Constitutiones, competentibus; ita tamen, ut, absque antiquioris præjudicio, suis loco, et tempore, in Magistrorum de numero ordinem, atque numerum cooptetur. Romæ hac die xxv. Nov. MDCCLVIII. = P. Cardinalis Columna de Sciarra =

Preces Pontifici porrectae pro confirmatione resolutionum Sacrae Congregationis Episcoporum, et Regularium, nec non Emi Cardinalis Protectoris, et Dietae Generalis Praesidentis.

§. 5 Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Alexander Abbas Generalis præmissa omnia, nempe tam resolutionem, et moderationem dictæ Congregationis Cardinalium ad resolutionem Dietæ factam, quam Decreta hujusmodi, quo firmius substitant, et serventur exactius, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos piis ejusdem Alexandri Abbatis Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumdemque Alexandrum Abbatem Generalem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinserta memoratæ Cardinalium Congregationis, nec non alia a præfato Prospero Cardinali, et Protectore, condita Decreta, ac omnia, et singula in eis contenta, et expressa, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos, tam juris, quam facti, etiam substantiales defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus quibusvis Constitutionibus dicti Ordinis, auctoritate Apostolica etiam confirmatis, in contrarium disponentibus non obstantibus, quibus cautum forsan est, et reperitur, quod nova decreta contra illarum dispositionem non condantur, nisi particularis mentio de illis, et illorum tenore, facta fuerit, quibus omnibus per præsentes ad præmissorum effectum dumtaxat specialiter derogamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium quoad resolutionem a dicta Congregatione Cardinalium editam circa vacationem Officiorum tam Abbatis Generalis, quam Assistentis, et Procuratoris Generalium.

Pontificia dictorum resolutionum approbatio, et confirmatio.

Decretum irritans.

§. 6 Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissimo suffragari, et ab eis inviolabiliter observari.

Clausula sublata.

§. 7 Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctorita-

Digitized by Google

te, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 8 Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, et illius Provinciarum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 9 Volumus autem, quod præsentium Literarum transumptis, seu sumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 1. Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXIX.

Datum die 10 Januarii 1759 Anno I.

Francorum Christianissimum Regem hortatur, ut in Gallicis Regnis Universale indictum Jubilæum, et juvare, et promovere dignetur.

Universalis indicti Jubilæi Constit. relata superius extitit sub Num. VIII.

Carissimo in Christo Filio Nostro Ludovico Francorum Regi Christianissimo.

Clemens PP. XIII.
Carissime etc.

Universale Jubilæum per omnem Catholicam Ecclesiam indictum enarrat.

§. 1. Dum intima, atque sincera tenuitatis Nostræ agnitione ad implorandam Cœlestis auxilii opem in commissi Nobis Universalis Ecclesiæ Regiminis administratione compellimur; dumque indita Nobis totius Catholici Gregis charitas ad Animarum salutem apertis Misericordiæ Divinæ Thesauris dispositioni Nostræ concreditis, promovendam Nos urget; facile adducti sumus, ut Prædecessorum Nostrorum vestigiis insistentes, sub ipsum Nostri Pontificatus initium Universale Jubilæum per omnem Ecclesiam promulgandum ederemus; quo conspirantibus in unum Nostris, omniumque Fidelium precibus, necessaria Nobis divinæ gratiæ adjumenta pro Pastoralis Officii omnium sane gravissimi implemento obtinere mereamur, atque omnes Ecclesiæ Filii, novum sibi datum pastorem in specialium beneficiorum largitione agnoscentes, contractarum ex humana fragilitate culparum vinculis soluti, cum Deo et Christo ejus arcto charitatis nexu jungantur, debitarumque sibi pœnarum oneribus levati, viam mandatorum Dei alacriter currere, et ad optatam salutis metam valeant pervenire.

Christianissimum Regem hortatur ut saluberrimum hoc opus juvare, et promovere dignetur.

§. 2. Hujus Jubilæi literas Apostolicas in forma Brevis per Galliarum Regnum de more publicandas nunc dirigentes, Majestatem Tuam per has Nostras peculiares in simili forma Brevis Literas enixe rogandam, ac vehementer hortandam censuimus, ut collocatis Nobiscum studiis, saluberrimum hoc opus juvare, ac Regii favoris auxilio Sacris Ecclesiarum Præsulibus impenso, promovere non dedignetur. Idque a perspecto Religionis zelo, quem Majestatis Tuæ cordi insitum novimus, eo facilius obtinere confidimus, quo magis Te intelligere non dubitamus, reviviscente in Populis sincero pietatis cultu, publicarum quoque Legum observantiam, Regnorumque felicitatem constabiliri, ac Reges ipsos, et subjectas illis Nationes, divinæ protectionis præsidio magis communiri.

Causam specialis hujus Brevis exponit.

§. 3. In præfatis autem Jubilæi literis nullam habendam esse de iis mentionem duximus, qui in tuis Regnis, atque Ditionibus debitam venerationem, obsequium, et obedientiam denegant constitutioni fel. rec. Prædecessoris Nostri Clementis PP. XI. quæ incipit *Unigenitus*, ejusque auctoritatem parvi pendunt, eique temere refragantur; quoniam neminem ignorare arbitratur, Indulgentiarum, Remissionum peccatorum, et relaxationum pœnarum participes fieri nullo modo posse eos, qui pervicaciam hujusmodi non deposuerint. Quod sane Majestas Tua pro eximia sua sapientia, ac pietate, se probe intelligere ostendit, dum et Apostolicæ huic S. Sedi observantiam suam

perspicuis argumentis testatur, Ecclesiæque Decretis obsequenter obtemperat, et omnes sibi subditos eidem constitutioni omnino parere, atque eam, quo par est, honore prosequi cupit. Neque vero dubitamus, quin omnes VV. FF. Nostri Archiepiscopi, et Episcopi, Galliarum Ecclesias nunc moderantes, in eamdem Nobiscum hac de re sententiam conveniant; quandoquidem constat, ex ipsis neminem unum esse qui præfatam constitutionem non expresse receperit; eique debitam observantiam, et subjectionem a Fidelibus, Pastorali suæ curæ concreditis, exhiberi non studeat Quam quidem adeo perfectam absolutamque unanimitatem prudentibus consiliis, ac Religiosis Majestatis Tuæ curis potissimum tribuendam esse non ignorantes, eo majori fiducia Te, Carissime in Christo Fili Noster, ortamur, atque impense rogamus ut omnem operam Tuam, Regiæque potestatis præsidium iisdem Animarum Pastoribus præbere non desinas, quo omnes tamdem Ditioni Tuæ subjecti in eumdem sensum eamdemque sententiam adducantur. Ex hoc enim quum satis intelligas, Regnorum Tuorum pacem, et Populorum tranquillitatem magis assequuturum, etiam uberem Cælestium Benedictionum copiam in Te, Tuamque Regiam Familiam derivari persenties. Quod Nos ex animo optantes Majestati Tuæ, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ die 1. Januari MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXX.

Datum die 12 Januarii 1759 Anno I.

Cum Monasterium Murbacen pluribus ab hinc annis fere dirutum et inhabitatum existat, committitur Abbati S. Benedicti ut, relicto antiquo Monasterio Murbaci, novum in Castro Gebrillæ construi facere possit, cui omnia tribuuntur antiqui Monasterii privilegia; sub lege, ut relicta semper in loco antiqui Monasterii Ecclesia, et domo, deputetur persona idonea ad animarum curam etc.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Preces porrectae.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Leodegarius a Rotbsamhausen modernus Abbas unius Murbacensis, ac alterius Ludrensis Monasteriorum invicem perpetuo, ut asseritur, canonice, unitorum, ac huic Apostolicæ Sanctæ Sedi immediate subjectorum Ordinis Sancti Benedicti Nullius, seu Basilen Diœcesis, quod in loco Murbaci, in quo jam dudum nempe anno circiter DCCXXVI., seu alio veriori tempore a tunc in humanis agente Eberhardo Sveviæ Duce, Monasterium Murbacense hujusmodi fundatum esse probatur, a quo quidem tempore usque ad sæculum decimum inter dicti Monasterii Monachos disciplinæ curam, nullo in contrarium stante vestigio, viguisse pro certo habetur. Post autem dicti Monasterii incendium circa sæculum decimum tertium sequutum, bellorumque injurias, et administrantium incuriam prædictæ disciplinæ vigor, et rigor aliquantulum defecit, et deinde ipsa regularitas ante accurata, atque ordinata, irregularis evasit, jam a pluribus annis novum ædificium Cœnobitium una cum Ecclesia intermedia (prioribus partim dirutis, partimque collapsis) tunc existentium Abbatum Prædecessorum suorum cura, et opera incohatum fuit, quod postea ob mediorum defectum hactenus interruptum, et imperfectum remansit, ita ut Monachi dicti Monasterii ad Castellum Civitotem nuncupatam Gebrillam in Alsatia Basilcen. Diœcesis, per unius lecuæ illarum partium iter, a dicto Monasterio Murbacensi distans, ubi commoratio, et residentia Abbatis Principis Murbacensis existit, ibidem in Sacello aulico eidem Castello adjecto sat quidem apto, et spatioso divina peracturi, et hucusque peragentes confugere adigerentur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Leodegarius Abbas, qui (ut asserit) alias nempe viginti, et forsan ultra ab hinc annis Coadjutor perpetuus, et irrevocabilis cum futura ad sui favorem successione in regimine, et administratione dictorum duorum Monasteriorum bo: mem: Armando dum vixit S. R. E. Presbytero Cardinali de Rhoan a Soubise, ante sui ad Cardinalatus dignitatem hujusmodi promotionem, perpetuo Commendatario, auctoritate Apostolica, canonice deputatus fuit, ante hac Administrator, et nunc, Successioni loco facto, Abbas Titularis existit, ac pinguioribus mediis, et proventibus, qui ob datam causam sparsi ac divisi erant, provisus remanet, ad construenda necessaria ædificia dicti Monasterii Murbacensis de consensu illius Monachorum capitulariter congregatorum animo sese converterit, qui sic congregati, nec non olii spectatis probitatis, et prudentiæ viri ad tanti mo-

Causa hujus Brevis.

menti opus rogati, prædictum ædificium cum Ecclesia sibi annexa jampridem incohatum, ut præfertur, male inceptum esse, et si illud juxta formam jam, positam perficeretur, innumerorum sumtuum fundum exhaurire, et tamen imperfectum, et mutilatum remanere unanimiter enunciarunt, ac plerique dictorum Monachorum opinioni concordes judicarunt, quod ob propositas rationes ad omnimodam ædificii jam incohati destructionem manus injicere opporteret, hocque destructo ob loci Murbacensis, qui locus est solitarius ab omni in suo circuitu urbe, et oppido adjacente omnino nudus, illiusque Terra angusta, et ab omni strepitu, et tumultu humano remota solitudo, horrida, montibus incultis sese in gyro contingentibus, et aspectum solis quasi præcludentibus circumdata, perarduum foret, ut novum ædificium exactum, opportunum, gratumque una cum Ecclesia intra Abbatiæ prædictæ exigentia constitueretur.

Recensitis prius incomodis veteris Monasterii, utilitates referuntur, quæ e noviter extruendo derivarent.

§. 2. Hinc tam pro spirituali, quam pro temporali hujus Monasterii, seu Abbatiæ Murbacensis bono magis salutare esset, et perspicuum, si Monasterium, Abbatiave hujusmodi, cum suis juribus, honoribus, et oneribus, aliisque gratiis, et privilegiis spiritualibus, et temporalibus ad prædictam Civitatem nuncupatam Gebrillam, qua locum mœniis cinctum, et Abbati Murbacensi, et Ludrensi subditum, in quo jurisdictionem temporalem exercet, ac duo Conventus alter virorum, alter vero Mulierum uterque Ordinis Prædicatorum reperiuntur, ubi Abbatia Murbacensis magna, et lata, quam vulgo Castrum Gebrillense vocant, domum possidet, quæ multo ab hinc tempore ab Abbate, et Monachis Murbacensis Monasterii, illius domo Abbatiali, ut præmittitur inhabitabili facta, occupatur, nec non localis hujus domus sive Castri positio est grata, sana, et apta tam ad conveniens ædificium Abbatiale instruendum, quam ad hortos, et pomarium jam plantatum, seu plantandum; e contra vero situs localis Murbacensis ingratus, angustus, insalubris, et ineptus habetur ab expertibus, transferretur, ibique ædificia requisita cæteris jam existentibus adderentur, aut vero plane nova a solo erigerentur, unde attentis præmissis, si Gebrillæ ædificatio hujusmodi perageretur, non solum functiones Ecclesiasticæ dignius, majorique cum fructu, ac ædificatione populi a Monachis prædictis peragerentur, verum etiam ipsi Monachi illius Populo sese utiles redderent, et se ipsos quoque tam pro sacro Tribunali, quam Concionibus, et doctrina, assiduaque Cathechesi magis idoneos, quibus piis actionibus otium virtutis inimicum eliminarent, studiis diligenter incumberent, et disciplinam ipsam regularem propter habitationes aptiores, gratioresque, quas ibi haberent, ac etiam Populum, quem operum vitæ, et morum inspectorem, atque censorem timerent, ferventius custodirent, ac proinde ipse Leodegarius, accedente dictorum Monasterii Murbacensis Monachorum consensu, prævia derogatione, quatenus opus sit, ultimæ voluntatis dicti Eberhardi pii Fundatoris Monasterium ipsum cum omnibus, et singulis illius Privilegiis, juribus, honoribus, indulgentiis, ac oneribus, nec non suppellectili Sacra, et prophana ad illud spectante, et pertinente ad prædictam Civitatem Gebrillam sibi, et Abbatiæ prædictæ, ratione directi dominii subditam, ad hoc etiam, ut facile inveniantur ii, qui statum Monasticum, ad quem non nisi Nobiles, et qui quatuor utriusque lineæ paternæ et maternæ probationes fecerint, admittuntur, et prout experientia docet potius Gebrillæ, quam Murbaci se Deo mancipari cupiunt, amplectantur, facultatem transferrendi, ad effectum ibi Monasterium Abbatiale juxta Abbatiæ exigentiam, atque decorem (remanente tamen Murbaci domo, et Ecclesia Parochiali ad majorem Dei gloriam, multorumque salutem) extruendi per Nos sibi concedi plurimum desideret.

Absolutio a censuris.

§. 3. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere se benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Leodegarium Abbatem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum consilio, attentis expositis, visisque super iisdem iteratis Relationibus

Venerabilis Fratris Joannis Octavii Archiepiscopi Chalcedonen. in Dominio Helvetiorum, et Rhetorum Nostro, et Apostolicæ Sedis Nuncio, Discretioni tuæ, Fili Abbas, per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, supradictum Monasterium Abbatiæ Murbacensis jam fere collapsum, et pluribus ab hino annis inhabitatum, non obstante, quod nova ædificia pro eo construendo jam incohata reperiantur, illaque tamen imperfecta existant, nihilominus novum Monasterium ad eamdem Abbatiam Murbacensem omnino, legitimeque spectans, et pertinens, ac pro servitio Abbatis pro tempore existentis utriusque Monasteriorum Murbacensis, et Ludrensis invicem perpetuo unitorum, ut præmittitur, nec non Monachorum dicti antiqui Monasterii Murbacensis, et ab illis, postquam in omnibus suis numeris absolutum fuerit, inhabitandum in Castro Civitate nuncupato Gebrillæ construere, et ad dictum novum Monasterium Murbacense in Civitate Gebrillæ hujusmodi construendum supellectilia quæcumque tam sacra, quam prophana pro commodo, usque tum illius Ecclesiæ, tum illius Monachorum, ac ornata antiquæ Ecclesiæ emta, et comparata ad antiquum Monasterium Murbacense, et illius Ecclesiam quomodocumque spectantia, et pertinentia, transferre libere, et licite possis, et valeas, auctoritate Apostolica tenore præsentium facultatem, et licentiam tribuimus, et impertimur.

Conceditur facultas construendi novum Monasterium Gebrillæ.

§. 4. Ac insuper eidem Monasterio Ordinis Sancti Benedicti in locum antiqui Monasterii Murbacensis in Castro, Civitate nuncupato, Gebrillæ construendo una cum altero Monasterio Ludrense ejusdem Ordinis perpetuo canonice unito omnibus, et singulis iisdem privilegiis, juribus, facultatibus, honoribus, oneribus, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, gratiis, et indulgentiis, quibus Abbas, Monachi, et Ecclesia antiqui Monasterii Murbacensis gaudebant, fruebanturque, et usque ad præsens in antiquo Monasterio hujusmodi usi et gavisi fuerant, ita ut illius Abbas, et Monachi prædicti in novo Monasterio in Castro Gebrillæ construendo pari modo, et absque ulla prorsus differentia in posterum uti, frui, et gaudere possint in omnibus, et per omnia perinde ac si ipsi in antiquo Monasterio Murbacensi semper remansissent, auctoritate et tenore præsentium perpetuo concedimus, et assignamus, ac quatenus opus sit innovamus:

Ad noviter Gebrillæ Monasterium construendum transferuntur privilegia, et prærogativæ antiqui Monasterii Murbacensis.

§. 5. Ea tamen lege, ut tam modernus, quam pro tempore existens Abbas Monasterii Murbacensis hujusmodi in loco antiqui Monasterii prædicti Ecclesia, ac domus Parochialis cum deputatione personæ ad animarum curam aptæ, ac idoneæ per Ordinarium loci prius approbandæ semper retinere teneantur, assignata pro illius manutentione congrua, juxta regionis consuetudinem.

Præscribitur ut in antiquo Murbacensi Monasterio, provideatur Animarum Curæ de Ordinarii approbatione.

§. 6. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos de præsenti spectat, et in futurum quomodocumque spectabit plenissime suffragari, ac ab eis inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, dicti Eberhardi Ducis Fundatoris, etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Monasterii, et Ordinis præfatorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis babentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xii. Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Clausulæ præservativæ.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Contrariis derogat.

XXXI.

Datum die 15 Januarii 1759 Anno I.

Episcopo Miranden. facultatem injungit permittendi in sua Diœcesi artium exercitationes, et opera servilia, audita tamen missa, in festis diebus, aliquibus tamen solemnioribus exceptis.

Hac super re adsunt aliæ similes Litteræ directæ Episcopo Angrien. hac ipsa die, et Episcopo Malacitan. pro Abbatia Oppidi Compluti Regii Nullius Toletanæ Provinciæ, sub die 17 Martii, quæ omittuntur utpote huic in omni parte conformes.

Venerabili Fratri Episcopo Miranden.

Clemens PP. XIII.

Exordium

Venerabilis Frater Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Cum, sicut quædam sunt, ut inquit Sanctus Leo Magnus Prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum, oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum inveniatur adversum. Ea propter Apostolica hæc Sancta Sedes, pro paterna erga universos Christifideles benignitate quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam, non sine conscientiæ angore contemnuntur.

Causa hujus Brevis ex Populi calamitatibus educta.

§. 2 Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem Fraternitati tuæ innotuit, quod in tua Civitate, et Diœcesi Miranden. adeo excreverunt calamitates, et angustiæ propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mecanicis sese addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit, ob excretum dierum festorum numerum. Ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Præferendum remedium æternæ salutis severiori Ecclesiasticæ disciplinæ rigori.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam adhibere, quam per severiorem Ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus in prædicta tua Miranden. Diœcesi existentibus, ut deinceps omnibus diebus Dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi et sequenti S. Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, S. Joannis Baptistæ, et SS. Petri, ac Pauli Apostolorum, et Commemorationis Omnium Sanctorum, prætera quinque dicatis Beatæ Mariæ Virgini Immaculatæ, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non Sancti Patroni, aut Tutelaris cujuslibet loci, pro hominibus ejusdem loci dumtaxat, festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio, in reliquis vero festis, sive per hanc Sanctam Sedem præceptis, sive per Synodates ejusdem Diœcesis Constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem, quoque Auctoritate nostra Apostolica per te commutari volumus, præceptis præscriptisque (audita missa) laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientiæ scrupulo vacare possint, Auctoritate Nostra Apostolica concedas, et indulgeas, permittas ac statuas, præcipias, et mandes.

Absolutio a censuris.

Exprimuntur solemniores festivitates, quæ a præsenti indulto excipiuntur.

In reliquis festivitatibus quovis, audita missa permittuntur serviles operæ.

Contraria removet.

§. 4 Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Diœcesis præfatæ, illiusque locorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis.

Clausulae derogatoriae

§ 5 Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XV. Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXII.

Datum die 16 Januarii 1759 Ann. I.

De regulis servandis in celebratione Capituli Provincialis Provinciæ Franciæ Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis captivorum, quoties casus contigerit celebrandi eadem die Capitulum Generale ejusdem Ordinis.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Exponuntur incomoda concidentiae Capituli Provincialis cum Generali.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Remigius Estevè Frater expresse professus, ac modernus Provincialis Provinciæ Franciæ Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod juxta Constitutiones ipsius Ordinis, AuctoritateApostolica forsan confirmatas, illius Capitula Provincialia de triennio in triennium die Sabbathi ante quartam Dominicam post Pascha Resurrectionis Dominicæ (Dominicam in Cantate nuncupatam) celebrari debent, officiumque Provincialis, in dictis Capitulis electi, tribus precise annis concluditur a Sabatho in Sabatum prædictæ Dominicæ regulariter computandis, ita scilicet, ut triennium, non quidem naturalibus, sed annis Ecclesiasticis constituatur. Capitulum vero Generale memorati Ordinis quolibet sexennio in una Civitate Regnorum Hispaniarum, semper die Sabathi ante Dominicam Pentecostes habetur, seu celebratur, ipsiusque celebratione cum cujusdam Capituli Provincialis celebratione itidem concurrente, Magister Generalis dicti Ordinis pro tempore existens juxta Constitutiones prædictas Capituli Provincialis celebrationem per trimestre antequam Capitulum Generale habeatur anticipate, vel per tres menses post celebratum Capitulum Generale hujusmodi differre valet; ex hujusmodi vero anticipatione, seu dilatione magna evenire solent incommoda, et damna Capitularibus dictorum Provincialium Capitulorum, quæ in hoc casu, nisi hyemali frigore, aut æstivis caloribus celebrari nequeunt, hoc autem præcipue accidet in eadem Provincia, quæ est amplissima cum Provinciis Aquitaniæ, Occitaniæ, Catarci, Agri Ruscinonensis, et Provinciæ constet, ac propterea dictus Remigius Provincialis ad vitandam Concurrentiam Capituli Generalis cum Capitulo Provinciali ejusmodi Provinciæ, et Ordinis, quæ currenti anno MDCCLIX. benedicente Domino, celebranda erunt, ac incommoda, et damna prædicta in præmissis a Nobis provideri, et ut infra indulgeri summopere desiderat.

Absolutio a censuris.

§. 2. Nos igitur ipsum Remigium specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, celebrationem Capituli Provincialis Provinciæ Franciæ Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, die Sabathi ante quartam Dominicam post Pascha Resurrectionis Dominicæ currentis anni MDCCLIX. ut præmittitur, habendam ad diem Sabathi ante quartam Dominicam post Pascha Resurrectionis Dominicæ anni MDCCLX.; ac deinde toties quoties aderit concurrentia celebrationis Capituli Generalis cum celebratione Capituli Provincialis Provinciæ Franciæ, hujusmodi Capitulum Provinciale prædictum, seu illius celebratio, accedente tamen consensu Superiorum Generalium, servatis de cætero dicti Ordinis Constitutionibus ad annum inde proxi-

Prorogatur Capitulum Provinciale ad proximum Annum quoties ocurrat celebratio Capituli Generalis.

mum dumtaxat, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo prorogamus, extendimus, et ampliamus.

Provincialis, et aliorum Officialium exercitium pariter ad annum prorogatur in casu concurrentiae binorum Capitulorum.

§. 3. Interea vero temporis dictum Remigium Provincialem, aliosque superiores, et officiales in Capitulo Provinciali ejusdem Provinciæ Franciæ ultimo loco habito, electos, qui regimen, et gubernium Provinciæ prædictæ adierint, susceperintque, aliosque in posterum, eveniente casu, concurrentiæ celebrationis Capitulorum Generalis, et Provincialis eodem anno eligendos, in eorum respective officiis illis respective demandatis cum omnibus et singulis facultatibus, auctoritatibus, prærogativis, præeminentiis, honoribus, gratiis et indultis, quibus hactenus, eorumdem officiorum sibi demandatorum ratione, usi, et gavisi sunt, ac uti, et gaudere potuerunt, pari modo ad annum tunc proximum Auctoritate, et tenore præfatis itidem confirmamus, ac confirmatos esse declaramus.

Clausulas præservativas apponit.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes Literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac ejusmodi Provinciæ, et ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmisserum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVI. Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXIII.

S. R. E. Cardinalibus, Archiepiscopis, et Episcopis, aliisque Ecclesiasticis Viris in Comitiis generalibus Cleri Gallicani congregatis, grati animi benevolentiam demonstrat.

Datum die 23 Januarii 1759 Anno I.

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii Nostri Venerabiles Fratres, et Dilecti Filii Salutem etc.

Laudibus meritus eu prosequitur, eorumdemque litteras acceptas narrat.

§. 1. Quam in cunctis vitæ actibus probare contenditis eximiam pietatem, et singularem erga Apostolicam hanc S. Sedem observantiam, adhæsionemque assiduis, ac luculentissimis Argumentis, jam omnibus satis perspectam, et exploratam amplius Nobis confirmarunt obsequentissimæ Literæ Vestræ, quas ingenti cum Pontificii animi Nostri exultatione accepimus. Iis proinde ac egregiam, quam de Vobis habebamus opinionem non levis accessio facta est, uovaque, charitas in Vos Nostra, incrementa suscepit. Eapropter, nedum in causa Beatificationis Venerabilis Famulæ Dei Mariæ Agnetis a Jesu, Ordinis S. Dominici Monialis expresse professæ nullas patrocinii Nostri partes a Vobis desiderari patiemur, sed etiam secundas gratificandi Vobis occasiones avide semper præstolabimur.

Eos hortatur, ut divini nominis cultum, Sanctorumque venerationem promovere pergant.

§. 2. Pergite porro, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, non solum indefexis vestris laboribus, optimisque exemplis divini Nominis cultu, Sanctorumque venerationem, magis magisque in dies promovere, quo Ecclesiasticæ presertim res certo præsidio muniuntur; verum etiam pergite infirmitatem Nostram, sub hoc Apostolicæ servitutis onere gementem, ac pene deficientem ferventibus precibus juvare, ut Vestris præclaris de nostra tenuitate Judiciis, ac sensibus aliquando respondeamus. Nos enim quemadmodum in virtute Vestra firmissimum Catholicæ Religionis monumentum locatum esse scimus et lætamur, ita in precationibus Vestris, opportuna imbecillitati Nostræ subsidia constituta esse confidimus. Cæterum, quoad Ecclesiæ Vestræ necessitates attinet, non solum omnia Pontificiæ potestatis, sollicitudinis, vigilantiæque officia illi tribuere, verum etiam pro ea animam nostram ponere parati sumus. Ac vobis dilecti filii pignus præcipuæ charitatis, ac sin-

gularis existimationis Apostolicam Benedictionem ex intimis visceribus depromptam elargimur. Datum Romæ die XXIII Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXIV.

Datum die 31 Januarii 1759 Ann. I.

Opus, cui titulus = *de l'Esprit = a Paris chez Durand* 1758. *in* 4. = damnatur, et prohibetur.

De perniciosorum librorum prohibitione habes celebratissimam Constit. Unigenitus Clementis XI. edit. 1713. *Sept.* 8., *itemque ejusdem Constit. aliam edit.* 1718. *Aug.* 26., *tandem Benedicti XIII. Constit. edit.* 1728. *Jun.* 25. *quæ referuntur in Bullario Mainardi.*

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium

§. 1. Injunctis Nobis, meritis licet imparibus, Pastoralis Officii sollicitudo postulat, ut sicut Ecclesiis omnibus, disponente Domino, præsidemus, ita quæcumque in Agro Dominico zizania inimicus homo seminaverit, quæ vel morum integritati, vel Catholicæ Religionis Dogmatibus adversantur, iis radicitus evellendis, quantum cum Domino possumus, curam Nostram, operamque impendamus. Sane non sine gravi animi Nostri mœrore inteleximus, nuper Typis evulgatum fuisse, Gallico Idiomate exaratum, quemdam Librum, cui Titulus = *De l'Esprit* = *a Paris Chez Durand in* 4. =, in quo Libro Divinis, humanisque legibus conculcatis, aditus Christianis virtutibus præcluditur, laxantur vitiis habenæ, Catholica Doctrina convellitur, et fucata interdum verborum calliditate, latissima ad animarum perditionem via sternitur.

Pontificia cura ad errores removendos.

§. 2. Nos itaque ne Nostro Apostolico muneri deesse videremur, neve perniciosos, qui eo continentur errores, in publicam Christifidelium subversionem latius serpere pateremur, promptam malo medelam parare pro viribus curavimus.

Sacra Congregatio super Generali Inquisitione librum = *de l'esprit* = damnat sub excommunicationis poena Pontifici reservatae.

§. 3. Quocirca commisimus Ven. Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus in tota Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus adversus hæreticam pravitatem Apostolica Auctoritate delegatis, ut ad maturum examen Opus hoc vocarent; ut igitur mandatis nostris fieret satis, conventibus primum inter se Theologis ad hoc examen peragendum deputatis, iisque in Sessionibus simul habitis, re omni diligenter perscrutata, suisque Sententiis, et scripto, et voce expositis, demumque relatis in Congregatione eorumdem Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Generalium Inquisitorum coram Nobis habita Feria v. Die XI. Januarii currentis.

Pontificia auctoritate quae a praelaudata Congregatione proposita fuerant approbantur, et confirmantur.

§. 4. Nos lectis, atque perpensis dictorum Theologorum consultationibus scripto exaratis, auditisque eorumdem Ven. Fratrum Nostrorum Cardinalium Generalium Inquisitorum consiliis, per has Nostras Apostolicas literas prædictum Librum tam Gallico, quam quocumque Idiomate conscriptum, aut Typis impressum, tamquam eversivum Christianæ Religionis, necnon legis ipsius, atque honestatis naturalis, et adoptantem, ac propugnantem perversa, damnataque commenta Epicureorum, atque Materialistarum, refertumque propositionibus impiis, scandalosis, atque hæreticis, damnamus, et reprobamus; et ut exitiosum, damnatumque in eo redundans virus, quantum fieri potest, in Animarum Nobis commissarum detrimentum ultro non effundatur, ipsum legi, retineri, et quocumque Idiomate denuo Typis imprimi, aut scripto exarari omnino prohibemus.

Prohibitio Bibliopolis, et Typographis, ne librum hunc retineant sub paris excommunicationis poena.

§. 5. Præcipimus quoque non modo Bibliopolis, ac Typographis, sed cæteris omnibus, et singulis cujuscumque gradus, conditionis, et Dignitatis Personis Ecclesiasticis, et Sæcularibus, aliisque, qui speciali, et individua mentione indigeant, ut, quatenus præfatus Liber, vel in quocumque Idiomate impressus, vel etiam manuscriptus ad eorum manus devenerit, statim deferre illum teneantur Ordinariis Locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, seu eorum Vicariis, qui protinus illum comburant, sub pœnis excommunicationis majoris quoad personas Sæculares; quo vero ad personas Ecclesiasticas, etiam Regulares hujusmodi mandato nostro non obedientes, et contrafacientes, sub pœnis suspensionis ipso facto, absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem, et respective relaxationem Nobis, et Successoribus Nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus reservamus, excepto dumtaxat, quoad excommunicationem prædictam, mortis articulo. Declaramus denique nemini suffragari quascumque licentias scripto, aut voce obtentas, etiam amplissimas, ut vigore

illarum prætendi possit Libri hujus lectio, et retentio, ejusque inposterum retinendi, et legendi facultatem impertiri Nobis tantum, et Successoribus Nostri reservamus.

Prohibitio indicta per simplicem praesentium litterarum publicationem.

§. 6. Ut autem eædem præsentes Literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam prætexere possit, volumus, et auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curiæ Generalis in Monte Citatorio, et in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui; Sic vero publicatas omnes, et singulos, quos concernunt, perinde afficere, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, et intimatæ fuissent.

Transumptorum fides.

§. 7. Ipsarum autem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eamdem prorsus fidem tam in Judicio, quam extra illud ubique Locorum haberi, quæ haberetur eisdem præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXXI. Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXV.

Datum die 31 Januarii 1759 Anno I.

Confirmatur Testamentaria dispositio cl. me. Cardinalis Berozzi quoad institutionem Bibliothecarii in Monasterio Cisterciensium S. Crucis in Hierusalem de Urbe, et privilegia firmantur, quibus primus, et pro tempore Bibliothecarii uti, et frui futuris poterunt temporibus.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium

§. 1. In supereminenti Apostolicæ Sedis specula, meritis licet imparibus, disponente Domino constituti, et intra Nostræ mentis arcana revolventes quantum et literarum studiis Catholica fides augeatur, divini numinis cultus proteudatur, veritas agnoscatur, ac justitia colatur, ad ea, propter quæ literarum studia hujusmodi ubilibet excitentur, idque facile exequi possit, libenter intendimus, et in iis Nostræ sollicitudinis partes propensius impertimur, prout pia Christifidelium vota exposcunt, Nosque locorum qualitate pensata in Domino salubriter expedire conspicimus.

Tenor Testamentariae dispositionis Cardinalis Berozzi.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Filii modernus Præsidens Monachorum Ordinis Cisterciens. Italiæ, nec non Abbates Regiminis Provinciæ Lombardiæ ejusdem Ordinis, quod bo: me: Joachimus, dum vixit S. R. E. Presbyter Cardinalis Berozzi nuncupatus, in suo, sub quo ab humanis decessit, condito testamento mandavit, ut ex asse suæ hæreditatis unum Capitale, seu sors principalis constitueretur, et Monasterio Sanctæ Crucis in Hierusalem, nuncupato prope mœnia Almæ Urbis Nostræ existenti, Provinciæ, et Ordinis hujusmodi, assignaretur, ac dicti Capitalis, seu sortis principalis annui reditus impenderentur, seu præberentur manutentioni unius Monachi ejusdem Monasterii in illius Bibliothecæ custodem, seu Bibliothecarium eligendi, qui insimul onus haberet Collegiales Monasterii prædicti instituendi Græcis et Hæbraicis literis, ac insuper ut honorificentiæ ejusdem Monachi ad officia Bibliothecarii, et Linguarum prædictarum electi consuleret, subjunxit = Prego il Padre Abbato Procuratore Generale de' Cisterciensi nostri di Lombardia d'ottenere un Breve, in cui al sudetto Bibliotecario si conceda la voce attiva e passiva al Capitolo Generale, dopo che averà fatto sette anni di Bibliotecariato, e dopo che averà fatti altri dieci anni nel medesimo esercizio di Bibliotecario, che sia Abbate Titolare, sempre durandogli il sudetto voto al Capitolo Generale, e di ciò ne prego umilmente la Santità di Nostro Signore Regnante, acciò accordi la grazia di questo Breve =, et alias prout in ipsius Joachimi Cardinalis testamento uberius dicitur contineri.

Preces porrectae.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ipsi exponentes qui (ut asserunt) testamentariam dicti Joachimi Cardinalis dispositionem, prævia etiam Bibliothecarii electione, perfecerunt, honorificentiam dicti Bibliothecarii per Nos statui, et daclarari plurimum desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Absolutio a censuris.

§. 4. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, ac testamenti prædicti tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, et inserto habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, moderno, et pro tempore existenti Bibliothecario Bibliothecæ Sanctæ Crucis in Hierusalem Ordinis Cistercien. Provinciæ Lombardiæ hujusmodi a Patribus definitorii in Capitulo Generali, vel a Patribus Regiminis electo et nominato, ac in posterum ab iis ad quos spectat, et spectabit in futurum eligendo, et nominando, qui munus Bibliothecarii sibi demandatum una cum lectura Linguarum Græcæ, et Hebraicæ juxta testamentariam ipsius Joachimi Cardinalis dispositionem per septem annos strenue et laudabiliter expleverit, ut absoluto septennio officii, seu muneris hujusmodi, titulo magistri cum voce, et voto activo, et passivo in quibusvis Capitulis Generalibus ejusdem Ordinis, eodem modo, et forma quibus aliarum scientiarum Professores ejusdem Ordinis gaudere pergunt, uti frui, et gaudere libere et licite possint, et valeant, Auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo concedimus, et indulgemus.

Confirmatur dispositio Testamentaria Cardinalis Besozzi.

Facultas eligendi Bibliothecarium in Abbatem titularem post Annum decimum septimum a prima nominatione.

§. 5. Ac insuper dilectis filiis Definitoribus dicti ordinis tempore Capituli Generalis, extra vero dicti Capituli tempus, Abbatibus Regiminis, seu vulgo del Regimento Provinciæ Lombardiæ hujusmodi, ut ipsi eumdem Bibliotecarium, Lectorem, et Magistrum, postquam tamen per decem alios annos continuos, absoluto, ut præfertur, septennio munus sibi demandatum itidem expleverit, in Abbatem etiam Titularem dicti Ordinis cum voce activa, et passiva in eisdem Capitulis Generalibus, aliisque privilegiis, gratiis, indultis, honoribus, præeminentiis, exemtionibus, et prærogativis, quibus caeteri Abbates memorati Ordinis utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, eligere, eumque ad Abbatiam Regiminis habilitare, ac habilem, et capacem facere, et declarare possint, et valeant, facultatem per easdem præsentes, auctoritate et tenore præfatis itidem perpetuo tribuimus, et impertimur.

Quoties plures reperiantur Monachi, qui munus Bibliothecarii statuto tempore exercuerint, primum tantummodo, privilegiis gaudere posse decernit.

§. 6. Ne autem ex multiplicitate eorum, qui tractu temporis eisdem privilegiis gaudere possunt, aliquod Ordinis prædicto præjudicium inferatur, et ordo ipse detrimentum patiatur, auctoritate, et tenore præfatis perpetuo statuimus, decernimus, et ordinamus, ut si contingat plures esse, ac reperiri Monachos, qui munus prædictum per præscriptum tempus expleverint, unus dumtaxat, et ille solus, qui primus inter alios septennium in exercitio muneris Bibliothecarii absolverit, titulum magistri cum voce activa, et passiva in Capitulis Generalibus, sicut præmittitur, consequatur, illique titulum hujusmodi solum assignetur, ac inter eos, qui per septem et decem annorum spatium officium prædictum exercuerint, unus pariter dumtaxat, qui dignus sit ac censeatur, in Abbatem titularem eligatur, ac eligi possit cum voce activa, et passiva in dictis Capitulis; ita ut Abbates Regiminis hujusmodi vulgo del Regimento, aut Definitores tempore Capituli Generalis nullo unquam tempore alterum magistrum, uno jam declarato, et existente, qui hoc privilegio gaudeat, aut alterum Abbatem Titularem uno pariter existente, et nominato, qui ratione dicti Officii Abbatiam titularem obtineant, eligere, deputare, aut nominare possint, et si secus fecerint, nominatio et electio nullæ sit eo ipso, nulliusque roboris vel momenti existat, poterunt nihilominus plures etiam ex illis, qui prædicto officio functi fuerint, si alias idonei reperiantur, eligi ac deputari ad Abbatiam Regiminis, sive Gubernii. Insuper si aliquis eorum, qui absolutis præscriptis annis pro assequendo Magisterii titulo, vel Abbatialis etiam titularis dignitate in Alma Urbe prædicta, et in Monasterio præfato remanere desideraverit, et in eo remanere minime possit, nisi prius licentiam, consensumque dictorum Patrum Definitorii, vel Regiminis Ordinis prædicti obtinuerit; obtenta vero licentia et consensu prædictis, in exercitio Bibliothecarii, et Lecturæ hujusmodi continuare omnino teneatur, et debeat, alioquin licentia, et consensus præfati ei minime suffragentur.

Clausulas præservativas apponit.

§. 7. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tem-

pore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§.8. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.9. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ et Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat spacialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxxi. Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXVI.

Datum die 5 Februarii 1759 Anno I.

Plenariam indulgentiam impertitur Universis Christifidelibus, qui tertia Dominica post Pascha Resurrectionis, et septem diebus immediate sequentibus, aliquam Ecclesiam Fratrum, et Monialium Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum Excalceatorum visitaverint.

Clemens PP. XIII.

Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Ad augendam Fidelium religionem, et Animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, ac supplicationibus Dilecti Filii Michaelis Raymundi a S. Josepho Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum Excalceatorum nuncupat. Procuratoris Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum, et Monialium dicti Ordinis, tam erectis, quam in posterum erigendis ubicumque existentibus tertia Dominica immediate sequenti festum Paschatis Resurrectionis Dominicæ, qua ex peculiari hujus Sanctæ Sedis indulto festum Patrocinii Sancti Josephi celebratur, ac septem diebus immediate sequentibus a primis vesperis Dominicæ prædictæ usque ad occasum Solis ultimi diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel tantum quolibet anno spatio octo dierum prædictorum per unumquemque Christifidelem lucrifaciendam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu Procuratoris Generalis pro tempore existentis, et Sigillo ejusdem Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die v. Februarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXVII.

Dat. die 10. Febr. 1759. Ann. I.

Plebanos pro tempore Collegiatæ Ecclesiæ S. Felicis Venetiarum, in qua Summus Pontifex Sacro Baptismate fuit regeneratus, in Apostolicos Notarios recipit, eisque Prælatitium habitum elargitur gestandum intra prædictam Ecclesiam.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Sacrarum Vestium distinctio plurimum confert ad augendam Ecclesiarum dignitatem, tum ad Ecclesiasticorum Virorum virtutem augendam.

§. 1. Indumentorum, Vestiumque in Sacris Ministeriis obeundis distinctionem, tum ad Majestatem muneribus, quæ exercentur, commendandam, tum ad augendam Ecclesiarum dignitatem, tum ad eam in Ministrorum animis cogitationem ingerendam,

ut quemadmodum ab aliis singuli, vestium, indumentorumque splendore, ac prærogativa secernuntur, ita etiam virtutum singulis Officiis conjunctarum ornatu, et augumento illis præstare studeant Ecclesiasticis Viris pro unius, cujuscumque Ordine, et gradu a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus concessam, præscriptamque esse intelligentes, qua majori Pontificiæ Dignitatis propensione ad Prælatitiorum insignium usum cæteris aliarum conspicuarum Ecclesiarum Ministris impertiendum ducimur, eo majori præcipue charitatis studio fas est, ut Patriæ nostræ, in qua orti sumus Ecclesias, aliis non inferiores eorumdem Insignium honore decoremus.

Narrat in Collegiata Ecclesia S. Felicis Venetiarum se eum Sacrosanto Religionis lavacro ablutum.

§. 2. Ea propter cum in Seculari Collegiata, et Parochiali Ecclesia in Dei honorem Sancto Felici dicata Civitatis Venetiarum, in qua Nos Sacrosancto Regenerationis lavacro abluti fuimus, præter nonnullos Presbyteros ejusdem Ecclesiæ servitiis addictos, Plebanus institutus reperiatur, hinc est, quod Nos, ut luculentum etiam, ipsa S. Felicis Ecclesia, Apostolicæ Nostræ benignitatis testimonium in perpetuum retineat, modernum, et pro tempore existentem dictæ Secularis Collegiatæ, et Parochialis Ecclesiæ S. Felicis Civitatis Venetiarum Plebanum in nostrum, et Sedis Apostolicæ Notarium,auctoritate Apostolica, tenore præsentium recipimus, et admittimus, ac aliorum Nostrorum, et ejusdem Sedis Notariorum numero, et consortio favorabiliter aggregamus, ipsique moderno, ac pro tempore existenti Plebano Ecclesiæ prædictæ, ut ipsi, habitum Prælatitium, et Rochettum in quibusvis Ecclesiasticis functionibus, intra prædictam Ecclesiam pro tempore habendis, ac in publicis Processionibus, ratione dictæ Ecclesiæ dumtaxat ibidem pro tempore faciendis, (non autem in publicis functionibus, et Processionibus ejusdem Civitatis) gestare, ac omnibus, et singulis honoribus, et præeminentiis, indultis, favoribus, privilegiis, exemtionibus, et prærogativis, quibus alii nostri, et dictæ Sedis Notarii, tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti potiri, et gaudere possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, pari modo (absque tamen aliorum Nostrorum, et ejusdem Sedis Notariorum de numero partecipantium præjudicio, et citra exemtiones a Sacro Concilio Tridentino sublatas, ita ut nedum quoad Criminalia, sed etiam quoad Civilia subjaceant Ordinario, ac facultates legitimandi, ad gradus promovendi, et Notarios creandi, aliaque similia Privilegia eisdem Notariis de numero participantium concessa, seu ab eis prætensa, quibus nullibi uti valeant, et si secus ab eis factum fuerit, irritum, et inane existat), uti potiri, et gaudere libere, et licite valeant, ac quilibet eorum valeat, Auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemur.

Plebanum Collegiatæ S. Felicis Apostolicum Notarium creat, eumdemque, et successores Prælatitio habito donat in perpetuum.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstantibus Lateranensis Concilii de certo eorumdem Notariorum numero, cui per hoc alias non intendimus derogare, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Collegii dictorum Notariorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod antequam tam dictus modernus, quam pro tempore existentes Plebani prædicti præsentis gratiæ effectu perfrui valeant; in manibus alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ, professionem Fidei juxta Articulos pridem a Sede prædicta propositos, emittere, et solitum Fidelitatis juramentum præstare omnino teneantur. Cæterum non intendimus per hujusmodi receptionem, admissionemque, tam de moderni, et pro tempore existentis Plebani ejusmodi persona in Nostrum, et dictæ Sedis Notarium a Nobis sponte factam aliquod præjudicium inferri legitimo Collatori, seu Collatoribus Plebaniæ prædictæ, ita ut quandocumque illa ex persona, tam moderni, quam pro tempore existentis Plebani prædicti vacaverit, ab eodem, seu eisdem Collatore, et Collatoribus, ad quem, et quos collatio legittime spectat, conferri, et de ea provideri libere, et licite possit, debeatque, et teneatur, perinde ac si præsentes Nostræ Literæ nunquam expeditæ fuissent. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die x. Februarii MDCCLIX.

Mandat Plebanos pro tempore antequam præsenti gratia perfrui valeant, Fidei professionem emittere, et fidelitatis juramentum præstare debeant.

Jura Collatoris Plebaniæ sarcta, tectaque servat.

XXXVIII.

Datum die 13 Februarii 1759 Anno I.

Puellas, ne recipiantur ad habitum Religionis Monasticæ ante dotis depositum prohibet, pœnasque contra inobservantes indicit.

Quaenam fuerint praecedentes regulae quoad Monacandas Puellas exprimit.

§. 1. Ci è stato rappresentato, che nella Segreteria del Vicariato di Roma sia stata per molto tempo osservata con esattezza la regola providamente stabilita di non ammettere alla Vestizione dell' Abito Religioso quelle Fanciulle, per le quali non sia prima depositata nel Monte della Pietà, o Banco di S. Spirito l' intera Dote, e non sia stata in seguito consegnata al Notaro della Segretaria la fede autentica del Deposito. Che da qualche tempo in quà il Notaro della Segretaria in vece di ricevere l' accennata fede di deposito, abbia introdotto l' abuso di contentarsi di qualunque obbligo o promessa si faccia da persona ancora poco solvibile; per lo chè non potendo questa fare lo sborso effettivo nel tempo stabilito, debba trattenersi la Professione della Monacata. Che nell' anno della probazione alcune Novizie così vestite, in vece d' attender unicamente alla vita ritirata, quieta, e lontana affatto dalle sollecitudini mondane, sono obbligate a procurar i mezzi perchè in fine dell' anno sia pronta la Dote; si domandino rescritti Pontificj d' abilitazione, di coazione ai Luoghi Pii, e simili straordinarj provedimenti.

(De regularum praedictarum inobservantia conqueritur.)

Praecedentium sanctionum observantiam imperat.

§. 2. Ai quali inconvenienti tutti volendo Noi rimediare, e contribuir insieme per quanto può da Noi dipendere, che l' anno del Noviziato si passi dalle Religiose in azioni puramente divote, che possino ottener loro da Dio quello spirito di perfezione, al quale s' incamminano; con la presente Cedola di Moto proprio, ordiniamo a Voi, che in avvenire non permettiate, che si ricevino all' Abito Religioso quelle, che non avranno depositata nel Banco di S. Spirito, o Monte di Pietà l' intera Dote, che è dovuta al Monastero, nel quale vogliano professare; e ne pure permettiate alle Monache di convocar il Capitolo per ricevere alla Vestizione effettiva la Novizia, se prima non sarà fatto l' intero deposito, come sopra; del quale si dovrà leggere in Capitolo il documento autentico.

Poenas, in casu inobservantiae incurrendas, indicit.

§. 3. E se per qualunque eventualità le Religiose mancassero a questo presente Regolamento, vogliamo, che la Superiora resti sospesa dal suo impiego, e solamente da Noi possa essere reintegrata; e che il Monastero, e Religiose abbino perduto il diritto di domandare la Dote all' Educanda vestita, e debbino contentarsi solo di quella somma, che sin a quel tempo sarà depositata. Ci contentiamo solamente per una ragionevole equità, che quelle Fanciulle quali già sono state accettate per Religiose con le solite formalità di dovute licenze, atto Capitolare ec. non restino soggette a questa nostra disposizione. Volendo nel resto, che questo nostro presente Chirografo sia pienamente eseguito secondo la sua forma, e tenore; non ostante qualsivoglia consuetudine in contrario. Dato dal Nostro Palazzo Apostolico a Monte Cavallo questo dì XIII. Febraro MDCCLIX.

XXXIX.

Datum die 14 Februarii 1759 Ann. I.

Ut personæ Ecclesiasticæ Seculares, servitio Monasterii, Ecclesiarum, et Granciarum Congregationis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti addictæ quæ Divinum Officium, horasque Canonicas recitare debent, donec in servitio perduraverint, Divinum Officium juxta ritum Monasticum recitare possint, indulget.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Causae hujus Brevis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Anselmus Bortoletti Abbas, et Procurator Generalis Monachorum Congregationis Cassinen. Ordinis Sancti Benedicti, quod in ipsa Congregatione positum est in more, ut quamplurimi Abbates, pro servitio Sacrarii Ecclesiarum etiam Parochialium Monasterii ipsius Congregationis unitarum, ac Granciarum ad Monasteria hujusmodi spectantium, retinere pergant unam, seu plures personas Ecclesiasticas Seculares, quæ divinum officium, horasque Canonicas de jure recitare tenentur, et quia dictæ personæ Ecclesiasticæ, choro una cum Monachis dictæ Congregationis interesse, ac officium divinum, horasque hujusmodi juxta ordinem, seu Ritum Monasticum canere, seu recitare solent, eisdem personis Ecclesiasticis Secularibus subinde

valde onerosum, incommodumque foret, si divinum officium, horasque Canonicas juxta Ritum Romanum de novo recitare deberent, ac propterea ipse Anselmus Abbas, et Procurator Generalis tam suæ, quam aliorum Abbatum ejusdem Congregationis, et personarum Ecclesiasticarum Secularium hujusmodi conscientiæ per Nos consulere, ac in præmissis opportune providere plurimum desiderat.

Absolutio a Censuris.

§. 2. Nos piis dicti Anselmi Abbatis, et Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, od effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus et singulis personis Ecclesiasticis Secularibus, servitio Monasteriorum et Ecclesiarum, ac Granciarum dictæ Congregationis addictis, nunc, et pro tempore existentibus, ut donec et quousque in servitio prædicto perduraverint, si divinum officium horasque Canonicas recitare tenentur, absque ullo conscientiæ scrupulo officium divinum, horasque cononicas juxta ritum dictæ Congregationis, seu dictorum Monasteriorum, in quibus ipsi existunt, seu servitio addicti reperiuntur, etiamsi in Choro una cum aliis Monachis minime præsentes sint, recitare possint, et valeant, auctoritate Apostolico tenore præsentium perpetuo concedimus, permittimus et indulgemus.

Facultas personis Ecclesiasticis Secularibus Monasterii, vel Granciae cujusvis servitio addictae, recitandi Divinum Officium juxta ritum Monasticum.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 3. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, provincialibusque, et Synodalibus Conciliis etiam generalibus Constitutionibus, et Ordinationibus, ac Ordinis, et Congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate olia roborotis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, et innovatis.

Contrariis derogat.

§. 4. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alios in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 5. Volumus autem ut præsentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiostica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeotur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Februarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XL.

Confirmatur Resolutio Congregationis Episcoporum, et Regularium, qua declaratum fuit, Breve Benedicti XIV. super mutatione pallii indulta Fratribus Donatis Provinciæ Hispanicæ, ad alios Lusitanicæ Provinciæ non esse extendendum.

Datum die 17 Febr. 1759 Anno I.

Breve Benedicti XIV. de quo hic est sermo, habetur integre extensum in præsenti.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Preces porrectæ.

Alias pro parte Dilectorum Filiorum moderni Provincialis Provinciæ Sancti Philippi Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Excalceatorum nuncupatorum Regni Lusitaniæ, cæterorumque Superiorum ejusdem Provinciæ Nobis exposito, quod alias nempe anno MDCCXLIV. tunc existens Præpositus Generalis, ac Definitores Generales Congregationis Hispanicæ ejusdem Ordinis moti ab enixis flagitationibus cl: me: Philippi V. dum vixit Hispaniarum Regis Catholici, fel: rec: Benedicto PP. XIV. Prædecessori Nostro exponi facere cu-

Digitized by Google

raverunt flagrans desiderium ejusdem Philippi Regis, ut Fratribus Donatis ejusdem Congregationis in Regnis Hispaniarum degentibus, et professis, dimisso Pallio grisei coloris, quo ex praescripto Constitutionum ipsius Congregationis, auctoritate Apostolica confirmatarum, usque tunc usi fuerant, Pallio albo indui permitteretur, idem Benedictus Praedecessor indultum hujusmodi eisdem Fratribus Donatis Hispanicis per suas literas in simili forma Brevis expeditas concesserat.

Refertur breve Benedicti XIV., quo Fratribus Donatis Hispanicis concessa fuit grisei pallii in album immutatio.

§. 1. Tenor autem Literarum praedictarum est qui sequitur, videlicet = Benedictus PP. XIV. Ad futuram rei memoriam. Injunctum nobis desuper Apostolicae Servitutis officium Nos inducit, ut nostrae operationis studia circa ea sedulo dirigamus per quae personarum sub suavi Religionis jugo Domino famulantium commodis valeat provideri. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Filii moderni Praepositus Generalis, ac Definitorium Generale Congregationis Hispanicae Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Monte Carmelo Excalceatorum nuncupatorum, quod alias Carissimus in Christo Filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, ab ipsis exponentibus enixe efflagitavit, ut Fratres Donati solemniter professi, dimisso Pallio grisei coloris, quo ex praescripto Constitutionum Congregationis, et Ordinis hujusmodi, Auctoritate Apostolica confirmatarum, huc usque usi fuerant, Pallio albo induerentur, et in posterum habitum similem et conformem cum aliis Fratribus Conversis solemniter itidem professis gererent, deferrentque. Ipsi vero Exponentes debita, qua decet, reverentia, humilitate, parique veritate eidem Philippo Regi responderunt, se hac in lege nec dispensare, nec in ea ac aliis ad universale Congregationis hujusmodi regimen per Constitutiones praefatas sancitis, praescriptis, et praefinitis ad hanc Sanctam Sedem recurrere posse absque licentia, et consensu totius Capituli Generalis. His non obstantibus idem Philippus Rex pro hujusmodi mutatione de novo urgentius instetit, ac Dilecto Filio Nostro Trajano Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Aquaviva nuncupato, ipsius Philippi Regis apud Nos, et hanc Sanctam Sedem Oratori dedit in mandatis quatenus Nobis supplicaret ut eisdem Exponentibus facultatem indui faciendi Pallium album memoratis Donatis concederemus. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur piis eorumdem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, ipsorumque Exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito prius Dilecto quoque Filio Vincentio a Conceptione Fratre expresse professo ejusdem Congregationis, ac illius in Romana Curia Procuratore Generali specialiter deputato, qui Nobis retulit dicti Exponentes ipsius Philippi Regis desiderio satisfieri cupientes, pro certo habentes, neque dubitantes super praemissis de consensu Capituli Generalis, et approbatione totius Congregationis, ob tot Beneficia a dicto Philippo Rege dictae Congregationi usque nunc praestita, et quae in posterum Congregatio ipsa in ejus augmentum, et propagationem, ac patrocinium in universis Hispaniarum Regnis, ac Indiarum partibus eidem Philippo Regi subjectis recipere posse sperat, moderni Praeposito Generali, ac Definitorio Generali memoratae Congregationis non obstante quod per Constitutiones praedictas cautum praescriptumque reperiatur, et in praemissis absque consensu Capituli Generalis ad hanc Sanctam Sedem recursus haberi non possit, nihilominus ad mutationem dicti habitus, quo Donati praefati ejusdem Congregationis, juxta illius Constitutiones, semper usi fuerunt, in habitum per Fratres Conversos, seu Laicos expresse professos, per Hispaniarum Regna deferendum deveniendi in omnibus, et per omnia perinde ac si mutatio praedicta a toto Capitulo Generali petita, et obtenta fuisset; Praeterea eisdem Praeposito Generali, ac Definitorio Generali omnia, quae ad hujusmodi mutationem habitus pro Fratribus Donatis hujusmodi expresse, seu solemniter professis attinet faciendi, ac ordinandi, nec non Constitutiones hujusmodi hac in parte abrogandi (prout Nos per praesentes abrogamus), aliaque in praemissis, quae ad bonum regimen, et regularem observantiam, quoad hanc mutationem habitus, quomodolibet occurrere et permit-

tere possint, de novo faciendi, condendi, ordinandi, ac stabiliendi, ita ut præmissa omnia per dictos Exponentes facienda, condenda, ordinanda, ac stabilienda in posterum rata, firma, ac valida intelligantur, ac suum sortiri debeant effectum perinde ac si a Nobis ipsis gesta, rata, et confirmata fuissent, plenam, liberam, et omnimodam facultatem, et auctoritatem, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, tribuimus et impertimur. Decernentes easdem præsentes Litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod Donati hujusmodi, qui professionem simplicem dumtaxat, non autem solemnem, ut dicitur nondum emiserunt in eo, habito per Constitutiones prædictas præscripto remanere debeant, nec ii in præsenti concessione intelligantur comprænhensi, minusque per præsentes eidem Congregationi, seu illius Superioribus intendimus ablatam esse facultatem habendi Fratres Donatos cum primodicto habitu, dummodo solemniter professi non sint; ac ut earumdem præsentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio et extra ubique locorum adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIII. Maii MDCCXLIV. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Religiosi Donati in Portugalliæ et Algarbiorum Regnis existentes putarunt privilegium immutationis pallii ad eosdem esse extendendum.

§. 2. Et in eadem expositione subjuncto, quod perventa notitia præinsertarum Litterarum, et privilegii ad Fratres Donatos ejusdem Congregationis in Lisbonen. Provincia professos, et degentes, rumorem excitaverant, Privilegium hujusmodi ipsos etiam comprehendere, eoque et ipsos frui, et gaudere posse, ac propterea institerant apud cl: me: Joannem dum vixit Portugalliæ, et Algarbiorum Regem Fidelissimum pro exequutione præinsertarum Litterarum in dicta Provincia Lisbonen. ejusdem Ordinis, a probata vero pietate ejusdem Joannis Regis, cui prædicta petitio visa non fuerat rationi congrua, fuerant rejecti, imo idem Joannes Rex significaverat tunc existenti ejusdem Provinciæ Provinciali, simile indultum pro suis Regnis, et ditionibus non acceptare, utpote solam Regularem disciplinam respiciens, et ad instantiam ipsius Philippi Regis pro Fratribus degentibus in Civitatibus, Terris, et Oppidis suæ ditioni subjectis concessum, simulque tam ipsum Provincialem Provinciæ Lisbonen. tunc existentem, quam alios in posterum successores monitos voluerat, ut in hac ipsa Provincia habitus hujusmodi mutationem non admitterent, sed dictos Fratres Donatos cum habitu a memoratis Constitutionibus præscripto conservarent: ac insuper lectis in Comitiis ejusdem Congregationis in Civitate Burgensi postmodum habitis ejusmodi præinsertis Literis, tunc existens Definitorium Generale ipsius Congregationis, cui exequutio præinsertarum Literarum commissa fuerat, declaraverat unanimi voce, privilegium in dictis præinsertis Literis concessum, extendi non posse ad alios, quam ad Donatos professos in ditionibus ipsi Philippo Regi subjectis, quodque et in tribus aliis subsequentibus Capitulis generalibus ejusdem Congregationis confirmatum fuerat; imo cum in supradicto Definitorio Generali interfuisset Definitor Lisbonen, iste expressè et solemniter protestatus erat suo, Provinciæque, et etiam ejusdem Joannis Regis nomine, præinsertas Literas nunquam executioni mandaturas in ipsa Provincia et Regno Lusitaniæ, utpote qui intendebant Constitutiones præfatas observare, et magnas perturbationes ex tali innovatione orituras evitare.

Præpositus, et Definitorium Generale po-

§. 3. Ac propterea ipsi exponentes, cum Fratres Donati Provinciæ præfatæ

stulant ne pal-lii mutatio pro Religiosis Provinciæ Lusitaniæ extendatur.

in eadem jactatione perseverent, sed per injuriam, et non levem perturbationem eidem Congregationi afferant, quasdam veluti seditiones, mutuis inter se Epistolis commoventes, memoratis incommodis, et adhuc majoribus, quæ timentur, de benignitate Apostolica per Nos occurrere, et providere plurimum desiderabant, declarando per alias Nostras Literas, indultum a Benedicto Prædecessore fratribus Donatis Regnorum Hispaniarum, ad Fratres Donatos hujusmodi Provinciæ Portugalliæ non extendi, neque illos comprehendi, perpetuumque ipsis silentium imponendo, ac demum confirmando determinationes Capitulorum, Congregationis prædictæ, Generalium ita statuentes, ac insuper inhibendo ipsis Fratribus, qui professi inveniuntur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, et aliis ne per se, vel per aliam interpositam personam, nec intra nec extra Congregationem prædictam talem, vel aliam habitus mutationem tentent, sed habitu, cum quo professionem per dictos Donatos emitti solitam emiserant, et a Constitutionibus prædictis præscripto, semper utantur; illos vero, qui in posterum contigerit ad professionem regularem prædictam admitti, quarto voto, vel juramento de non quærendo per se, vel per alium, prædictam habitus mutationem astringendo.

Sacra Congregatio Episcoporum, et Regularium declarat, breve Benedicti XIV. non esse extendendum ad Provinciam Lusitaniæ.

§. 4. Nos supplicem libellum hujusmodi, Nobis porrectum, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositæ remisimus, quæ quidem Cardinalium Congregatio, referente, dilecto Filio Nostro Friderico Marcello S. R. E. prædictæ Presbytero Cardinali Lantes nuncupato, hujusmodi causæ Ponente, censuit rescribendum prout præsentis Decreti vigore rescripsit, ac decrevit = Fratres Donatos Provinciæ Lusitaniæ non esse compræhensos in Brevi Sa. Mem. Benedicti XIV, ideoque teneri deferre habitum ad formam Constitutionum. Romæ 26 Januarii 1759 = C. A. Card. Cavalchini = P. H. Guglielmi Secretarius = Cum autem sicut dicti Exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, et servetur exactius Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent.

Sacræ Congregationis Episcoporum, et Regularium re-

§. 5. Nos igitur, Ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore consentes, supplicationibus eorum nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum ejusdem Cardinalium Congregationis decretum, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus: illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

solutio approbatur, et confirmatur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis Exponentibus plenissime suffragari, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter, et inconcusse observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVII. Februarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XLI.

Dat die 17. Febr. 1759. Ann. I.

Suum dolorem, sollicitudinemque exprimit ob conceptum timorem secularizationis nonullarum Ecclesiarum Germaniæ.

Litteræ Pontificiæ, de quibus in præsenti expressa est mentio, relatæ superius jam sunt, sub Num. XIX., et XX.

Venerabili Fratri Clementi Augusto Archiepiscopo Coloniensi S. R. I. Principi Electori.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater Salutem, et Apostolicam benedictionem.

Ordinariis, ac Nuncius Apostolicis innuxisse narrat, ut di-

§. 1. Ubi primum proxime elapso Anno tum per celeres Fraternitati Tuæ literas mense Septembri ad Nos datas de

genter caverent, ne in pacis tractationibus ullum detrimentum Germaniæ Ecclesiis inferretur.

aliquo pacis tractatu forsan ineundo, tum per aliorum epistolas a Germania ad Nos itidem missas, de concepto secularizationis, ut ajunt, quarumdam istarum Germaniæ Ecclesiarum timore nuntium accepimus; statim ut gravissimo Apostolatus Supremi muneri satisfaceremus, Ordinariis Nostris et Apostolicæ hujus S. Sedis Nuntiis præsertim Viennensi, et Parisiensi etiam, atque etiam injungere, Domino miserante, non omisimus, ut omni majori diligentia, studioque caverent, ne, si ullæ susciperentur pacis tractationes, vel minimum Nostræ sacrosanctæ Catholicæ Religionis cultui, et Episcopatibus aliisque Germaniæ Ecclesiis præjudicium, ac detrimentum inferretur. Præterea iisdem Nuntiis Nostris præcipue in mandatis dedimus ut maxima dexteritate, et prudentia curarent, ne quispiam unquam suspicari, aut sibi in animum inducere posset, præsens bellum Religionis haberi, atque extimari.

Catholicis nonnullis Principibus datas jam fuisse Apostolicas Literas ac de gravissima re, commemorat.

§. 2. Imo hisce quoque de Rebus gravissimis ad Carissimos in Christo Filios Nostros tum Franciscum in Romanorum Imperatorem electum, et Mariam Theresiam Hungariæ Reginam Apostolicam, et Boemiæ Reginam Illustrem, in Imperatricem Electam, tum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum efficacissimas literas dedimus, quibus mirum in modum adjunximus paternas preces atque adhortationes. Porro Christianissimus Rex præ cæteris, sua ad Nos scripta Epistola, profitetur, se numquam fore passurum, ut omne Regiæ suæ Auctoritatis hoc in Negotio argumentum desideretur. Unde cum de præsenti, nova etiam a Fraternitate Tua incitamenta excipiamus, ob nova, qui de tam nefarii exitiosique consilii exequutione sparguntur, rumores, nil aliud certe præstare poteramus, quam eadem mandata studiaque Nostra apud laudatos Nuncios renovare, et ardentius urgere, ac potissimum Parisiensi Nuntio, tuarum Ecclesiarum tantopere hoc bello vexatarum rationes impensius commendare, quemadmodum revera jam præstitisse Tibi significamus.

Suam Apostolicam sollicitudinem nunquam defecturam promittit.

§. 3. Neque profecto ullas in posterum Ministerii ac sollicitudinis Nostræ partes Nobis reliquas faciemus, quas communi, Germanicæ Religionis causæ, vel Ecclesiis Pastorali Tuæ curæ commissis profuturas fore intellexerimus. Idque eo libentius et alacrius, Nos effecturos certo Tibi persuadeas, quo magis iis de Rebus agitur, quæ Fraternitatem Tuam tum proprius quam Inclitæ Bavaricæ Domus in Rem Catholicum meritis insignem proprius attingunt. Post hæc nihil aliud superest, quam ut Nos quidem levantes manus Nostras in Cœlum, preces ferventius renovemus ad Deum Nostrum, atque indignationem suam modis omnibus placare studeamus; ipse vero misericordiarum Pater, et totius consolationis Deus, communes curas, studiaque Nostra cælesti sua Benedictione prosequens, terribili belli flagellum a populo suo avertere, et Catholicam Religionem semper tueri, et provehere dignetur. In cujus optatissimi eventus auspicium Fraternitati Tuæ Apostolicam Benedictionem, ex intimo corde depromptam, elargimur. Datum Romæ die XVII. Februarii Pontificatus Nostri Anno Primo.

XLII.

De gravi, contra Portugalliæ, et Algarbiorum Regis vitam scelere commisso, mœrorem exprimit, eidem gratulatur de valetudine recuperata; de atrocis sceleris punitione salutaria præbet consilia.

Dat. die 22. Febr. 1759. Ann. I.

Carissimo in Christo Filio Nostro Josepho Portugalliæ, et Algarbiorum Regi Fidelissimo.

Clemens PP. XIII.

Lætatur de recuperata Majestatis Suæ valetudine.

§. 1. Quem antea, ex diuturno, licet non satis comperto, Majestatis Tuæ incommodo dolorem Animo conceperamus, magnopere quidem sublevarunt istius Nostri, et Apostolicæ Sedis Nuntii literæ, superiore mense Decembris conscriptæ, quibus de confirmata Majestatis Tuæ valetudine certiores Nos fecerat; simulque humanissimas erga Nos filialis observantiæ Tuæ significationes, una cum excusatione, quod ad priores literas Nostras, eodem incommodo detentus, nondum rescripseras, ipsius Regiæ Majestatis Tuæ jussu, distincte retulerat. Sed nova se Nobis objecit gravissimi mœroris occasio, ex quo patefactam intelleximus obscuram eousque præfati incommodi causam.

Suum mœrorem significat ob patratum crimen, contra Regiæ Majestatis vitam

Exhorruit siquidem Paternus animus Noster, tum ad magnitudinem periculi Regiæ Tuæ vitæ intenti, tum ad inauditam atrocitatem sceleris, injuriæque optimo Principi illatæ, cujus eximiis virtutibus omnium Subditorum Fide, et Amore mutuo, responderi æquum erat.

Preces Deo O. M. porrectas enarrat pro Majestatis Suæ incolumitate.

§. 2. Sed quoniam perspicuo Dei beneficio, sub cujus tutela Regum dies sunt, gravissimum vitæ discrimen feliciter evasisti, et optata corpori tuo salus jam rediit, sicuti Nos jam pridem ad restitutæ valetudinis Tuæ Nuntium, non modo privatim Deo O. M. gratias egimus, verum etiam Ecclesiam hanc S. Antonii Lusitanæ Nationis, dum eam ob causam publicis precibus frequentabatur, palam adivimus, ibique pro Regiæ Personæ Tuæ incolumitate vota Nostra reddentes, diuturnam Tibi rerum omnium prosperitatem enixe deprecari non omisimus; ita nunc officii Nostri partes esse putavimus, præsentibus Nostris Literis Majestati Tuæ gratulari; Teque simul hortari, ut in manifesta Omnipotentis Dei protectione, eaque, quam Tibi promeruisti, subjectæ Tibi Nationis observantia, et pietate acquiescens, erecto, et securo Animo ad procurandam Regnorum Tuorum tranquillitatem, et fidelium Populorum felicitatem, studia tua cogitationesque convertas.

Hortatur, ne a Laicis Magistratibus procedi permittat contra Ecclesiasticas personas, quoties, eos in scelere comisso implexos adinveniri contingat.

§. 3. Porro minime suspicari, aut in Animum inducere possumus, aliquem e seculari, aut e Regulari Clero repertum esse, adeo Christianæ, ac etiam Naturalis Legis immemorem, ut impio, et nefario sceleri operam, auxilium, consilium, aut assensum præbuerit. Quod si quis forte id ausus fuisset non dubitaremus asserere, eo majorem censendam fore illius culpam, quo major in Ecclesiasticis hominibus esse debet inviolabilium legum cognitio; quarum etiam custodiam verbo, et exemplo populis suadere, et commonstrare tenentur. Si tamen eorum quispiam diabolica perfidia in tam horrendum crimen abreptus fuisset, Nos sane de perspecta Majestatis Tuæ Religione, et pietate confidimus, Te minime passurum esse per Laicos Magistratus adversus hujusmodi reos ita procedi, ut quod degeneres Ecclesiæ Ministri peccaverint, in ipsius Ecclesiæ injuriam, et dedecus convertatur, ut Sacrarum Legum violatio, publica Canonicarum Legum perculcatione, non sine Fidelium scandalo, vindicari videatur. Longe id fore speramus a Majestate Tua, quam perpetuo Divinæ gratiæ favore gaudentem cupimus, nihilque admittere optamus, quod recti justique fines excedat; nihil, quod cælestem iram, atque vindictam in Te, et in Regnum tuum concitare valeat.

Ecclesiasticam Potestatem, suorum

§. 4. Non deerunt profecto Ecclesiasticæ potestati zelus, et vigor, quibus suorum Ministrorum delicta pro merito puniat; et simul, quæ fides supremis Principibus servanda sit, sicuti præceptis docere, et hominum cordibus altius inserere, et inculcare non desinit, ita etiam, justæ severitatis exemplis in trangressores canonice statutis, luculenter ostendat. Quod nos pro paterna charitate, qua mentem Tuam in Domino amplectimur, scribendum tibi esse duximus; ut dum corporalis valetudinis integritatem Tibi reducem gratulamur, conscientiæ quoque Tuæ, securitati consulere non omittamus. Accipe igitur carissime in Christo Fili Noster hoc ipsum sinceræ benevolentiæ Nostræ pignus, simulque Apostolicam Benedictionem, quam Tibi, totique Regiæ familiæ amantissimæ impertimur. Datum Romæ die XXII. Februarii 1759. Pontificatus Nostri Anno primo.

Ministrorum delinquentium vindicem esse debere suadet.

XLIII.

Confirmatur Decretum Regis Catholici, super translatione Militiæ S. Mariæ de Montesa, e veteri diruto Conventu, ad Palatium *del Temple*, et super unione redditmum hujus Prioratus, sub nonullis reservationibus.

Dat. die 5. Martii 1759. Ann. I.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Narratur Catholici Regis decretum super translatione Militum S. Mariæ de Montesa e veteri diruto Conventu, ad Palatium del Temple.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit Carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus, quod ipse alias uti Administrator perpetuus Militiæ Beatæ Mariæ de Montesa auctoritate Apostolica deputatus die XXVI. Augusti Anni MDCCL. decrevit, ut, attenta omnimoda eversione Conventus ejusdem Militiæ effecta propter terraemotum, qui anno 1748. in Regno Valentiæ evenit, omnes Fratres dictæ Militiæ, qui in dicto Conventu tunc existebant, et ex ruinis immunes evaserunt, in Regio Palatio *del Temple* nuncupato memoratæ Militiæ in Civitate Valentiæ existente sese transferrent, donec et quousque dictus Conventus dirutus, pro commodo, et servitio eorumdem Fratrum reficeretur, seu alius Conventus de novo construeretur, et sub inde idem Ferdinandus Rex, accepto prius quod propter translationem Fratrum ejusmodi Militiæ a Conventu diruto ad idem Palatium *del Temple* Militiæ præfatæ sequutam, ne-

cessarium minime erat, ut Prior *del Temple* nunc ut prius existeret, et totum id, quod ipse Prior *del Temple* ratione sui muneris, seu ratione hujus Prioratus adimplere tenebatur, per Priorem pro tempore existentem ejusdem Conventus, ad hujusmodi Palatium translati, per se ipsum personaliter, seu per alium Fratrem ejusdem Militiæ ab ipso Priore ejusdem Conventus nominandum, adimplere posset, mandavit, ut Prior Prioratus *del Temple* hujusmodi suppprimeretur, et titulus Prioris, seu dignitas Prioralis Palatii *del Temple* prædicti, absque ullo tamen annuo reditu, Rectori Curato Ecclesiæ ejusdem Palatii, seu Conventus a Consilio Ordinum, seu militiarum eligendo, seu nominando, aut proponendo uniretur, et adnecteretur, hac tamen conditione, ut annui reditus ad Priorem seu Prioratum Palatii *del Temple* hujusmodi spectantes, et pertinentes, seorsim deponerentur, ac insuper administrationem redditunm Prioratus Palatii *del Temple* prædicti, Priori pro tempore existenti Conventus ejusdem Militiæ commisit, onere etiam ipsi Priori injuncto reddendi rationes dictæ administrationis quolibet anno ejusmodi consilio Ordinum, seu Militiarum, adimpletis omnibus oneribus eidem Prioratui *del Temple* annexis.

Ferdinandus Catholicus Rex, reditus Prioratus *del Temple*, sub nonnullis reservationibus, Conventui de Montesa assignavit

§. 2. In hoc rerum statu subinde pro parte tunc existentium Prioris Conventus ejusdem Militiæ, et Editimi Majoris Ecclesiæ ejusdem Conventus ipsi Ferdinando Regi expositum fuit, ut attentis, quoad Priorem prædictum, decore et magnificentia quibus sese exhibere debet, et superfluis expensis, quas eum de necessitate subire oportet propter necessariam et fixam sedem in Civitate Valentiæ, ad quam Fratres primodicti Conventus translati remanent, et quoad ipsum Editimum Majorem oneribus tum curæ ornamentorum Ecclesiæ ipsius novi Conventus, tum expensarum ceræ, thuris, et hostiarum injunctis sibi, seu muneri Editimi Majoris, prævia sola assignatione centum, et trium petiarum monetæ istarum partium singulis annis facta, supradictum Prioratum *del Temple* rediter cum omnibus, et singulis illius annuis fructibus, reditibus, et proventibus cuilibet eorum uniret, et incorporaret, idem Ferdinandus Rex, captis prius, prævia intelligentia memorati Consilii in præmissis, omnibus necessariis informationibus tam, quoad onera, et rationes propter quas dictus Prioratus *del Temple* institutus fuerat, quam quoad illius reditus, et proventus, compertum habuit, quod principalis erectio hujus Prioris *del Temple* fuit illa Capellani Magni Magistri dictæ Militiæ tempore, quo in dicto Palatio *del Temple* in ipsa Civitate Valentin. habitabant, et residebant Magni Magistri ejusdem Militiæ, cujus ratione idem Palatium *del Temple* habebatur tanquam territorium separatum a territorio, et jurisdictione Archiepiscopi Valentini, quodque annui reditus, et proventus eidem Capellano seu Priori assignati existunt in summa annua trecentarum sexaginta sex petiarum hujusmodi, quarum bisecentum viginti ex nonnullis pensionibus annuis super fructibus, reditibus, et proventibus Parochialium Ecclesiarum ad dictam Militiam spectantium per pro tempore existentes earumdem Ecclesiarum Rectores, persolvendis, vigore litterarum Apostolicarum sub Plumbo expeditarum, perpetuo reservatis centum, et sexdecim ex tertia decima Testarum vulgo nuncupat, *della partita detta della Olleria nell' orto di Valenza*, reliquæ vero petiæ hujusmodi provenire pergunt ex nonnullis censibus emphyteusis supra non nullas domus immediate, ac Palatio *del Temple* hujusmodi adhærentes, cum onere celebrationis sexaginta duarum missarum lectarum, et sex anniversariorum in Ecclesia *del Temple* hujusmodi singulis annis facien., et pro illarum, et illorum adimplemento summa decem, et octo petiarum hujusmodi annuarum impendenda est; ita ut demtis dictis decem, et octo petiis, tercentum quadraginta octo petiæ singulis annis liberæ remanent, die XIV. Decembris Anni 1757., prævio etiam voto tunc existentis Prioris Generalis ejusdem Militiæ, præter consultationem memorati Consilii Ordinum, seu Militiarum, mandavit, ut tunc, et pro tempore existenti Priori Conventus Militiæ præfatæ, unirentur, et aggregarentur tam dictus Prioratus *del Temple*, quam illius omnes annui reditus, et proventus ut supra expressi, ea tamen adjecta lege, ut casu, quo dictum Conventum Militiæ de Montesa prædictæ ad alium locum, ut antea, transferri contigisset, ipsa dignitas Prioralis, seu Prior *del Temple* una cum eisdem facultatibus, et privilegiis exercitii supradictæ jurisdictionis, ac annuis reditibus, et proventibus, quibus antea fruebatur, restitueretur, ac insuper mandavit, ut

Rectores Parochialium Ecclesiarum prædictarum pro tempore existentes absque ulla mora, et excusatione pensiones annuas super fructibus, redditibus, et proventibus Parochialium Ecclesiarum hujusmodi Auctoritate Apostolica reservatas tunc et pro tempore existenti Conventus hujusmodi Priori, omnino persolverent, eidemque Priori tunc et pro tempore existenti dicti Conventus, injunxit onus exigendi omnes et singulos annuos fructus, reditus, et proventus antea ad Priorem, et Prioratum *del Temple* hujusmodi spectantes, et pertinentes, ita tamen, ut Prior pro tempore existens ejusdem Conventus in sui favorem, prævia reservatione, ut præfertur facta, donec, et quousque Conventus dictæ Militiæ inibi existeret, summam dumtaxat centum viginti petiarum, retento tamen onere celebrandi, seu celebrari faciendi sexaginta duas missas lectas, et sex anniversaria hujusmodi in Ecclesia *del Temple*, superestantem vero summam ducentarum viginti octo petiarum prædictarum Edituo majori tunc, et pro tempore existenti Ecclesiæ Conventus prædicti, singulis annis propria manu tradendam pro expensis vero chori, Sacrarii, et alicujus dictæ Ecclesiæ reparationis erogandam applicaret, et alias pro ut in ejusdem Ferdinandi Regis decreto, uberius dicitur contineri.

Catholici Regis Decretum Apostolica auctoritate confirmatur. §. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat dictus Ferdinandus Rex præmissa, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos piis ejusdem Ferdinandi Regis Votis, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præmissa omnia ut supra expressa, et in decreto ejusdem Ferdinandi Regis edito contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes easdem præsentes Litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogatur. §. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Militiæ, et Conventus hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis, statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis; privilegiis quoque, Indultis, et Litteris Apostolicis superioribus, et Personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die v. Martii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XLIV.

Dat. die 6 Martii 1759 Anno I.

Prioribus Constitutionibus Apostolicis confirmatis contra subripientes, asportantes, aut apud se retinentes Sacras Hostias, vel particulas consecratas, novas pœnas, strictissime observandas mandat.

Contra hujusmodi delinquentes animadverterunt plures Romani Pontifices, qua de re videnda est Const. Innocentii XI edit. 1677 Martii 12, itemque Alexandri VII edit. 1690 Febr. 19 tandem Benedicti XIV edit. 1743 Martii 5 quarum primæ adsunt in Bullario Mainardi, tertia in altero ejusdem Pontificis.

Clemens Episcopus
Ad perpetuam rei memoriam

De sacrilego hoc crimine alto conqueritur. §. 1. Gravissimum, atque execrabile scelus, quo nefarii, perditique homines, Religione, ac pietate omni posthabita, divinæque ultionis formi-

Digitized by Google

dine excussa, Angelis ipsis tremendam, venerandamque Dei, et Salvatoris Nostri Jesu Christi in Altaris Sacramento præsentiam, majestatemque spernentes, in ipsum, ac sacra, quibus actu asservatur, vasa, rapaces atque sacrilegas manus injicere audent; Cum Romani Pontifices Prædecessores nostri, editis consultissimis Legibus, statutisque severissimis pœnis, semper detestati atque insectati sint: Mos, ad illatam Augustissimo Sacramento, ac Deo ipsi atrocem injuriam magis magisque propulsandam, horrendique criminis scandalum ab Ecclesia Dei eliminandum, Apostolico exurgentes zelo, leges ipsas in prophanos hujusmodi violatores denuo ferre, et adversus quæcumque effugia, illarum observantiam ac pœnarum omnimodam executionem decernere in Domino judicamus.

Quae sancita fuere ab Innocent. XI. contra tales delinquentes refert.

§. 2. Alias siquidem Ven. Mem. Innocentius Papa XI. Prædecessor noster ad id reprimendum, motu ejus proprio, perpetua valitura Constitutione, sub Datum apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ MDCLXXVII. Quarto Idus Martii, Pontificatus sui Anno Primo, statuit, et decrevit, ut omnes et singuli utriusque sexus, qui de furto hostiæ consecratæ, sive unius, vel plurium particularum consecratarum, cum sacra Pyxide, vel sine illa, per legitima indicia judicialiter, juxta Sancti Officii Inquisitionis contra hæreticam pravitatem auctoritate Apostolica instituti regulas, et praxim confessi aut convicti fuerint, quive propria malitia, vel de alterius ordine, seu mandato, Hostiam, sive unam vel plures particulas consecratas prædictas, apud se retinuerint, vel alio transferre, aut exportare præsumpserint, condignis pœnis, et animadversionibus pro facinoris atrocitate puniantur; et nisi constiterit non fuisse ad malum finem, etiam pro prima vice, Curiæ sæculari tradantur, non obstante minori ætate, dummodo vigesimum attingant annum, quibus pœnis etiam mandantes subjectos esse voluit.

Posteriorem memorat Alexandri VIII. Constitutionem.

§. 3. Ejus deinde successor fel. record. Alexander Papa VIII. etjam Prædecessor noster, æquali zelo motus, per aliam suam perpetuo valituram Constitutionem, sub Datum, Anno Incarnationis Dominicæ MDCXC. Undecima Kalendas Februarii, Pontificatus sui Anno Secundo, prædictam Innocentii Prædecessoris præfati Constitutionem in omnibus, non modo confirmavit, sed etiam addidit, omnes quascumque et singulas Personas, tam sæculares, quam Ecclesiasticas etiam regulares, cujuscumque Dignitatis, status, gradus, ordinis, societatis, et instituti, quibuscumque privilegiis, exemptionibus, et indultis, et quavis speciali nota, et individuatione dignas, nulla prorsus excepta, siquas ex eis, atrocissimi hujus criminis reos esse constiterit, omnibus, et singulis, tum antiquis, tum in dicta Innocentii Prædecessoris præfati innovatis, etiam, quoad Ecclesiasticos, degradationis realis, et traditionis brachio sæcularis pœnis, omnino, et irremissibiliter obnoxias fuisse, et esse, cognitionemque prædicti sceleris contra eas, ad Ordinarios Ecclesiasticos, et ad Inquisitores contra hæreticam pravitatem, qui juxta ipsius Alexandri, et aliarum quarumcumque, ad favorem fidei, et Officii Sanctæ Inquisitionis hujusmodi Constitutionum editarum formam, et tenorem procedere valerent, et deberent, privative quoad alios quoscumque spectavisse, et spectare: Ac insuper memoratam dicti Innocentii Prædecessoris Constitutionem, cum declarationibus ac dispositionibus præfatis, omnibusque et singulis superius contentis, et expressis contra quoscumque, sive sæculares, sive Ecclesiasticos, etiam regulares, ut præfertur expressos, qui dictas Hostias, vel Particulas consecratas quocumque modo, etiam sine qualitate furti, per se ipsos, vel alios quoscumque, aut de alterius mandato habuerint, seu retinuerint, vel alio transferre, seu transportare præsumpserint, super quibus stari voluit judicio, et interpretationi præfatorumSanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Inquisitorum, quibus pariter cognitionem super prædictis reservavit, juxta casuum, et personarum circumstantias et qualitates, cum iisdem pœnis, etiam traditionis brachio sæculari, ampliavit et extendit.

Novam Benedicti XIV Constitutionem enunciat qua praecedentes confirmantur, et declarationibus additis, ampliantur.

§. 4. Postremo vero ejusdem record. Benedictus PP. XIV. immediatus Prædecessor noster, cui horrendæ hujusmodi impietatis magis magisque præcavendæ non minor pectori cura insidebat; per similem Constitutionem, sub datum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo septingentesimo quadragesimo tertio, Tertio Nonas Martii, Pontificatus sui Anno quarto, supradictas Innocentii et Alexandri Prædecessorum prædictorum Constitutiones, atque omnes et singulas dispositiones, ordinationes, declarationes, et extensiones in illis contentas, Motu ejus proprio, confirmavit, et approbavit: Ac insuper opportune statuit et declaravit circumstantias,

per quas de consecratione Hostiæ vel Particularum a Reo subreptarum constare posset : Ac decrevit quoque, exceptionem non probatæ pravæ intentionis Rei, abutendi Sacramento subrepto ad malum, vel sacrilegum finem, inutiliter a Reis, vel eorum Defensoribus proponi, nisi concludentibus, et juridicis probationibus, adstruendis ab ipsis Reis, in quos tale onus refusum esse declaravit, hujusmodi exceptio constabilita fuerit, et justa, ac excusabilis ratio asportationis, aut retentionis Sacramenti plene comprobaretur; prout in prædictis Innocentii, et Alexandri, ac Benedicti Prædecessorum prædictorum Constitutionibus, plenius continetur.

Abusus ex nimia indulgentia derivatos enarrat, severitatemque poenarum necessarium demonstrat.

§. 5. Quia vero, ex Ecclesiæ indulgentia ac lenitate, in nostro Inquisitionis Officio mos inolevit, ut si Reus in judicio constitutus ad primas, et generales Judicis interrogationes delictum suum plene, distincte, ac sincere fateatur, tunc cum ipso, veluti sponte confesso, mitius agatur, et citra ejus traditionem seculari foro, extremumque supplicium, Triremibus vel Carceri addicatur perpetuo; Cumque ea fortasse indulgentia, graviorumque pœnarum mitigatione abutentes sacrilegi homines, a tanto scelere, illiusque frequentia minus deterreantur, atque avocentur : Hoc illis perfugium, et, qua prorsus indigni sunt, misericordiæ, lenitatisque Ecclesiasticæ fiduciam eripiendam existimavimus, ut pœnarum severitate, absque remissionis, vel moderationis spe aliqua sibi proposita, tam enorme flagitium patrare exhorrescant.

Confirmat praecedentes Constitutiones illasque plenarie observandas fore jubet.

§. 6. Itaque vestigiis Prædecessorum nostrorum inhærentes, eorumque in gravioribus quibusdam, ac frequentioribus delictis severiori animadversione, ac duriori supplicio mulctandis, exempla sequuti; præcipue dicti Benedicti Prædecessoris, qui celebrantibus Missam, aut fidelium Confessiones excipientibus sine Sacerdotali charactere, sinceram criminis confessionem in prima interrogatione generali factam, ad evadendam pœnam traditionis brachio sæculari, in Constitutionibus Apostolicis inflictam minime suffragaturam decrevit : Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, in tota Republica Christiana præfata, contra hæreticam pravitatem, generalium Inquisitorum a Sede Apostolica specialiter deputatorum consilio; hac nostra perpetuo valitura Constitutione : In primis memoratas Innocentii, et Alexandri, ac Benedicti Prædecessorum prædictorum Constitutiones, (quarum integros tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserti forent, iisdem præsentibus pro insertis haberi volumus) nec non omnes et singulas dispositiones, ordinationes, declarationes, et extensiones, prout illæ et earum singulæ in Constitutionibus prædictis expressæ sunt, ipsarum tenore præsentium confirmamus, approbamus, et innovamus, easque et earum singulas in omnibus, et per omnia, ab omnibus et singulis, ad quos spectat integre, et inviolabiliter observari mandamus.

Quamcumque poenarum minorationem prohibet imposterum.

§. 7. Præterea memoratam Tribunalium nostrorum praxim, atque consuetudinem, hujus execrabilis criminis Reos, in primo eorum constituto confessos, plectendi mitiori pœna, itaut juxta memoratas Constitutiones per Nos, ut præfertur confirmatas, brachio sæculari minime tradi debeant; Motu, scientia et potestatis plenitudine similibus, ac de eorumdem Fratrum consilio, ipsarum tenore præsentium, de medio tollimus, atque abolemus, legitimæque observantiæ vim nullam, deinceps habituram, declaramus : Ac perpetuis futuris temporibus decernimus, atque statuimus, post tres Menses a data præsentium computandos, nulli amplius Clerico, sive laico dicti criminis Reo promeritæ pœnæ minorationem aliquam intuitu promptæ apertæque confessionis, qua delictum suum in circumstantiis superius enunciatis Judici fassus fuerit, concedi debere, sive posse : Sed confessione hujusmodi non obstante, omnes singulos in præcedentibus supramemoratis comprehensos, a competente Judice in casibus ibidem expressis, prævia etiam degradatione, quatenus opus sit, tradendos omnino fore, et esse Brachio sæculari, debitis pœnis, suppliciisque plectendos.

Plenariam hujus Constitutionis observantiam præcipit.

§. 8. Decernentes præsentes nostras literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo, jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel Dignitatis existant, sive alias specifica, et individua mentione et expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, et auditi, neque causæ, propter quas eædem præsentes emanaverint, ad-

Digitized by Google

ductæ verificatæ, vel sufficienter, aut ullo modo justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, consuetudine, praxi et capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore, de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, et substantiali defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut etiam motu pari, et de Apostolicæ potestatis plenitudine similiter concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvari ullo modo posse: Sed ipsas præsentes semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter, et inconcusse observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Sicque, et non aliter in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, et Delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Nostrosque, et Apostolicæ Sedis etiam de latere Legatos, seu Nuntios, et in quibuscumque Tribunalibus, et Officiis etiam specifica mentione dignis, sublata cuilibet aliter judicandi, et interpetrandi facultate, judicari, et definiri debere, et post lapsum dictorum trium Mensium, etiam quoad abolitionem dictæ praxis, seu consuetudinis, ipsas præsentes ad executionem et effectum omnino perduci debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque, si quæ sint, contrariis quibusvis generalibus vel specialibus Constitutionibus, ordinationibus et decretis, nec non dictorum Tribunalium, et Officiorum praxi, stylo, statutis, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus: Personarumque, Locorum, et Ordinum, Congregationum, Societatum, Institutorum, etiam Militiarum, privilegiis, exemptionibus, et indultis, cum quibusvis clausulis et decretis, in genere vel in specie, Apostolica auctoritate concessis, ac pluries confirmatis et innovatis: Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illarum tenores, formas, causas, et occasiones præsentibus pro plene et sufficienter expressis, et exactissime servatis, et specificatis respective habentes; illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad præmissorum effectum plenissime, et amplissime motu pari derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicationis modum præscribit, qua cuncti teneri debeant.

§. 11. Volumus autem, et eadem auctoritate prædicta mandamus, ut eædem præsentes, et in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quisquam de eis ignorantiam prætendere valeat, ipsas præsentes seu earum transumpta ad valvas Ecclesiæ Sancti Joannis in Laterano, et Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ, et in Acie Campi Floræ, per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est publicari, et affigi: sicque publicatas, et affixas omnes, et singulos quos concernunt, seu concernent in futurum perinde afficere, et arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ et notificatæ fuissent.

Transumptorum fides.

§. 12. Utque earumdem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Pœnas etiam spirituales in contravenientibus statuit.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum confirmationis, approbationis, innovationis, mandati, abolitionis, declarationis, statuti, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo septingentesimo quinquagesimo nono, Pridie Nonas Martii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Digitized by Google

XLV.

Datum die 10 Martii 1759. Anno I.

Francisco Lotharingiæ et Barri Duci, nec non Etruriæ sibi subjectæ magno Duci in Romanorum Imperatorem Electo, per hanc Epistolam commendat ut Lantgravii Hasso-Cassellani parentem, pro Catholicæ Religionis bono in suum patrocinium recipiat.

Summi hujus Pontificis sedulitas pro Christianæ Republicæ bono, habetur ex Pontificiis Literis superius relatis sub Num. XIX. XX. et XLI.

Clemens Papa XIII.
Carissime etc.

Causa hujus Epistolæ.

§. 1. Audivimus ex Litteris nobis nuperrime redditis, Nobilem virum Lantgravium Hasso-Cassellanum parentem dilecti Filii Nobilis Viri Federici Principis ex illo Primogeniti, morbosa quadam somnolentia sic laborare, ut ejus vires deficiant in dies ac proxime de interitu timeatur, quam ob causam collatis inter se consiliis, qui regionis illius regimini præsunt, industrium hominem miserunt, qui filium conveniret, atque cum Beroliniensi Aula sedulo ageret de sustinenda iniqua illa pactione, cui Primogenitus Princeps, vi ac metu subscribere adactus fuit, postquam Catholicis Sacris addictum se palam ostendit. Evigilavit ad ejusmodi nuncium cor Nostrum, atque contremuit, siquidem prospicimus animo quantam dedecoris, ac detrimenti SSmæ Religioni Nostræ obveniret, si fœdus illud exequutioni mandaretur, quo non solum inusitatis, atque crudelibus vinculis Catholicus cultus circumscribitur, atque impeditur, verum libertas quoque ipsa, Germanicis legibus Vestris constabilita, ipsum patriæ potestatis, ac naturæ jura læduntur, violanturque.

Hortatur Imperatorem ut in suam recipiat protectionem HassoCassellanum Principem.

§. 2. Quamobrem hisce in angustiis positi ad quem alium confugere possumus, præterquam ad Majestatem Tuam, per viscera Domini Nostri Jesu Christi obsecrantes, ne Imperiali suo calculo, pactum illud confirmare unquam velit, sed inclitæ potius Cæsareæ Majestatis robore abroget, atque dissolvat, atque una simul piissimum Principem Virum nullam aliam ob causam tot insidiis appetitum, tot acerbissimis catenis obstrictum, nisi propterea quod ad verum Christi Ovile reversus est, in suam clientelam recipiat; quod quidem dubitandum non est, quin Deo gratum acceptumque eveniat; ipsi vero Principi Viro jucundissimum: versatur is modo, ut probe novit Majestas Tua, iis in regionibus, ad quas literas Nostras mittere non licet, et si mitterentur, valde periculosum contigeret: quam ob causam, ne calamitatibus suis præsidium deficeret Nostrum, hoc unum facere potuimus, ut Majestati Tuæ, quæ Romani Imperii caput est, Defensor, atque Patronus Catholicæ Fidei, eumdem enixe commendaremus, ut scilicet Parentem, quem illi Catholica Religio fecit infensum, majori compendio in Religione, atque Clementia Tua benevolum inveniret, Patronumque insimul, quo Orthodoxæ Fidei jura suis in Ditionibus strenue tuerentur: quocirca certa spe freti confidimus, commendationem hanc Nostram, quam Apostolicæ servitutis impositum Nobis, quamvis immerentibus, ministerium expressit, dictavitque paterna charitas, quam pro totius Christiani Populi salute tenemur impendere, a Majestate Tua lubenti animo exceptam iri. Interim Majestati Tuæ Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ die 10 Martii 1759; Pontificatus Nostri Anno Primo.

XLVI.

Datum die 31 Martii 1759 Anno I.

De Criminibus, et locis, qui Ecclesiastici asyli beneficio juvari minime poterunt in Sardiniæ Regno, peculiaria ad illius Regni Archiepiscopos, et Episcopos significat.

Sæpe Summi Pontifices ad crimina compescenda, quoad Ecclesiasticum asylum salutares sanctiones approbarunt, inter cætera videnda superius Constit. relata sub Num. XIV.

Clemens PP. XIII.

Venerabiles fratres, salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Summi Pontifices ad publicæ tranquillitatis tutamen, Catholicorum Principum votis assentiunt dummodo Eccle-

§. 1. Pastoralis Officii Nostri, licet immerentibus divinitus commissi, sollicitudo Nos admonet, ut Votis præsertim Catholicorum Principum, per quæ Ecclesiasticæ immunitati nihil sit

siastica immunitati detrimentum non inferatur.

detractum, et simul publicæ consultum sit tranquillitati, Apostolicum præbcamus assensum. Sanè, pro parte Carissimi in Christo filii Nostri Caroli Emmanuelis Sardiniæ Regis Illustris, Nobis expositum fuit, quod cum pluries ipsi Carolo Emmanueli Regi, a suis pro tempore existentibus in Regno Sardiniæ hujusmodi Pro Rege, aliisque Ministris delatæ fuerint querimoniæ ob crebra, quæ in toto dicto Regno sepè sepius patrantur homicidia, aliaque graviora delicta, quibus multum contribuere solet facilitas, commodumque, quod delinquentes, ac facinorosi viri/post patrata gravia crimina, et delicta, ad vitandam debitam pœnam, habent confugiendi ad Ecclesias, aliaque loca immunia undique in Regno prædicto existentia, licet nonnulla ex locis immunibus et Ecclesiis hujusmodi debita, qua decet, veneratione minimè habeantur, et custodiantur, ac propterea ipse Carolus Emmanuel Rex ad eliminandum, et penitus præcidendum tam exitiale, et detestabile flagitium plurimum desiderat, ut de benignitate Apostolica declarare dignaremur, quæ nam sint crimina, et delicta propter quæ rei, et delinquentes ad publicam quietem, et securitatem, ne pœnam juxta patrata crimina effugiant, Ecclesiasticum Asylum habere nequeant, prout etiam, quæ in posterum immunitate Ecclesiastica minime gaudent.

Alias Summi Pontifices ut publicæ consulerent tranquillitati Ecclesiasticam immunitatem imminuere.

§. 2. Hinc est; quod Nos non minus ex injuncto Nobis divinitus Apostolicæ solicitudinis munere, quam publicæ tranquillitatis studio post maturam, quam in præmissis habuimus deliberationem, aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, qui, ut hominum perversitati adversarentur, ac publicæ tranquillitati consulerent, suum animum induxerunt plus, vel minus juxta locorum indigentiam, et temporum circumstantiam, beneficium ecclesiasticæ immunitatis imminuere, exempla sectantes, piis ejusdem Caroli Emmanuelis Regis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, Motu-proprio, ac ex certa scientia Nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus, statuimus, atque decernimus in Regno Sardiniæ Ecclesiasticum Asylum minime habere debere reos, et delinquentes infradicendorum criminum nempe = primo = *Quelli, che avranno commesso omicidio, fuorchè si tratti di omicidio casuale, e a propria difesa* cum moderamine inculpatæ tutelæ = secondo = *Gli Incendiarj, cioè coloro, che* dolo malo et data opera, *metteranno, o faranno metter fuoco, o che* scienter *daranno ajuto, e consiglio a chi mettesse fuoco a qualunque Chiesa, Luogo Sagro, o Religioso, o a qualunque Casa abitabile sita tanto in Città, e Luoghi abitati, quanto fuori di essi; come altresì a Tugurj costrutti* ad instar Domorum *soliti abitarsi da Contadini, o Pastori, o sopra gli Armenti, o le Greggi, alle Vigne, Seminati, Oliveti, Selve, e qualunque altro Podere alberato, coltivato, e fruttifero:* = tertio: = *Coloro, che faranno assassinare, o che per commissione data loro, assassineranno, o che ai suddetti scellerati danno ajuto, o consiglio, quantunque non ne sia seguita la morte; purchè però* deventum fuerit ad actum proximum hoc est ad insultum ita ut intervenerit vulnus = quarto = *I Grassatori, e Ladri di strade pubbliche, e vicinali, anche per la prima volta, che commettessero un tal delitto, ancorchè senza alcuna offesa del Derubato.*

Enumerantur rei, quibus denegandum est ecclesiasticum Asylum

Describuntur Ecclesiastica loca quæ immunitate gaudere minime debent.

§. 3. Immunitate verò Ecclesiastica minime gaudere debere = *Le Chiese rurali esistenti fuori delle Città, e Luoghi abitati, nelle quali non si conserva il Venerabile, eccettuatone le Parrocchie, e le Chiese filiali delle medesime, nelle quali si esercita la cura delle Anime, con dichiarazione, che tanto rispetto alle suddette Chiese rurali riservate, quanto a riguardo di tutte altre Chiese, che sono in Città, e altri Luoghi abitati, non debba il beneficio dell' Asilo distendersi, quanto all' esteriore, ad altro, che all' Atrio, quando sia circondato di mura, o Portici, Scale, e Porte, tanto anteriori, che laterali, ed alla facciata anteriore solamente. Le Cappelle, e gli Oratorj esistenti nelle Case de' Particolari, e Magnati, quantunque abbiano privilegio di Cappelle pubbliche, e l' adito in strada pubblica: Così parimente tutte le Cappelle delle Fortezze, e Castelli chiusi, ancorchè si conservi in esse il Santissimo Sagramento. I Campanili separati dalle Chiese, e dalle muraglie di esse. Le Chiese dirute, ed abbandonate, o tenute in stato indecente, quando non siano necessarie, o utili al servizio, e cultura spirituale dei Popoli, previa però la profanazione di esse, quali Noi ingiungiamo strettamente ai Vescovi, e Ordinarj di fare nel più breve tempo, che loro sia possibile. Gli Orti, e Giardini, e altri Luoghi di Chiese, e di qualsisia altra Casa Religiosa, i qua-*

Digitized by Google

ti non siano circondati da muraglie, e non sono compresi nella Clausura. Le Botteghe, e le Case attaccate alle muraglie delle Chiese, e dei Monasteri, o di qualsivoglia altra Casa Religiosa, quantunque abbiano interna comunicazione con le medesime, purchè non sieno comprese nella clausura. Le Case, nelle quali abitano i Sacerdoti, o altri Ecclesiastici, ancorchè abbiano l'ingresso nella Chiesa, eccettuatone però le Case, ove abitano i Parrochi, ed altri Ecclesiastici destinati alla cura, e custodia della Chiesa, purchè bensì tali Case si abitino da essi stessi, e non da altri, le quali avendo l' immediata comunicazione interiore con la stessa Chiesa, goderanno del Sagro Asilo, non ostante che abbiano la porta con l' uscita in strada pubblica.

Mandat Archiepiscopis, et Episcopis ut præfiniatur terminus delinquentibus qui modo in asylo reperiantur pro eorum translatione a locis immunitate destitutis ad alia quæ imposterum illa gaudere debent.

§. 4. Ut autem supradictæ Nostræ Ordinationes suum sortiantur effectum, Fraternitatibus Vestris Fratres Archiepiscopi, et Episcopi per præsentes injungimus, et mandamus, ut unusquisque Vestrum in Vestris respectivè Civitatibus, ac quibusvis Terris, Locis, et Castris Vestrarum respectivè Diœcesum congruum tempus arbitrio respectivè vestro par publica edicta, publicasque significationes affigendas, assignandum omnibus reis, et delinquentibus, qui aliquibus in Ecclesiis, locisque immunibus præfatis, quæ in posterum juxta præsentem Nostram Ordinationem immunitate Ecclesiastica minime gaudere debent, de præsenti ob patrata crimina existunt, et reperiuntur, præfigatis, ad affectum illos inde transferendi ad Ecclesias, et Loca immunia per Nos volita, et declarata, ut præfertur, implorata, obtentaque prius ad præmissum effectum in eorum favorem necessaria securitate a sæculari potestate.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 5. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debera, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus

Contrariis derogat, et transumptis fidem habendam esse præcipit.

quibusvis Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis quæ hisce Nostris Litteris adversantur, cœterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium Litterarum transumtis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Martii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XLVII.

Dat. die 24. Martii 1759. Ann. I.

Confirmantur, ampliantur, et declarantur statuta pro Confraternitate S. Antonii erecta in Ecclesia S. Antonii Civitatis Avenionis, Ordinis Congregationis Canonicorum Regularium S. Antonii Viennensis in Delphinatu.

Prioratum S. Antonii Viennen. erexit Bonifacius VIII. Const. edit. 1297. Maii 18. Privilegia nonnulla huic Ordini concessit Clemens VII. const. edit. 1523. Nov. 26 Novitiorum admissionem prohibuit, nisi juramentum præstiterint de servanda reformatione Abbatis Generalis, Gregorius XV. Const. edit. 1621. Aprilis 2. Hospitale S. Antonii Viennensis ab Ordinarii jurisdictione exemit Urbanus VIII. constit edit. 1625. Nov. 14, tandem Constit. altera 1634. April. 8. idem Pontifex Constitutiones Congregationis Reformatæ ejusdem Ordinis, confirmavit, ut videre est in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exordium.

Ad Pastoralis Dignitatis fastigium, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, per ineffabilem divinæ Sapientiæ atque Clementiæ abundantiam evecti, ea, quæ a Christifidelibus quibuscumque pro salubri Societatum seu Confraternitatum pia, sancteque institutarum uberesque pietatis fructus, Deo adjuvante, atque incrementum dante, proferre jugiter satagentium, directione, felicique personarum illis adscriptarum in via mandatarum Domini pro-

gressa, provide, prudenterque constituta et ordinata esse dignoscuntur, ut firma semper atque illibata persistant, Apostolici muniminis Nostri præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

Preces porrectae pro confirmatione Statutorum ab Abbate Generali Ordinis S. Antonii Viennen., in Delphinatu conditorum, pro Confraternitate in Ecclesia ipsius Ordinis, et sub invocatione S. Antonii erecta in Civitate Avenionis.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Dil. Filius modernus Abbas, seu Præceptor, aut Commendatarius Monasterii, seu Præceptoriæ aut Commendæ S. Antonii Civitatis Avenionen Ordinis ejusdem S. Antonii Viennen in Delphinatu; quod cum Abbas Generalis pro tempore existans ejusdem Ordinis, vigore privilegiorum, indultorumque ipsi Abbati Generali, seu Ordini prædicto a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris concessorum, attributorumque, omnimodam jurisdictionem super Ecclesias, Altaria, ac Confratres Confraternitatum, sub invocatione ejusdem S. Antonii in Ecclesiis ejusmodi Ordinis erectas, habeat; ipse vero Exponans accepisset, quod Officiales, et Confratres Confraternitatis S. Antonii prædicti, in Ecclesia supradicti Monasterii seu Præceptoriæ, aut Commendæ Avenionen, canonice, ut asseritur, institutæ, absque ulla subjectione tum Abbati Generali, tum Superiori locali debitæ, per seipsos gubernantur, et reguntur, alios Confratres in dicta Confraternitate recipiunt et admittunt, Camerarii pro tempore existentes, ipsius Confraternitatis annuos reditus, et proventus ad sui libitum impendunt, nullasque rationes, absoluto officio, alicui reddere solent, ipse Abbas seu Superior exponens, ut hujusmodi irreptos abusus, ac præjudicia, quæ ipsi Ordini, illinsque Abbati Generali contra dispositionem privilegiorum hujusmodi inferri videtur, evellere possit, proprium esse duxit, Dilectum itidem Filium Stephanum Galland modernum Abbatem Generalem dicti Ordinis præmissorum omnium participem facere, ut leges et statuta pro hujusmodi Confraternitate accomodata, præscriberet, quibus tam Officiales, quam Confratres proprio Superiori locali subjecti remaneant, ipse Stephanus Abbas Generalis, habita prius consideratione privilegiis sibi, et Ordini hujusmodi concessis, quædam statuta pro bono dictæ Confraternitatis regimine, gubernio, et administratione condidit, illaque per Officiales, et Confratres prædictæ Confraternitatis, præviis Nostris at hujus S. Sedis approbatione, et Beneplacito, exequenda esse mandavit, tanoris sequentis, videlicet = Regolamento per la Confraternita di S. Antonio di Avignone.

Tenor Statutorum pro confraternitate S. Antonii in Civitate Avenionis.

» In vigore dei privilegi accordati all' Ordine di S. Antonio della S. Sede Apostolica nelle Bolle di Bonifacio VIII., Clemente VII., Gregorio XV., Urbano VIII. ed altri ec. quali privilegi sottomettono le Cappelle, li Altari, e le Confraternite, e Società erette, e da erigersi sotto il titolo di S. Antonio, all' obedienza, giurisdizione, e totale superiorità dell' Abbate Generale di S. Antonio, ed ad istanza del Superiore della Commenderia di Avignone, il quale ci ha rappresentato, che la Confraternita eretta nella sua Chiesa, si governa da lei medesima, e senza veruna dipendenza, riceve dei Confratri, e li moltiplica a suo piacere, senza participazione del detto Superiore; li Camerlenghi impiegano le rendite della detta Confraternita come gindicano a proposito, e non rendono alcun conto al detto Superiore. Per ovviare simili abusi, ed impedirne altri, che nel tratto successivo di tempo potrebbero insorgere, Noi stabiliamo il presente Regolamento. » 1. La Confraternita di S. Antonio erettа nella Chiesa della Commenderia di S. Antonio di Avignone mostrerà, se ella è autorizzata dalli Abbati Generali di S. Antonio, da quali ella immediatamente dipende, secondo le sopradette Bolle. 2. La detta Confraternita riconoscerà per suo legittimo Superiore il Commendatore di S. Antonio di Avignone, e per contrasegno della sua dipendenza ella pagherà annualmente ad esso una giusta ed adeguata somma secondo le Bolle di Clemente VII. 3. Il ricevimento dei Confratri non potrà farsi senza parteciparlo al sudetto Superiore; li soggetti, che si vorranno accettare nella Confraternita saranno presentati avanti di esso, che informato de' loro costumi, li riceverà colle solite preci. » 4. L' elezione degli Offiziali si farà in presenza, e con aggradimento del Reverendo Superiore. 5. Li Offiziali saranno obbligati di render conto annualmente avanti il sudetto Superiore. 6. Li titoli, carte, e denari saranno tenuti in deposito dal Fratello scelto e nominato per Superiore, con il consenso della Confraternita, ed un inventario del deposito sarà rimesso al Superiore. 7. Li Uffiziali e Confratri non potranno congregarsi assieme, nè decidere sopra alcuno interessante affare, se non in presenza, o senza il consenso del Superiore. 8. Li

» Statuti della Confraternita saranno fra » le mani del detto Superiore per farli » valere in tempo di bisognò. 9. Sarà » permesso al detto Superiore d' escludere dalla Confraternita quelli che niegheranno sottomettersi alle presenti » Regole. In seguela della supplica presentata dal Commendatore di S. Antonio d' Avignone, concernente il Regolamento della Confraternita di S. Antonio eretta nella nostra Chiesa d'Avignone, vogliamo e commandiamo sotto l' autorità e buon piacimento del » Nostro S. Padre, a cui noi Umilissimi ricorriamo, che alli Articoli quì » di sopra accennati gli sia data esecuzione secondo la loro forma e tenore, e conformemente al nostro decreto posto in basso della detta Supplica fatta in S. Antonio, ed in Difinitorio li ventinove d' Ottobre mille » settecento cinquantotto. Stephanus Galland Abbas Generalis S. Antonii = N.Z. » Gussarot Def. Secret. Loco ✠ Sigilli.

Approbantur statuta ut supra relata.

§. 2. Cum sicut eadem expositio subjungebat, dictus modernus Abbas seu Præceptor, aut Commendatarius Avenionen, præinserta Statuta, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur prædictum Abbatem, seu Præceptorem, aut Commendatarium, specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinserta decreta ab ipso Stephano Abbate Generali condita, ut præfertur, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque et singulos, juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus et sanamus.

Supra relatis statutis prescriptiones, et declarationes nonnullæ adduntur.

§. 3. Ad majorem vero explicationem præinsertorum statutorum, ab ipso Stephano Abbate Generali, ut præfertur, conditorum, et ad dirimendas quascumque ambiguitates, quæ in præmissis in posterum oriri possunt; auctoritate et tenore prædictis, decernimus, statuimus, et declaramus, ut Officiales et Confratres dictæ Confraternitatis, si antiqua statuta in erectione ejusmodi Confraternitatis, seu subinde pro bono illius regimine et gubernio condita repererint, illa exhibere teneantur, et quatenus illa præinsertis novis statutis, quæ semper habeantur pro reformatione antiquorum, quæ nova reformatione, indigere nóscuntur, ac privilegiis eidem Ordini concessis minime adversentur, in omnibus, et per omnia observent, et observari debeant, si vero antiqua statuta hujusmodi, eisdem Ordinis prædicti privilegiis repugnare, ac auctoritate Abbatis Generalis minime condita fuisse repererint, illa tanquam nulla, irrita, et inania, et nullius roboris, et momenti habeant, ac haberi debeant, utque diem festum ejusdem S. Antonii Abbatis, majori, qua poterunt solemnitate, juxta annuos reditus ejusdem Confraternitatis, ac voluntarias illius Confratrum pecuniarum collationes juxta eorum conditiones et qualitates sponte exhibendas, celebrare teneantur; quodque singulis annis, die Dominica immediate sequenti festum prædictum, Camerarii, aliique Officiales ejusdem Confraternitatis per pluralitatem suffragiorum eligantur; Camerarii vero, aliique Officiales pro tempore existentes, absoluto respective munere unicuique demandato, intra octo dierum spatium, rationes eorum administrationis coram omnibus Confratribus antea indictis, et convocatis, et in una congregatis, in præsentia Abbatis seu Præceptoris, aut Commendatarii localis prædicti, accurate reddant et reddere omnino debeant. Insuper funda et capitalia, ac bona ad Confraternitatem prædictam nunc et pro tempore legitime spectantia et pertinentia, ac in posterum eidem Confraternitati donanda et relinquenda, ac per eamdem Confraternitatem quocumque modo acquirenda, nunquam alienentur, nec alienari possint, annuosque illorum fructus, reditus, et proventus, nisi de consensu, et deliberatione Confratrum coram ipso Abbate, seu Præceptore, aut Commendatario congregatorum in quoscumque usus minime impendantur, et erogentur, neque impendi et erogari possint; demum ipsi Officiales et Confratres in die festo principali Confraternitatis prædictæ, annua recognitione in signum subjectionis Abbati debitæ, seu pro annuo canone, seu censu unius Candelæ ceræ albæ ponderis unius libræ, prout etiam quisque, qui inter Confratres hujusmodi Confraternitatis adscribi et cooptari desideraverit, in die sui ingressus candelam ceræ albæ præ-

dictæ, ponderis mediæ libræ, eidem Abbati exhibere et consignare omnino debeant, liceatque, ac licitum sit ipsi moderno Abbati, seu Præceptori, aut Commendatario Avenionensi quoscumque Confratres jam adscriptos, qui præscriptis omnibus parere, illaque admittere, et observare, ac ipsi moderno, ac pro tempore existenti Abbati prædicto subjectum esse recusaverit, ab ipsa Confraternitate expellere, ejicere, et ab albo Confratrum delere.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; ac modernis et pro tempore existentibus dictæ Confraternitatis Confratribus plenissime suffragari, et ab iis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, et alios quoscumque, quavis auctoritate et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, declarandi, et interpretandi facultate, judicari, declarari, et interpretari debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xxiv. Martii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno primo.

XLVIII.

Dat. die 26. Martii 1759. Ann. I.

Ampliantur indulta alias concessa Ministris Generalibus et Ex-Generalibus Ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum circa Oratorium privatum inter Claustra Conventuum, in quibus pro tempore eos commorari contigerit.

Litteram in forma Brevis Clementis XII. diei 20. Decemb. 1757. vide in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Alias Ministro Generali hujus Ordinis indulta fuit facultas celebrandi quotidie per

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Josephus Manes Frater expresse professus, in Sacra Theologia Magister, ac Procurator Generalis Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod alias auctoritate Apostolica sub certis modo, et forma tunc expressis pro tempore existentibus Magistris Generalibus ejusdem Ordinis indultum fuit, ut ipsi in privato Oratorio Domus suæ habitationis intra claustra Conventuum dicti Ordinis, ubi eos pro tempore commorari contigisset, unam Missam pro unoquoque die per se ipsos celebrare libere, et licite possent, et valerent, et alios prout in Apostolicis desuper in simili forma Brevis expeditis Litteris, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus uberius dicitur contineri, et subinde rec: me: Clemens PP. XII. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die xx. Decembris MDCCXXXVII. expeditas Littera indultum prædictum pro tempore existentibus Magistris Generalibus Ordinis hujusmodi celebrandi in privatis Oratoriis Conventuum dicti Ordinis, in quibus eos commorari contigisset, ut præfertur, concessum ad pro tempore existentes ex Generales ipsius Ordinis, servata in reliquis prædictarum Litterarum forma et dispositione, eadem auctoritate extendit, et ampliavit.

se ipsos in privato Oratorio Conventus propriæ habitationis.

Eadem quotidianæ missæ facultas, ad ex-Generales Ministros extendit Clemens XII. speciali in id expedito Brevi.

Preces porrectæ pro ampliatione præcedentium indultorum.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dictus Josephus Procurator Generalis, qui (ut asserit) interdum accidere solet, ut Magistri Generales, et ex Generales prædicti nonnullis legitimis rationibus præpediti, vel senio confecti, aut corporis infirmitate detenti, Sacrosanctum Missæ Sacrificium per se ipsos celebrare minime possint, ac propterea Indultum hujusmodi per Nos extendi, et ampliari plurimum desideret. Nos igitur ejusdem Josephi Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus quoque ejus nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, moderno, ac pro tempore existenti Magistro Generali, ac ex Generalibus pro tempore itidem existentibus, ut ipsi in privato Oratorio Conventus, in quo ipsos pro tempore commorari, vel esse contigerit, Sacrosanctum Missæ Sacrificium sive per se ipsos,

Extenditur facultas Ministris Generalibus, et ex-Generalibus celebrari faciendi quotidie per Sacerdotem quemcumque Ordinis in præfatis privatis Oratoriis.

celebrare, seu per quemcumque alium dicti Ordinis Sacerdotem celebrari facere, libere, et licite possint, et valeant, servata in reliquis dictarum Litterarum forma et Dispositione, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Non obstantibus omnibus, et singulis illis quæ in dictis Litteris concessa sunt non obstare, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Martii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

LIX.

Dat. die 1. Aprilis 1759. Ann. I.

Confirmatur erectio Universitatis studii in Civitate Leopoli a Regibus Poloniæ facta sub directione Societatis Jesu, et hujus privilegia constituuntur quibus Cracoviensis Universitas præcedenter fruebatur.

Erecta fuit Universitas in Civitate Guatimala ab Innoc. XI. Constit. edit. 1687 Julii 18, itemque altera in Civitate S. Jacobi de Leon de Caraccas Indiarum Occidentalium ab Innoc. XIII. Constit. edit. 1722. Augusti 19.; nec non Universitas in Civitate Camerinensi à Benedicto XIII. Constit. edit. 1727 Julii 1. quae pronstrant in Bullario Mainardi.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Studium suum promovendi disciplinas præsertim Ecclesiasticas significat.

§. 1. In supereminentis Ecclesiæ solio, nullis licet nostris meritis, sed inscrutabili tantum Divinæ bonitatis consilio constituti, sollicitas animi Nostri cogitationes in id omne intendimus, quod Populorum utilitati, Animarumque saluti, ac Reipublicæ Christianæ incolumitati noscimus profuturum. Quapropter cum litterarum, et scientiarum studiis juvenilis ætas ad veritatem agnoscendam, justitiam colendam, pietatemque sequendam informetur, indeque solertes Dominicæ Vineæ Operarii, egregiique Catholicæ veritatis, et Ecclesiasticæ disciplinæ assertores, ac vindices instituantur, idcirco libenti animo Apostolicæ Auctoritatis Nostræ præsidium, et favore impendimus, ut hujusmodi studia ubilibet quantum patitur rerum, et locorum conditio excitentur, ac magis magisque urgeantur.

Preces porrectae pro Universitate Regio placito erectae, confirmatione.

§. 2. Sane pro parte Dilecti Filii moderni Rectoris Collegii studiorum Societatis Jesu Civitatis Leopolien, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod quamvis Collegium præfatum, ab assiduum Professorum dictæ Societatis laborem juxta laudabile ipsius Societatis institutum, et non vulgarem eorumdem in edocendis bonis artibus, et scientiis peritiam, a juvenibus illarum partium plurimum frequentetur, ac etiam Carissimus in Christo Filius Noster Augustus Poloniæ Rex illustris concessiones, et privilegia alias per cl. mem. Joannem Casimirum dum viveret dicti Regni Regem eidem Collegio elargita, confirmando et approbando, Collegium ipsum regia sua Auctoritate Universitatis titulo, et privilegiis omnibus, quibus Universitas studiorum, seu Accademia Cracovien. simili regia concessione gaudet, ornaverit, et gaudere voluerit; Nihilominus si idem Collegium Apostolica etiam auctoritate in publicam, et generalem studiorum Universitatem erigeretur, eique omnia et singula prædictæ Cracovien. et aliis præsertim Regni Poloniæ Universitatibus studiorum Generalium concessa privilegia, ut infra, tribuerentur, et concederentur, novum ipsi Juventuti, ac Nobilibus Polonis adderetur ad bonas artes excolendas, et studia prosequenda incitamentum. Pro qua quidem erectione, et concessione Apostolica, Indulto nostro perficienda, idem Augustus Rex datis, ad Nos Litteris gravissimum Regiæ suæ petitionis momentum, adjecit. Quare pro parte dicti Rectoris Nobis fuit humiliter supplicatum, ut dicti Collegii decori, et ampliori celebritati consulere, nec non Juventuti illarum Partium, ut post sedulam operam studiis ipsis præstitam debitas prærogativas, et præmia ad Dei Gloriam, et Catholicæ, puræque fidei, qua imbuti fuerint, propagationem, et decus assequi valeant, de Apostolica benignitate providere dignaremur.

Leopolien, Regia auctoritate, erectam Universitatem confirmat, illamque perpetuo Præposito Generali societatis Jesu submittit.

§. 3. Nos igitur satis perspectum habentes, prædictæ Societatis Alumnos ex proprii Instituti Lege, in id potissimum studiosos labores suos dirigere, ut cum scientiarum doctrina, solidam pietatem Discipulorum Animis inserant, ac omnium utilium disciplinarum studia, simulque Catholicæ Religionis prospera augmenta, quantum in Nobis est, promovere cupientes, dictum modernum Rectorem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sen-

tentiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, dictum Collegium Societatis Jesu in prædicta Leopolien: Civitate jam erectum, et institutum, Regiisque privilegiis, ut præfertur, donatum, ubi Scholæ nunc habentur, seu forsan in posterum ampliori forma constituentur in publicam studii generalis Universitatem, in qua dictæ Societatis Alumni, et Professores, Grammaticam, Rethoricam, Philosophiam, ac Theologiam scholasticam, et Moralem ac etiam Dogmaticam, et Positivam, Sacrosque Canones, ipsumque Jus Canonicum, nec non per Lectores tamen seculares etiam Jus Civile, aliarumque scientiarum studia profiteantur, et Juvenes quoscumque doceant, Apostolica auctoritate ipsarum tenore præsentium, sine tamen alicujus præjudicio in perpetuum erigimus, et instituimus. Ipsumque Collegium sic in publicam Universitatem erectum, et institutum curæ Regimini, et administrationi dictæ Societatis, illiusque Præpositi Generalis pro tempore existentis, et pro eo Rectoris ab ipso deputandi, eodem auctoritate etiam perpetuo subponimus, et submittimus.

Confirmatae Leopolien. Universitati privilegia, honores, et praeminentias tribuit, quibus Cracovienuis, caeteraeque Universitates pollent.

§. 4. Ac eidem Universitati sic erectæ, et institutæ, illiusque moderno, et pro tempore existenti Rectori, nec non Lectoribus, Magistris, Scholasticis, aliisque Personis pro ejus Regimine, et Administratione pro tempore deputandis quibuslibet, ut omnibus, et quibuscumque privilegiis, indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis, prærogativis, honoribus, et præeminentiis prædictæ Cracovien., aliique similibus publicis studiorum generalium Universitatibus, illarumque pro tempore existentibus Rectoribus, Magistris, Lectoribus, Doctoribus, Præceptoribus, Scholasticis, Procuratoribus, Bidellis, Nunciis, Officialibus, Ministris, et aliis Personis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, et æque principaliter in omnibus et per omnia uti, potiri, et gaudere.

Facultas promovendi ad Baccalaureatum, Licentiatum, et Doctoratum.

§. 5. Ac insuper prædicto Moderno, et pro tempore existenti Rectori Universitatis, ut præfertur, erectæ hujusmodi per Dilectum Filium modernum, et pro tempore existentem Præpositum Generalem dictæ Societatis pro tempore deputando, ut quoscumque ad illam accedentes, ac per debitum tempus ibidem studentes, si scientia, et moribus idoneos esse repererit in omnibus facultatibus, quæ in dicta Universitate, ut præfertur docentur, et leguntur ad Baccalaureatus etiam formati, licentiaturæ laureæ, ac Doctoratus, nec non Magisterii, et quoscumque alios solitos gradus, servata tamen in omnibus Decretorum Viennen. et Tridentini Conciliorum, juxta alias laudabiles quarumlibet publicarum Universitatum consuetudines forma promovere. Illisque sic promotis, ut post promotionem hujusmodi solita insignia deferre, ac gestare, et facultates ad quas promoti fuerint docere, et legere, ac interpretari, in iisque disputare, nec non quoscumque actus gradui, seu gradibus per eos receptis convenientes, ac alias omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, favoribus, prærogativis, et indultis, quibus alii in cæteris Universitatibus juxta illarum ritus, et mores ad gradus ipsos promoti de jure, vel consuetudine, aut alias utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum æque principaliter uti, potiri, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, ac respective etiam debeant, et teneantur, eadem auctoritate harum quoque serie concedimus, et indulgemus.

Rectori Universitatis facultatem impertitur, leges, et statuta condendi, corrigendi, et mutandi, Sacris Canonibus minime contraria.

§. 6. Præterea eidem Moderno, et pro tempore existenti Præposito Generali ut pro felici, ac prospero ipsius Universitatis, ut præfertur, erectæ Regimine, et gubernio, ac magis apta methodo, et norma Litteras, et scientias ibidem docendi, statuendisque Religiosis, ac piis exercitiis, quæ per ipsius Universitatis alumnos, et studentes frequentari debeant per se, vel alium, seu alios quacumque statuta, et ordinationes, licita tamen, et honesta, ac Sacris Canonibus, et prædicti Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis minime contraria edere, et promulgare, ac edita, et promulgata pro rerum, et temporum opportunitate mutare, corrigere, et reformare, seu illa cassare, vel abrogare, aliaque de novo condere, addere, et publicare, et pro illorum observatione adversus contravenientes pœnas condignas statuere, et statutas pro merito irrogare. Nec non dictæ Universitatis, ut præfertur, erectæ Lecto-

res, Magistros, Scholasticos, Procuratores, Bidellos, aliosque Ministros, et Officiales eligere, et nominare, ac electos, et nominatos amovere libere, et licite pro sui arbitrio possit, et valeat, plenam, et liberam facultatem eadem auctoritate per præsentes tribuimus, et impertimur. Præterea quibuscumque aliarum Universitatum, seu Scholarum Moderatoribus, et Præsidentibus, Regentibus, Lectoribus, Magistris, et quibusvis aliis etiam Superioribus Personis, ac loci quoque Ordinario, ne Universitatis, ut præfertur, erectæ Rectorem, Lectores, Magistros, Scholasticos, Ministros, et Personas, nec non studentes quovis prætextu per se, vel alium, seu alios super libero jurium ipsius Universitatis, ut præfertur, erectæ, ac privilegiorum ei, etiam ut præfertur, concessorum usu, et exercitio impedire, inquietare, vel molestare quoquomodo audeant, seu præsumant interdicimus, et inhibemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem præsentes, et in eis contenta quæcumque, semper firmas, validas, et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariis.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, harum quoque serie specialiter et expresse derogamus, et derogatum esse volumus, contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum absolutionis, erectionis, institutionis, concessionis, indulti, facultatum, attributionis, et impertitionis, interdicti, inhibitionis, mandati, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Septingentesimo quinquagesimo nono, septimo Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo.

L.

Dat. die 2. Aprilis 1759. Ann. I.

Conventus S. Martini ad Montes de Urbe, et S. Antonii Prænestis Ordinis B. M. de Monte Carmelo jam ante a Provincia Romana dismembrati, et Prioris Generalis jurisdictioni immediatæ subjecti, prædictæ Provinciæ Romanæ restituuntur.

Conventui collabenti S. Juliani de Urbe subrogavit Ecclesiam S. Martini ad Montes Bonifacius VIII. Constit. edit. 1299. Maii 1. et Conventum S. Antonii Prænestis a Provincia Romana dismembravit Urbanus VIII. Constit. edit. 1640. Octob. 20, quæ sunt in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Pontificis studium erga ea, quæ prodesse possunt iis qui Religionis jugo mancipantur.

§. 1. Sacrosancti Apostolatus officium humilitati Nostræ per abundantiam divinæ bonitatis, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio creditum, salubriter exequi, adjuvante Domino, jugiter satagentes, ad ea per quæ felici, prosperoque Christifidelium Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum regimini consulitur, libenter intendimus, munerisque Nostri pastoralis partes, propenso desuper studio interponimus, sicut Nos locorum, personarum, rerum, et temporum qualitatibus mature pensatis ad Omnipotentis Dei gloriam, et Religionis incrementum expedire in Domino arbitramur.

Bonifacius VIII. Ordini B. M. de Monte Carmelo Ecclesiam, domusque S. Martini ad Montes concessit in

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii modernus Prior Provincialis, ac Fratres omnes Provinciæ Romanæ, Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, quod alias felicis re-

Locum collebentis Conventus S. Juliani de Urbe.

cordationis Bonifacius PP. VIII. Prædecessor Noster per quasdam suas sub Plumbo, datum Laterani, Kalendas Maii, Pontificatus Sui Anno V. expeditas Literas, tunc existentibus Priori Generali, ac Fratribus dicti Ordinis, attento quod Conventus Sancti Juliani de Urbe, in quo Fratres ejusdem Ordinis tunc morabantur, propter dicti Conventus ineptitudinem, qui ruinosus existebat, et ab hominum habitatione remotus, in quo etiam aqua, nisi aliunde ferebatur, haberi minime poterat, remanere commode non poterant, Ecclesiam Sancti Martini in Montibus cum domibus, hortis, et circumpositis officinis, per dictos Priorem Generalem, et Fratres futuris, temporibus perpetuo retinendam, Auctoritate Apostolica, sub certis modo, et forma tunc expressis concessit.

Urbanus VIII. Conventum S. Antonii Praenestin a jurisdictione Prioris Provincialis Provinciae Romanae exemit, et jurisdictioni Prioris Generalis immediate subjecit.

§. 3. Postmodum vero rec. me. Urbanus PP. VIII. Prædecessor itidem Noster, per quasdam suas in simili forma Brevis, die xx. Octobris MDCXL. Motu-Proprio expeditas Literas, justis ex causis animum suum moventibus adductus, domum regularem Sancti Antonii Prænestin. Ordinis prædicti, illiusque tunc, et pro tempore existentes Priorem, Fratres, et Conventum, ac res, bona, juraque universa ab omni, et quacumque superioritate, et jurisdictione, visitatione, correctione, cura, et regimine, tunc, et pro tempore existentis Prioris Provincialis Provinciæ Romanæ memorati Ordinis prorsus, ac omnino, et perpetuo exemit, et liberavit, illamque, et illos, ac illa sic exemta omnimodæ jurisdictioni, superioritati, et gubernio tunc, et pro tempore existentis Prioris Generalis dicti Ordinis immediate in omnibus, et per omnia subjecit, et supposuit, et alias prout in dictis memoratorum Bonifacii et Urbani Prædecessorum Literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Praefatorum Conventuum dismembratio maximo detrimento fuit Provinciae Romanae

§. 4. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat dicti exponentes experientia semper compertum habuerint, dismembrationem dictorum duorum Conventuum ab eadem Provincia detrimentosam esse, eaque de causa alias, et præsertim anno MDCCXXX. nihil inexpertum reliquerint, ut dictus Conventus S. Martini, quem ad ipsam Provinciam propter quamplurimas legitimas rationes spectare existimarunt, ipsimet Provinciae restitueretur, et licet cognitio causæ hujusmodi cuidam peculiari, tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium specialiter deputatorum, Congregationi remissa fuerit, attentis oppositionibus a tunc existenti Priori Generali ipsius Ordinis factis restitutio, seu incorporatio Conventus, prædicti eidem Provinciæ denegata fuerit, ac propterea dicti exponentes asserentes restitutionem, incorporationemque memoratorum duorum Conventuum eidem Provinciæ, si fiat, in evidentem ipsius Provinciæ cessuram esse utilitatem, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Conventus S. Martini ad Montes de Urbe, et S. Antonii Praenestin iterum Provinciae Romanae aggregantur, et Prioris Provincialis juridictioni subjiciuntur.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, attentis voto, et consensu dilectorum filiorum modernorum dicti Ordinis Prioris Generalis, et Procuratoris Generalis Nobis exhibitis, et præstitis, non obstantibus memoratæ particularis Cardinalium Congregationis decreto, seu resolutione, dictisque literis memorati Urbani Prædecessoris tam primodictum Sancti Martini ad Montes, quam secundo dictum Sancti Antonii Prænestin. dicti Ordinis, nec non illorum in illis nunc existentis, ac illorum bona, res, et jura quæcumque, a quacumque superioritate, jurisdictione, cura, regimine, et gubernio peculiari tam moderni, quam pro tempore existentis Prioris Generalis Ordinis hujusmodi, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo eximimus, et liberamus, ac dictos Conventus Sanctorum Martini ad Montes, et Antonii Prænestin., sic per Nos ab omnimoda jurisdictione, et subjectione dicti Prioris Generalis exemtos, et liberatos, illorumque Priores, Fratres, et personas quascumque, nunc, et pro tempore existentes, nec non illorum bona mobilia, et immobilia, ac quæcumque jura eidem Provinciæ Romanæ, auctoritate, et tenore praesentis perpetuo unimus, et incorporamus, et quatenus opus sit restituimus, ac si unitos, in-

corporatos, et restitutos Conventus omnimodæ, et immediatæ subjectioni, jurisdictioni, curæ, regimini, et gubernio moderni, et pro tempore existentis Prioris Provincialis Provinciæ Romanæ, hujusmodi subjicimus, et supponimus, ac in omnibus, et per omnia, juxta alios Conventus ejusdem Provinciæ, et dicti Ordinis Constitutiones, subjectos esse, et fore decernimus, et declaramus, perpetuumque silentium super præmissis imponimus.

Clausula Sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariarum.

§. 7. Non obstantibus dicti Urbani Prædecessoris Literis, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis, Superioribus, et Personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore mansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Aprilis MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

LI.

Prævia Confimatione Litterarum Apostolicarum Benedicti XIV. super electione Abbatis Generalis, Definitoris, et aliorum Superiorum localium facienda a Monachis S. Antonii Congregationis Libanensis, irritat arbitrariam Generalis Capituli convocationem, et electiones in eo factas a quampluribus Monachis inobedientibus, eisque injungit obedientiam novo Abati Generali, aliisque Superioribus electis a Patriarcha Antiocheno, juxta facultates illi tributas a prælaudato Benedicto XIV.

Dat. die 11. April. 1759. Ann. I.

Venerabili Fratri Tobiæ Petro Patriarchæ Antiocheno Maronitarum.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater Salutem.

Gesta a Patriarcha Antiocheno juxta Literas Benedicti XIV probat.

§. 1. Quæcumque a Te Ven. Fr. ut omnimodam, debitamque Apostolicis in simili forma Brevis literis, quas felicis record. Benedictus XIV. Prædecessor Noster ad Te die 17 Mensis Maii 1757 dederat, exequutionem dares, gesta sunt pro dilectis filiis Monachis San. Antonii Congregationis Libanensis inobidientibus, ad officium suaviter, fortiterque revocandis, iisdemque exhortandis ad interessendum Capitulo Generali pro Abbatis Generalis, Definitorum, aliorumque super eorum localium electione celebrando, prout in memoratis literis præscribebatur, ea quidem non solum libenter audivimus, verum etiam magnopere probavimus.

Legitimas renunciat nominationes ab eodem Patriarcha Antiocheno factas.

§. 2. Quamobrem cum iidem Monachi sano consilio minime susceperint, imo in inobedientia perseverantes eousque processerint, ut aliud Capitulum Generale convocare in eoque Abbatem Generalem, Definitores, aliosque locales superiores eligere ipsi per se ausi fuerint; sapienter, et legittime fecisse Fraternitatem tuam pronuntiamur, quod juxta laudati Benedicti Prædecessoris literas, ac facultates Tibi in eisdem impertitas ad novi Abbatis Generalis in Persona dilecti Filii Antonii Seiocri, aliorumque Definitorum electionem deveneris. Ex quo certe major et culpabilior evasit prædictorum Monachorum inobedientia.

Vituperat inobedientiam Monachorum

§. 3. Quandoquidem Encyclica Fraternitatis Tuæ Epistola iterum invitati

Digitized by Google

mandatis Antiocheni Patriarchæ.

ad eos solum tamquam generales Religionis Superiores recognoscendos , qui auctoritate Apostolica a Fraternitate Tua electi fuerant , censuris etiam contra non parentes a te comminatis nihil permoti, non modo cum Berytum te contulisti , nemo eorum Fraternitatem tuam convenit , mandatisque tuis obtemperavit , verum etiam Gubernatorum infidelium auxilio freti , eo devenerunt , ut obedientes Monachos ab eorum Monasteriis per vim , et hostilem in modum ejecerint.

Comittit Patriarchae ut inobedientibus Monachis terminum præfiniat ad novos Superiores recognoscendos.

§. 4. Quapropter prævio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Propagandæ Fidei præpositorum consilio , expediens esse duximus Tibi , Ven. Fr. committere , et mandare (quemadmodum Apostolica Auctoritate tenore præsentium reipsa committimus, et mandamus) ut omnibus , et singulis Monachis inobedientibus hujusmodi, eum nostro Nomine indicas , et præscribas terminum tamquam ultimum , et peremptorium , qui juxta circumstantias opportunus tibi visus fuerit, intra quem ante Fraternitatem Tuam comparere , et se sistere, atque insimul vera animi demissione , sincerosque præteritarum culparum dolore, novum Abatem Generalem , aliosque Superiores a Te auctoritate Apostolica electos, solemniter recognoscere omnino teneantur.

Tribuit facultatem absolvendi a censuris incursis propter inobedientiam , et ab irregularitatibus.

§. 5. Quod si ita in se ipsi reversi , uti futurum in Domino confidimus, debitam obedientiam pollicebuntur Tibi , Ven. Fr. tenore , et auctoritate paribus, facultates necessarias tribuimus , ut ab omnibus censuris , et irregularitatibus propterea incursis eosdem absolvas , et dispenses. Præterea Fraternitatem Tuam maximopere rogamus , et poscimus , ut præfatis Monachis nostro nomine significes , quod si quæ majoris momenti, vel ipsorum excusationem, vel pro suorum Monasteriorum necessitatibus in medium proferre voluerint , ea ad Nos , et ad laudatam Congregationem Propagandæ Fidei dirigere , et trasmittere satagant. Nos enim non solum eadem paterna prorsus benignitate excipiemus , verum etiam omnia ea consilia inire curabimus , quæ ad restituendam , et conservandam in illorum Congregatione pacem , et concordiam aptiora , et utiliora videbuntur.

In inobedientia persistentes, incursos in novis Censuris , et Canonicis pœnis declarat.

§. 6. Si vero , elapso prædicto termino , in inobedientia (quod absit) adhuc perseveraverint , volumus , et mandamus , ut præter omnimodam prætensi Capituli ab iisdem Monachis inobedientibus celebrati , et electionum in ipso factarum annullationem , omnes , et singulos Monachos absque ulla penitus distinctione , qui præfato asserto Capitulo interfuerunt , in Censuras aliasque Canonicas pœnas incurrisse declares. Interea minime dubitamus quin hæc omnia sis expleturus eodem zelo , prudentiaque , ac mandata Prædecessoris nostri perficere studuisti , Deum enixe rogamus , ut acta utriusque nostrum ad majorem ejus gloriam intentos secundet , et Fraternitati Tuæ Apostolicam Benedictionem peramanter elargimur. Datum Romæ die 11 Aprilis 1759 Pontificatus Nostri Anno Primo.

LII.

Publicantur Literæ Processus in die Cœnæ Domini.

Dat. die 19. Aprilis 1759. Ann. I.

Eædem Literæ publicatæ fuerunt a prædecessoribus Pontificibus , et signanter a Clemente XI. constit. edit. 1701. Martii 24. ab Innocentio XIII. Const. edit. 1722. Aprilis 2. a Benedicto XIII. constit. edit. 1725. Martii 29 , et pluries in posterum.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium ab obligatione Romani Pontificis conservandi sarctam tectam Fidem Catholicam.

Pastoralis Romani Pontificis vigilantia , et sollicitudo , cum in omni Christianæ Reipublicæ pace , et tranquillitate procuranda pro sui muneris officio assidue versatur, tum potissimum in Catholicæ Fidei , sine qua impossibile est placere Deo , unitate , atque integritate retinenda , et conservanda , maxime elucet ; nimirum , ut Fideles Christi non sint parvuli fluctuantes , neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum ad circumventionem erroris , sed omnes occurrant in unitatem Fidei , et agnitionis Dei , in virum perfectum , neque se in hujus vitæ societate , et communione lædant , aut inter se alter alteri offensionem præbeat , sed potius in vinculo charitatis conjuncti , tanquam unius corporis membra sub CHRISTO capite , ejusque in terris Vicario Romano Pontifice , Beatissimi Petri Successore , a quo totius Ecclesiæ unitas dimanat, augeantur in ædificationem , atque ita divina gratia adjutrice , sic præsentis vitæ quiete gaudeant , ut fu-

tura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas sane causas Romani Pontifices Prædecessores Nostri, hodierna die, quæ anniversaria Dominicæ Cœnæ commemoratione solemnis est, spiritualem Ecclesiasticæ disciplinæ gladium, et salutaria justitiæ arma, per ministerium Summi Apostolatus, ad Dei gloriam, et animarum salutem solemniter exercere consueverunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius est, quam Fidei inviolatam integritatem, publicam pacem, et justitiam, Deo auctore, tueri, vetustum, et solemnem hunc morem sequentes:

Excommunicat Haereticos cujuscumque sectae, eorum fautores, nec non legentes, et imprimentes eorum libros; demum Schismaticos.

§. 1. Excommunicamus, et anathematizamus ex parte Dei omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostra, quoscumque Hussitas, Wicleffistas, Lutheranos, Zuinglianos, Calvinistas, Ugonottos, Anabaptistas, Trinitarios, et a Christiana Fide Apostatas, ac omnes, et singulos alios Hæreticos quocumque nomine censeantur, et cujuscunque Sectæ existant, ac eis credentes, eorumque receptores, fautores, et generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorumdem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate Nostra, et Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quavis causa, publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore: nec non Schismaticos, et eos, qui se a Nostra, et Romani Pontificis pro tempore existentes obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

Item singulas Personas, et Universitates ad futurum Concilium appellantes.

§. 2. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes, et singulos cujuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint; Universitates vero, Collegia, et Capitula, quocumque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, seu mandatis Nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium appellantes: nec non eos, quorum auxilio, consilio, vel favore appellatum fuerit.

Nec non Piratas, Corsarios, Latronesque maritimos.

§. 3. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, ac Latrunculos maritimos, discurrentes Mare Nostrum, præcipue a Monte Argentario usque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores et defensores.

Pariterque Naufragorum bona in quo- [illegible]

§. 4. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes, et singulos, qui Christianorum quorumcumque, Navibus, tempestate, seu in transversum (ut dici solet) jactatis, vel quoquomodo naufragium passis, sive in ipsis Navibus, sive ex eisdem ejecta, in Mari, vel in littore inventa, cujuscumque generis bona, tam in Nostris Tyrrheni, et Adriatici, quam in cæteris cujuscumque Maris Regionibus, et littoribus, surripuerint; itaut nec ob quodcumque privilegium, consuetudinem, aut longissimi, et immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum, excusari possint.

Nova pedagia, seu gabellas imponentes absque Apostolicae Sedis licentia.

§. 5. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes, qui in Terris suis nova Pedagia, seu Gabellas, præterquam in casibus sibi a jure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permissis, imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

Falsificantes Literas Apostolicas, easque falsa publicatione auctorantes.

§. 6. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes Falsarios Literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, ac Supplicationum, gratiam, vel justitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vice-cancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum, nec non falso publicantes Literas Apostolicas, etiam in forma Brevis, et etiam falso signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vice-cancellarii, aut gerentium vices prædictorum.

Arma, et auxilium praebentes Christiani nominis inimicis.

§. 7. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, et alios Christiani nominis hostes, et inimicos, vel hæreticos, per Nostras, sive hujus Sanctæ Sedis sententias expresse, et nominatim declaratos, deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quam alia quacumque materia, et ipsam materiam, aliaque hujusmodi, quibus Christianos, et Catholicos impugnant: nec non illos, qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus in Christianorum perniciem, et damnum, ipsos Turcas, et Christianæ Religionis inimicos, nec non Hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstant: non obstantibus quibuscumque privilegiis, quibusvis Personis, Principibus, et

Digitized by Google

Rebuspublicis, per Nos, et Sedem praedictam hactenus concessis, de hujusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

Omnes impedientes eos, qui victualia, aliaque ad usum Romanae Curiae deferunt.

§. 8. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes impedientes, seu invadentes eos, qui victualia, seu alia ad usum Romanæ Curiæ adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt, per se, vel alios, cujuscunque fuerint ordinis, praeminentiæ, conditionis, et status, etiamsi Pontificali, seu Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana praefulgeant Dignitate.

Persequutores eorum qui ad Apostolicam Sedem veniunt, vel qui in Romana Curia commorantur.

§. 9. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, et recedentes ab eadem, sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent: nec non illos omnes qui, jurisdictionem ordinariam, vel delegatam a Nobis, vel Nostris Judicibus non habentes, illam sibi temere vindicantes, similia contra morantes in eadem Curia audent perpatrare.

Nec non qui peregrinos ad Urbem devotionis causa venientes quoquo modo molestaverint.

§. 10. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu deprædantes Romipetas, seu Peregrinos ad Urbem, causa devotionis, seu peregrinationis accedentes, et in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, et in eis dantes auxilium, consilium, vel favorem.

Item hostiliter offendentes S. R. E. Cardinales, caeterosque Ecclesiastico gradu praeminentes.

§. 11. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostlicæ Legatos vel Nuncios, aut eos a suis Diœcesibus, Territoriis, Terris, seu Dominiis ejicientes: nec non ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium, vel favorem.

Offendentes etiam universos ad Curiam recurrentes pro eorum Negociis, vel Causis quomodocumque defendantes.

§. 12. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes illos, qui per se, vel alios, Personas Ecclesiasticas quascumque, vel sæculares ad Romanam Curiam super eorum causis, et negociis recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, Advocatos, Procuratores, et Agentes, seu etiam Auditores, vel Judices super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negotiorum hujusmodi, occidunt, seu quoquomodo percutiunt et bonis spoliant: seu qui per se, vel per alios directe, vel indirecte, delicta hujusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cujuscumque præeminentiæ, et dignitatis fuerint.

Appellantes a gravamine vel futura exequutione Literarum Apostolicarum ad Laicam potestatem.

§. 13. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos, quam Sæculares cujuscumque dignitatis, qui prætexentes frivolam quandam appellationem a gravamine, vel futura exequutione Litterarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam justitiam concernentium, nec non citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, exequutorialium, et aliorum decretorum, a Nobis, et a Sede prædicta, seu Legatis, Nuntiis, Præsidentibus, Palatii Nostri, et Cameræ Apostolicæ Auditoribus, Commissariis, aliisque Judicibus, et Delegatis Apostolicis emanatorum, et quæ pro tempore emanaverint, aut alias, ad Curias sæculares, et laicalem potestatem recurrunt, et ab ea, instante etiam Fisci Procuratore, vel Advocato, appellationes hujusmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, et alia prædicta, capi, et retiueri faciunt, quive illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, et consensu, vel examine exequutioni demandari, aut ne Tabelliones, et Notarii, super hujusmodi literarum, et processuum exequutione, instrumenta, vel acta conficere, aut confecta, parti, cujus interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent: Ac etiam Partes, seu eorum Agentes, Consanguineos, Affines, Familiares, Notarios, exequutores, et Subexequutores literarum, citationum, monitoriorum, et aliorum prædictorum, capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Civitatibus, Locis, et Regnis, ejiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt, et comminantur per se, vel alium, seu alios, publice, vel occulte: quive alias quibuscumque personis, in genere, vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotiis prosequendis, seu gratiis, vel literis impetrandis, ad Romanam Curiam, accedant, aut recursum habeant seu gratias ipsas, vel literas a dicta Sede impetrent, seu impetratis utantur, directe, vel indirecte prohibere, statuere, seu mandare, vel alias apud se, aut Notarios, seu Tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

Temere avocantes a Delegatis Sedis Apostolicae aliisque Judicibus Ecclesiasticis Causas beneficiales, et spirituales.

§. 14. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes, et quoscumque, qui per se, vel alios auctoritate propria, ac de facto, quarumcumque exemptionum, vel aliarum Gratiarum, et Literarum Apostolicarum praetextu, beneficiales, et decimarum, ac alias causas spirituales, et spiritualibus annexas ab Auditoribus, et Commissariis nostris, aliisque Judicibus Ecclesiasticis, avocant; illorumque cursum, et audientiam, ac personas, Capitula, Conventus, Collegia, causas ipsas prosequi volentes, impediunt, ac se de illarum cognitione, tamquam Judices interponunt: quive partes actrices, quae illas committi fecerunt, et faciunt, ad revocandum, et revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, ad faciendum, vel consentiendum, eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, a censuris, et poenis in illis contentis absolvi, per statutum, vel alias compellunt; vel exequutionem Literarum Apostolicarum, seu exequutorialium, processuum, ac decretorum praedictorum, quomodolibet impediunt; vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum praestant; etiam praetextu violentiae prohibendae, vel aliarum praetensionum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, ut dicunt, supplicaverint, ac supplicari fecerint; nisi supplicationes hujusmodi coram Nobis, et Sede Apostolica legitime prosequantur; etiamsi talia committentes fuerint Praesidentes Cancellariarum, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Consiliarii ordinarii, vel extraordinarii, quorumcumque Principum saecularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque praefulgeant Dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates Commendatarii, seu Vicarii fuerint.

Impedientes exequutionem Literarum Apostolicarum, aliarumque expeditionum Judicum supradictorum.

Judices saeculares qui Ecclesiasticas personas trahunt ad sua Tribunalia.

§. 15. Quive ex eorum praetenso officio, vel ad instantiam partis, ut aliorum quorumcumque, personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiarum quarumcumque coram se ad suum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Consilium, vel Parlamentum, praeter Juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirecte, quovis quaesito colore: Nec non qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quaevis alia decreta in genere, vel in specie, et quavis causa, et quovis quaesito colore, ac etiam cujusvis consuetudinis, aut privilegii, vel alias quomodolibet fecerint, ordinaverint, et publicaverint, vel factis, et ordinatis usi fuerint, unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo laeditur, vel deprimitur, aut alias quovis modo restringitur, seu Nostris, et dictae Sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum juribus quomodolibet directe, vel indirecte, tacite, vel expresse praejudicatur.

Publicantes ordinationes, et pragmaticas, Ecclesiasticae libertati praejudiciales, eisque utentes

Impedientes Ecclesiarum Praelatos aliosque Judices Ecclesiasticos, ne sua jurisdictione utantur.

§. 16. Nec non qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Superiores, et inferiores Praelatos, et omnes alios quoscumque Judices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directe, vel indirecte, carcerando, vel molestando eorum Agentes, Procuratores, familiares, nec non consanguineos, et affines, aut alias impediunt, quominus sua jurisdictione Ecclesiastica contra quoscunque utantur, secundum quod Canones, et Sacrae Constitutiones Ecclesiasticae, et Decreta Conciliorum generalium, et praesertim Tridentini, statuunt. Ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis Delegatorum quorumcumque sententias, et decreta, aut alias, fori Ecclesiastici judicium eludentes, ad Cancellarias, et alias Curias saeculares recurrunt, et ab illis prohibitiones, et mandata, etiam poenalia, Ordinariis, et delegatis praedictis decerni, et contra illos exequi procurant: Eos quoque qui haec decernunt, et exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, et favorem eisdem.

Recurrentes ad Curias saeculares ad eludenda Judicia Fori Ecclesiastici, et in iis auxiliantes.

Usurpantes, et sequestrantes fructus bonorum ad Sanctam Sedem, et Ecclesias spectantium.

§. 17. Quive jurisdictiones, seu fructus, redditus, et proventus ad Nos, et Sedem Apostolicam, et quascumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, et aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia, sequestrant.

Imponentes collectas, et alia onera personis Ecclesiasticis, et eorum bonis, nec non fautores, et auxiliatores.

§. 18. Quive collectas, decimas, talleas, praestantias, et alia onera, Clericis, Praelatis, et aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum, et Ecclesiarum, Monasteriorum, et aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, et proventibus hujusmodi, absque simili Romani Pontificis speciali, et expressa licentia imponunt, et diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam a sponte dantibus, et concedentibus recipiunt: Nec non qui per se, vel alios, directe, vel indirecte, praedicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem praestare non verentur, cujuscumque sint praeeminentiae, dignitatis, ordinis, con-

ditionis, aut status, etiamsi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, et alii Potentatus quicumque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, et Terris quoquomodo Præsidentes, Consiliarii, et Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti: Innovantes decreta super his per Sacros Canones, tam in Lateranensi novissime celebrato, quam aliis Conciliis generalibus edita, cum censuris, et pœnis in eis contentis.

Judices seculares, qui se interponunt in Causis criminalibus contra personas Ecclesiasticas.

§. 19. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes, et quoscunque Magistratus, et Judices, Notarios, Scribas, Exequutores, Subexequutores quomodolibet interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, et expressa hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia: Quique hujusmodi licentiam ad personas, et casus non expressos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiamsi talia committentes fuerint Consiliarii, Senatores, Præsidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

Occupantes Almam Urbem, aliasque Provincias, Civitates, et Loca ad Romanam Ecclesiam pertinentia, jurisdictionemque usurpantes.

§. 20. Item excommunicamus, et anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios directe, vel indirecte, sub quocumque titulo, vel colore, invadere, destruere, occupare, et detinere præsumpserint, in totum, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliæ, Insulas Sardiniæ, et Corsicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium Beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaisinum, Sabinensem, Marchiæ Anconitanæ, Massæ Trabariæ, Romandiolæ, Campaniæ, et Maritimæ Provincias, illarumque terras, et loca, ac terras specialis commissionis Arnulforum, Civitatesque Nostras, Bononiam, Cæsenam, Ariminum, Beneventum, Perusium, Avenionem, Civitatem Castelli, Tudertum Ferrariam, Comaclum, et alias Civitates, terras, et loca, vel jura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictæque Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjecta: nec non supremam jurisdictionem in illis, Nobis, et eidem Romanæ Ecclesiæ competentem, de facto usurpare, perturbare, retinere, et vexare variis modis præsumunt: nec non adhærentes, fautores, et defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes.

Hanc constitutionem usque ad novam illius publicationem perduraturam fore decernit.

§. 21. Volentes, præsentes Nostros Processus, ac omnia, et quæcumque his litteris contenta, quousque alii hujusmodi processus a Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omnino sortiri. Cæterum a prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, et satisfaciendo, cautione præstita, absolvi possit, etiam prætextu quarumvis facultatum, et indultorum, quibuscumque Personis Ecclesiasticis, Sæcularibus, et quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum, Regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, et eorum Monasteriis, Conventibus, et Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, et Locis Piis, nec non Laicis etiam Imperiali, Regali, et alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, et dictam Sedem, ac cujusvis Concilii decreta, verbo, literis, aut alia quacumque scriptura in genere, vel in specie concessorum, et innovatorum, aut concedendorum, et innovandorum.

Absolutionem a censuris supra latis, Romano tantum Pontifici reservat.

Excommunicat praesumentes aliquem absolvere contra tenorem praesentium.

§. 22. Quod si forte aliqui, contra tenorem præsentium, talibus excommunicatione, et anathemate laqueatis, vel eorum alicui, absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos excommunicationis sententia innodamus: gravius contra eos spiritualiter, et temporaliter, prout expedire noverimus, processuri.

Pontificis absolutio eos tantum comprehendit, qui a praemissis destiterint.

§. 23. Declarantes, ac protestantes, quamcumque absolutionem, etiam solemniter per Nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi prius a præmissis cum vero proposito ulterius similia non committendi, destiterint, ac, quoad eos, qui contra Ecclesiasticam libertatem, ut præfertur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, et decreta hujusmodi publice revocaverint, et ex Archiviis, seu Capitularibus Locis, aut Libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, et cassari, ac Nos de revocatione hujusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per hujusmodi absolutionem, aut quoscumque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, et tolerantiam nostram, vel

Successorum Nostrorum quantocumque tempore continuatam, in præmissis omnibus, et singulis, ac quibuscumque juribus Sedi Apostolicæ, ac S.R.E. undecumque, et quandocumque quæsitis, vel quærendis, nullatenus præjudicari posse, aut debere.

Derogat contrariis.

§. 24. Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, indultis, et literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis, cujuscumque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, et præeminentiæ fuerint, etiamsi, ut præfertur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis Ecclesiastica, et mundana præfulgeant dignitate, val eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, seu locis, a prædicta Sede, ex quavis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, et sub quavis alia forma, et tenore, ac cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, concessis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, indulgentiis, et indultis hujusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, et dignitatibus eorum mentionem; nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præscriptionibus, quantumcumque longissimis, et aliis, quibuslibet observantiis, scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos Nostros Processus, ac sententias, quominus includantur in eis, se juvare valeant, vel tueri: Quæ omnia, quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso insererentur, præsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, et omnino revocamus; cæterisque contrariis quibuscumque.

Etiam indulto, quod quis excommunicari non possit, nisi facta ejusdem indulti mentione.

Affixionem præsentium in Urbe, vim personalis intimationis habere decernit.

§. 25. Ut vero præsentes nostri Processus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas, Processus ipsos continentes, valvis Basilicæ Sancti Joannis Lateranensis, et Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe appendi faciemus, ut ii, quos Processus hujusmodi concernunt, quod ab ipsos non pervenerint, aut quod ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem prætendere, ant ignorantiam allegare, cum non sit verisimile, id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Annua præsentium publicatio, per quoslibet Prælatos in propriis Ecclesiis ordinatur.

§. 26. Insuper, ut Processus ipsi, et præsantes literæ, ac omnia, et singula in eis contenta eo fiant notoria, quo in plerisque Civitatibus, et locis fuerint publicata, universis, et singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, et locorum Ordinariis, et Prælatis, ubilibet constitutis, per hæc scripta committimus, et in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, ut per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries, in Ecclesiis suis, dum in eis major Populi multitudo ad divina convenerit, solemniter publicent, et ad Christifidelium mentes reducant, nuncient, et declarent.

Singuli Prælati, et animarum curam exercentes, has Literas penes se retinere debere demandatur.

§. 27. Cæterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, aliique locorum Ordinarii, et Ecclesiarum Prælati, nec non Rectores, cæterique curam animarum exercentes, ac Presbyteri sæculares, et quorumvis Ordinum Regulares ad audiendas peccatorum confessiones, quavis auctoritate deputati, transumptum præsentium litterarum penes se habeant, easque diligenter legere, et percipere studeant.

Transumptorum fides.

§. 28. Volentes earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, et sigillo Judicis Ordinarii Romanæ Curiæ, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eamdem prorsus fidem in judicio, et extra illud ubique locorum adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Poenas irrogat.

§. 29. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innovationis, declarationis, protestationis, sublationis, revocationis, commissionis, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo nono, Pridie Idus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo.

LIII.

Dat. die 27. Aprilis 1759. Ann. I.

Confirmatio Constit. Benedicti XIV. super divisione Provinciæ Mediolanensis Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum, et super alternativa electione Superiorum in dicta Provincia.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Constitutio Benedicti XIV. de qua hic sermo est, habetur in præsenti integre inserta.

Exordium.

Quæcumque ad majorem Regularis disciplinæ observantiam, et Religiosorum Ordinum commodum, incrementum, regimen, et administrationem in Domino conspicimus profutura, ac ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris in præmissis provide emanasse noscuntur, eadem, quo salubrius promoveantur, ac statuta perennius persistant, supremas Apostolicæ procurationis Nostræ partes grato, libentique animo interponere non dedignamur.

Textus constitutionis Benedicti XIV.

§. 1. Emanarunt nuper a Benedicto XIV. Prædecessore Nostro quædam litteræ tenoris sequentis, videlicet = Bedictus Papa XIV. = Ad futuram rei memoriam = Sacrosancti Apostolatus officium humilitati nostræ, nullo licet meritorum nostrorum suffragio divinitus impositum salubriter exequi, adjuvante Domino satagentes, illa, quæ pro felici, prosperoque Religiosorum Virorum Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum regimine, directione, et gubernio provide constituta esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis nostri, cum id a Nobis petitur, patrocinio libenter constabilimus. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Procurator, et Definitores Generales, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, quod cum in Provincia Mediolanensi dicti Ordinis post divisionem, et separationem Provinciæ S. Josephi a Leonissa nuncupat. ejusdem Ordinis a Nobis per quasdam nostras in simili forma Brevis die 18. Decembris 1750. expeditas litteras, quarum initium est = Injuncti Nobis etc. factam, triginta quinque Conventus ex diversis Nationibus, et Ditionibus remaneant, novo sistemate pro illorum gubernio indigere satis constat, ut æqua munerum, et officiorum, quantum fieri potest, distributio statuatur, nec ulla pars, sive Natio despecta, seu suis officiis, et muneribus destituta remaneat; sicque omnium jurgiorum, et quærelarum occasio tollatur: a pax, charitas, et concordia in perpetuum firmetur in ea, et statuatur. Perpensis itaque, et mature consideratis iis omnibus, quæ spectant ad laudabilem adæquationem, habito etiam, prout decet, rationabili respectu ad quascumque Nationes eamdem Provinciam componentes, quoddam sistema, seu quamdam alternativam in Capitulis dictæ Provinciæ pro tempore habendis in electione Superiorum, et Officialium observandam jam a Dilectis itidem Filiis Ministro, et Definitoribus Provincialibus dictæ Provinciæ ex communi consensu expositam approbarunt; Tenor autem novi sistematis seu alternativæ est, qui sequitur, videlicet = Piano formato dal M. R. Diffinitorio della Provincia di Milano il dì diciotto Settembre mille settecento cinquantasei per la buona armonia della Provincia medema.

I. Vi saranno in Provincia trè Custodie, la Milanese, la Comasca, e la Cremonese. La Milanese comprenderà Milano Concezione, Milano S. Vittore, Abbiate, Cardano, Cassano, Cerro, Erba, Lecco, Melegnano, Melzo, Merate, Monza, Rhò, Tradate, Varese, Verano. La Custodia Comasca comprenderà Como, Bellagio, Bigorio, Chiavenna, Domaso, Faydo, Locarno, Lugano, Mendrisio, Morbegno, Porlezza, Sondrio. La Custodia Cremonese comprenderà Cremona, Casalposterlengo, Lodi, Pavia, Pizzighettone, S. Angelo, Soresina. Con ciò saranno tolte di mezzo la Vicecustodia.

II. Vi saranno in Provincia quattro Nazioni: La Milanese, la Ducale, la Comasca, e la Cremonese. La Milanese comprenderà li due Conventi di Milano, quello cioè dell' Immacolata Concezzione, e quello di S. Vittore, La Ducale sarà composta di quindici Conventi situati sul Ducato di Milano, compreso quello di Porlezza. La Comasca abbraccierà i tre Conventi del Dominio Austriaco, Como, Bellagio, Domaso, i cinque Conventi del Dominio Elvetico, ed i tre di Dominio Reto, cioè i primi Bigorio, Faydo,

Digitized by Google

Locarno, Mendrisio; i Secondi Chiavenna, Morbegno, Sondrio. La Cremonese comprenderà tutti e sette li sopradetti Conventi della Custodia di Cremona.

III. = La Nazione Milanese avrà otto Guardiani, e sette Vicarj. Avrà sempre la Guardianìa di S. Vittore, a riserva di quando avrà la Guardianìa della Concezzione; Però detta Guardianìa di S. Vittore sia sempre coperta almeno da un Padre Ex Diffinitore, il quale non essendovi, o non potendo esservi a tenore delle nostre Leggi, dovrà surrogarsi un Diffinitore, o Ex Diffinitore di altra Nazione. La Guardianìa della Concezione si metterà in perfetto Torno, di cui il primo triennio si è il corrente, in cui è Guardiano un Padre della Nazione Comasca, rimettendosi quanto al rimanente del Torno all' elezione dei futuri Diffinitori: Con che però il Guardiano della Concezione sia sempre come quello di S. Vittore, o attualmente Diffinitore, o almeno Ex Diffinitore.

IV. = La Nazione Ducale essendo composta di quindici Conventi avrà dodici Guardiani, o dodici Vicarii.

V. = La Nazione Comasca essendo composta di undici Conventi avrà dieci Guardiani, e nove Vicarj. In detta Nazione li soli otto Conventi de' due Dominj Elvetico, e Reto contribuiranno al Capo della Provincia una Guardianìa delle due, e due Vicarìe delle quattro, che perdevano, riacquistando per se l' altra Guardianìa, e le due altre Vicarìe. Due delli tre Voti riacquistati, siano fissamente de' cinque Conventi del Dominio Elvetico, ed uno delli tre Conventi del Dominio Reto: Alternando la detta Guardianìa trà essi, a beneplacito del Diffinitorio, secondo il merito, e l' opportunità de' Soggetti, e considerandosi dette due Nazioni Elvetica, e Reta, quanto più si potrà come indivisa colla sostituzione dei Soggetti dell' una all' altra parte, qualora o l' una, o l' altra parte venisse a mancarne. Quando il Provinciale sarà della Nazione Comasca di qualunque dei tre Dominj della medesima, ciascuna parte delle due, che avrà la detta Guardianìa, la contribuirà alla Nazione Milanese per l' altra parte, che avrà il Provinciale, ricevendo in vece dalla Nazione, che avrà il Provinciale, una Vicaria. In detta Nazione Comasca, Como, e li due Conventi Bellagio, e Damaso, saranno un Corpo indistinto, ed affatto illesi nelle loro tre Guardianìe, e tre Vicarìe, toltone, quando tal corpo avendone il Provinciale, dovrà contribuire alle due Nazioni Elvetica, e Reta una Vicaria in luogo della Guardianìa da esse all' ora contribuita alla Nazione Milanese.

VI. = La Nazione Cremonese composta de' sudetti sette Conventi di sua Custodia avrà sei Guardiani, e sette Vicarj, rilasciando una Guardianìa ai Padri Milanesi, ed in caso, che avrà il Provinciale, rilascierà ai Padri medesimi, oltre la Guardianìa sudetta, una Vicaria, nel qual caso solo i Padri Milanesi si accontenteranno di sette Guardianìe, ed otto Vicarìe.

VII. = La Nazione Ducale composta di quindici Conventi, accorda ai PP. Milanesi tre Guardianìe, e tre Vicarìe, e quando avrà il Provinciale, accorda un' altra Guardianìa.

VIII. = Il Provincialato anderà per Torno, il quale si regolerà in guisa, che a capo di trentanove anni, incominciati dall' elezione del presente Padre Provinciale, le tre Nazioni Milanese, Comasca, e Cremonese avrà ciaschedune tre volte il Provinciale, e la Ducale quattro; E siccome la Nazione Comasca da quarant' anni in circa non ebbe il Provinciale, così nel primo Capitolo sarà la prima ad averlo, regolandosi il seguito del Torno, come segue = Torno del Provincialato = I. = Ducali attualmente = II. = Comaschi = III. = Milanesi = IV. = Ducali = V. = Cremonesi = VI. = Comaschi = VII. = Milanesi = VIII. = Ducali IX. = Cremonesi = X. = Comaschi = XI. = Ducali = XII. = Milanesi = XIII. = Cremonesi.

IX. = Dovendosi necessariamente ad una delle quattro Nazioni componenti la Provincia doppio luogo in Diffinitorio, si è convenuto, che questo doppia debba reglarsi ad un perfetto Torno di dodici anni, compreso nel Torno il corrente triennio, e quanto al seguito, rimettendosi all' infrascritto esemplare = Torno del doppio Diffinitorato = I. = Ducale attualmente = II. = Milanese = III. = Comasco = IV. = Cremonese.

X. = Il Provinciale, e Diffinitori si eleggeranno indifferentemente da qualunque parte delle quattro Nazioni secondo il Torno accordato, senza riguardo a subdivisioni eziandio nella Nazione Ducale più numerosa, alla quale, per questo solo titolo di essere più numerosa d' ogni altra, si concede la doppia della Lettura Scolastica. Le altre tre Nazioni avranno la consueta Lettura Scolastica. Gli Studenti, a tenore del De-

creto emanato dal Rmo Deffinitorio Generale, si promoveranno in ordine di Anzianità.

XI. = I Maestri de' Novizj, si eleggeranno affatto indifferentemente, senza riguardo a Torno, o successione, mà alla maggiore sola idoneità de' Soggetti; e quanto alla continuazione nell' Ufficio, sarà in rimessa de' P. P. Provinciale, e Diffinitori pro tempore, secondo la loro coscienza, il farli continuare, o cessare = Fr. Giannantonio dal Bulciago Ministro Provinciale = Fr. Francesco Antonio da Varese Diffinitore = Fr. Diego da Lugano Diffinitore. = Fr. Paolo Maria da Milano Diffinitore = Fr. Mario da Pizzighettone Diffinitore =. Expositum, superius sistema Provinciæ Mediolanensis, pro tuenda pace, et æquitate in electionibus ab unanimi consensu omnium Nationum, eamdem Provinciam componentium, comprobatum, et acceptatum, Nos pariter approbamus, et quantum ex Nobis est confirmamus, ac firmæ exequutioni mandandum esse censemus, si Apostolica dispensatione firmetur, prout etc. Datum Romæ ex Deffinitorio nostro Generali die xxx. Septembris 1756. = Fr. Amatus a Lamballa Procurator, et Commissarius Generalis = Fr. Paulus a Colindres Deffinitor Generalis = Fr. Sigismundus a Mediolano Deffinitor Generalis = Fr. Hilarion a Feroleto Deffinitor Generalis = Fr. Joseph Maria a Savorniano Deffinitor Generalis = Fr. Ludovicus a Taurino Deffinitor Generalis = Remissa a Nobis superius expressa instantia Congregationi Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositæ, suum edidit Decretum tenoris sequentis = Sacra Congregatio Emorum, Rmorum S.R.E. Cardinalium, Negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præposita, attento suffragio Emi Cavalchini Præfecti, et præfati Ordinis ad S. Sedem Protectoris, eidem benigne remisit, ut veris existentibus narratis, Oratorum precibus, pro suo arbitrio, et prudentia indulgeat pro petita confirmatione. Romæ 19. Novembris 1756. C. A. C. Cavalchini = Nos Carolus Albertus Tituli S. Mariæ de Pace Presbyter Cardinalis Guidobonus Cavalchini, Sacræ Congregationis, Negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositæ Præfectus, et Ordinis Cappuccinorum apud S. Sedem Protector = Utentes facultate a Sacra Congregatione, vigore præinserti Decreti Nobis impartita, quum veritatem narratorum in precibus satis compertam habeamus, sistemati superius exposito petitæ confirmationis robur adjicimus. Ex Ædibus nostris hac die vigesima nona Novembris 1756. Carolus Albertus Cardinalis Cavalchini Præfectus, et Protector etc. = P. H. Guglielmi Secretarius = Loco ✠ Sigilli.

§. 2. Cum autem sicuti eadem expositio subjungebat, d. Exponentes præmissa omnia quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent; Nos ipsos Exponentes, specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, et pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertam alternativam a dictis Ministro, et Deffinitoribus Provincialibus Provinciæ Mediolanensis propositam, et a Deffinitorio in Superiorum electione non minimam confusionem afferre dignoscuntur, ex injuncto Nobis divinitus Pastoralis officii debito, quantum cum Domino possumus providere, ac incomodis, quæ ex præmissis in ipsa Provincia oriri possint, pro peculiari nostra erga dictum Ordinem charitate, mature occurrere cupientes; Motu proprio, ac ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præinsertas Benedicti Prædecessoris litteras, omniaque, et singula in eis quomodolibet contenta, et expressa, tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, atque innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ipsasque Benedicti Prædecessoris litteras præinsertas, ac omnia, et singula in eis contenta, et expressa, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter, et inconcusse ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum, quacumque tergiversatione remota, sub indignationis nostræ, ac suspensionis a Divinis, ac privationis officiorum, per quoscumque dictæ Provinciæ Professores obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, et alia imposte-

Confirmat Literas Benedicti XIV., illasque observari præcipit.

Pœnas irrogat contra inobedientes.

rum obtinenda, ipso facto, absque alia declaratione, incurrendis pœnis, debitæ exequutioni demandari, ac demandatas observari. præcipimus, volumus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes, ac præinsertas Benedicti Prædecessoris litteras, ac in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet cujusvis status, gradus, et præeminentiæ, Provinciæ præfatæ Alumni, forsan jus in præmissis, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, neque causæ propter quas tam præinsertæ Benedicti Prædecessoris, quam præsentes litteræ emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis juridica, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, et totalis læsionis, ullo umquam tempore de surreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, ac in excogitabili defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in Judicio, et extra illud, uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes, et præinsertas litteras, et in eis contenta quæcumque, et expressa semper, et perpetuo firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, ac pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et inviolabiliter observari, et adimpleri, neque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, et Apostolicæ Sedis Nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, ac definiri debere; ac irritum, et inane, si secus super his quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ, et Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque,

Transumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Aprilis MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

LIV.

Dat. die 28 April. 1759. Ann. I.

Confirmatio, et quatenus opus sit innovatio Brevis Benedicti XIII. confirmatorii Literarum Patentium tunc existentis Procuratoris Generalis, ac Commissarii Ordinis B. M. de Monte Carmelo, quibus præscribitur modus faciendi adfiliationes in Conventibus Provinciæ Gallo-Provinciæ.

Breve Benedicti XIII., de cujus hic agitur confirmatione, non reperitur impressum in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Narrat ac obtenta Pontificia approbatio literarum patentium circa adfiliationes.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Lazarus Pautier Prior Provincialis, nec non Deffinitores Provinciæ Gallo-Provinciæ, Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, quod alias tunc existentes Fratres ejusdem Provinciæ, obtentis prius, a tunc pariter existente Procuratore Generali, ac Commissario dicti Ordinis, patentibus

literis, quibus concessa erat facultas instituendi, ac stabiliendi, adfiliationes in omnibus ipsius Provinciæ Conventibus, juxta morem, et consuetudinem in Provinciis Italiæ, et Conventu Parisien. Ordinis prædicti vigentem, illarum confirmationem sibi concedi obtinuerunt, per quasdam in simili forma Brevis expeditas Literas tenoris sequentis videlicet = Benedictus Papa XIII. = Ad futuram etc. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Fratres Provinciæ Gallo-Provinciæ Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, quod, cum dicta Provincia, quæ viginti Conventibus constat, grassante inibi per biennium pestilentia, innumera damna passa fuisset, aliaque detrimenta ob temporum calamitates, ac rerum vicissitudines, tum in spiritualibus, tum in temporalibus accepisset, ita ut dicti Conventus ad summam inopiam, cum non levi disciplinæ Regularis jactura, redacti forent; ipsi exponentes ad ejusmodi malis prospiciendum, ac rectum in eisdem Conventibus gubernium temporale instaurandum, Religiosamque observantiam restituendam, nihil opportunius fore existimantes, quam adfiliationes in singulis dictæ Provinciæ Conventibus, juxta consuetudinem in aliis Ordinibus Regularibus, ac etiam ipso Ordine Beatæ Mariæ de Monte Carmelo in Italia vigentem constituere, ac stabilire, ad dilectum filium modernum ejusdem Ordinis Priorem Generalem, pro impetranda ad id licentia, recursum habuerunt, quo absente, dilectus filius Antonius Josephus Amabilis Feydeau Procurator, et Commissarius Generalis Ordinis prædicti, re prius cum ipso Priore Generali communicata, Exponentibus præfatis, adfiliationes hujusmodi faciendi facultatem, sub certis conditionibus concessit, pro ut ulterius continetur in ejus patentibus literis desuper emanatis tenoris, qui sequitur, videlicet = Apographum Literarum Patentium Reverendi Patris Prioris Generalis, et Commissarii totius Ordinis ad Commissarium, Provinciales, cæterosque gremiales Capituli Provincialis Provinciæ circa adfiliationes etc. = Frater Antonius Josephus Amabilis Feydeau Sacræ Theologiæ Magister, et Doctor, humilis Procurator, et Commissarius Generalis totius Ordinis Fratrum Beatissimæ semper Virginis Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmelo, antiquæ observantiæ Regularis. Dilectis in Christo Reverendis admodum Patribus Præsidi, seu Commissario-Generali Capituli Provincialis proxime celebrandi in Provincia nostra Provinciæ, Provinciali noviter electo, Provinciali absoluto, Deffinitoribus, aliisque usu, consuetudine, vel privilegio Venerabile Deffinitorium componentibus salutem etc. Consilium ac assistricem Dei Sapientiam in agendis; Cum Nobis in absentia Rmi Patris, ad visitationes suas in Regno Neapolitano occupati, rectas intentiones vestras circa hujusce Provinciæ restaurationem, multum a peste per duos annos in Provincia Vestra grassante, tum adversis Negotiorum circulationibus, ad summam penuriam redactæ, ac in temporalibus totaliter fere deperditæ, ac ad eam perfecte resarciendam tamquam medium altissimum in singulis Conventibus adfiliationem Religiosam proposueritis; hinc est, quod habito prius verbo cum Rmo Patre, facultatem tenore præsentium Vobis facimus, prædictam adfiliationem una die proponere, ac post maturam deliberationam altera die definire, ac determinare sub his conditionibus necessario adimplendis. 1. Quod non obstante præfata adfiliatione, ita filii, vel adfiliati uniuscujusque Conventus bono intenti sint, ut bonum totius Provinciæ commune non deserant, aut negligant. 2. Quod non sint inter vos scissuræ, divisiones, aut schimata. Siquidem unus est Christus vobis imperans, una Dei Genitrix Virgo Vos protegens, una Religio Vos instruens. 3. Quod non poterunt amoveri a prædictis suæ adfiliationis Constitutionibus, nisi ob scandala gravia, utpote rebellionis publicæ, ebrietatis notoriæ, post tertiam monitionem, ac incontinentiæ contra votum castitatis cum scandalo. 4. Quod prædicti filii, et adfiliati ob prædicta scandala a suis Conventibus amandat, nullum habeant jus repetendi suos respective Conventus, nisi post emendationem rite probatam, ac consensum Venerabilis Deffinitoris in scriptis, vel saltem Provincialis, qui Religiosos ita dimissos ad alios Conventus remittere valebit, eosque Superiores dictorum Conventuum, ad quos ipsi remittentur, omnino recipere debeant sub pœna depositionis ab Officio. 5. Quod Electiones Priorum, Subpriorum, Magistri Novitiorum, quos ex usu, et consuetudine Provinciæ Vestræ fiunt in Deffinitorio, sicut et Professorum, Lectorum, aliorumque Officialium poterunt cadere in filios, vel adfiliatos cujuscumque sint adfiliationis. 6. Quod cum usque dum nullæ fuerint in Pro-

Tenor Brevis Benedicti XIII. de cujus confirmatione hic agitur.

Referuntur Literæ Patentes circa adfiliationes.

vincia Vestra speciales adfiliationes, pro hac vice spectabit Venerabili Deffinitorio unicuique specialem assignare adfiliationem, servatis in quantum fieri poterit, legibus justitiæ distributivæ, et in posterum omnes, Conventum, in quo, vel nomine cujus, suam solemnem emittent professionem, pro suæ adfiliationis Conventu habebunt. Sub his igitur clausulis, quas volumus in perpetuum observari, ac toti gremio Capituli Provincialis intimari, proponi, significari, et subsignari, ac subsignationis, et acceptationis actum authenticum ad Nos transmitti, prædictam vestram adfiliationem creamus, instituimus, confirmamus, ac roboramus. Omnia vestra in charitate fiant. Datum in Conventu Nostro Sanctæ Mariæ Transpontinæ Romæ die 12. Aprilis anno 1726. Fr. Antonius Josephus Amabilis Feydeau Procurator Generalis Carmelitarum Loco ✠ Signi Fr. Carolus Maria a S. Josepho Socius, et Secr. = Cum autem: sicut eadem expositio subjungebat, dilecti filii Præses, Prior Provincialis, Deffinitores ceterique Vocales, Capituli Provincialis dictæ Provinciæ Mense Majo proxime præterito celebrati, enarratas conditiones non modo acceptaverint, sed ultro, ac libenter amplexi fuerint, ipsi vero exponentes præmissa, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent. Nos eosdem Exponentes specialis favore gratiæ prosequi volentes; et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine, Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertas memorati Antonii Josephi Amabilis Procuratoris, et Commissarii Generalis patentes literas, cum omnibus, et singulis in eis contentis, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes easdem præsentes Literas firmas, validas, et efficaces existere; et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit, Conventuum, Provinciæ, et Ordinis prædictorum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die septima Januarii Millesimo septingentesimo vigesimo Septimo Pontificatus Nostri Anno Tertio.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, propter nonnullas tunc irreptas difficultates, in unico dumtaxat Civitatis Avenionen Conventu Provinciæ hujusmodi præscripta, seu concessa adfiliatio exequuta, et stabilita fuerit, cujus quidem utilitas quoad utrumque propositum finem, per Dei misericordiam omnibus conspicua existit, ipsi exponentes experientia compertum habeant, quod interim aliorum ejusdem Provinciæ Conventuum ingravescit angustia, ac proinde resolutis tunc, seu aliis inde subortis difficultatibus prædictis, ut idem Conventus Avenionen de præsenti reflorescere videtur, alii quoque ipsius Provinciæ Conventus fiant uniformes, præinsertas Literas per Nos confirmari, ac adfiliationes prædictas per Nos concedi, seu illas ad omnes Conventus prædictos extendi, et ampliari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et

1 Preces porrectæ, ut supra relatum Benedict. XIII. Breve ad omnes Conventus Provinciæ Gallo-Provinciæ extenderetur.

ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Supralaudatum Breve confirmatur, extenditur, et quatenus opus est innovatur.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis Censuris, Sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas memorati Benedicti Prædecessoris Literas, ac omnia, et singula in eis contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ipsasque Benedicti Prædecessoris Literas, et in eis contenta hujusmodi adversus quemcumque non usum, seu desuetudinem, et inobservantiam, nec non quemvis abusum, et contrarium usum, contrariamque observantiam, quantolibet tempore tolleratam, in integrum, et pristinum statum auctoritate, et tenore præsentis restituimus, reponimus, et plenarie reintegramus, ac quatenus opus sit innovamus, et de novo, ut adfiliationes prædictæ, juxta formam, et tenorem in dictis patentibus tunc existentis Procuratoris Generalis, et Commissarii, ac Benedicti Prædecessoris prædicti Literis expressum, et contentum fiant, concedimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri deberc, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ, Conventuum, et Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, afficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima octava Aprilis Millesimo Septingentesimo quinquagesimo nono Pontificatus Nostri Anno primo.

LV.

Clementi Augusto Archiepiscopo Coloniensi S.R.I. Principi Electori, absolutionem a juramento impertitur præstito ab illius Ministro, in subscribendis cum Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ, nonnullis illegitimis conventionibus, antequam idem Clemens Augustus, per legittima suffragia ab iisdem Canonicis, Archiepiscopus renunciatus fuisset.

Dat. die 5. Maii 1759. Ann. I.

Venerabilis Frater, salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Expositio facti, et benigna Pontificis absolutio.

Eam sane, Venerabilis Frater, qua te prosequimur Apostolica Charitate, excepimus humanissimas Fraternitatis Tuæ Litteras, quibus supplex a Nobis exposcebas, ut conscientiæ Tuæ angoribus, per Pontificiam Potestatem Nostram, opportune consuleremus, super jurejurando per Ministrum Tuum, tuisque Mandatis instructum, præstito, in subscribendis, Tuo jussu ac nomine, nonnullis illegitimis conventionibus inter Fraternitatem Tuam, et Canonicos istius Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis servandis, antequam Archiepiscopus Coloniensis per eosdem Canonicos, jus, et suffragium eligendi habentes, renunciatus fuisses. Nos autem postquam rem expendimus, cum Fraternitate Tua benigne egimus, precibusque Tuis annuimus, quemadmodum ex supplici libello, in hisce Nostris in forma Brevis literis, alligato, plenius accipies. Huic autem Apostolicæ benignitati Nostræ, adjungimus Apostolicam Benedictionem, quam Tibi, Venerabilis Frater, ex Animo impertimur. Datum Romæ die 5 Maii 1759 Pontificatus Nostri Anno Primo.

LVI.

Dat. die 5. Maii 1559. Ann. I.

Facultatem tribuit Nuntio Poloniæ conferendi tres Canonicatus in Cathedrali Ecclesia Gnesnen, primo vacaturos in Mensibus Apostolicæ Sedi reservatis, et ad Episcopi nominationem, sub lege tamen expediendi Apostolicas Literas sub plumbo, intra octo menses a die collationis.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem

Preces porrectæ ab Archiepiscopo Gnesnen. pro nominatione, ad tres Canonicatus in sua Cathedrali Ecclesia.

§. 1. Egregia Venerabilis fratris Uladislavi Archiepiscopi Gnesnen. in Nos, et Apostolicam Sedem fidei, et devotionis merita poscunt, ut ea illi libenter concedamus, per quæ erga personas istarum partium sibi gratas, et acceptas, se beneficum exhibere possit, et liberalem; Supplicationibus itaque ipsius Uladislavi Archiepiscopi Nobis humiliter porrectis inclinati, Tibi, ut tres Metropolitanæ Ecclesiæ Gnesnen Canonicatus, et Præbendas, quos in Mensibus nostris, et dictæ Sedis Apostolicæ dispositioni reservatis, per obitum illos obtinentium primo vacare contigerit, personis idoneis dicto Uladislao Archiepiscopo, ut præfertur, gratis, et acceptis, ac alias specialiter nominandis, quæ in primis in Catholica Fide constantes sint, Auctoritate Nostra Apostolica conferre, et de illis etiam providere, ipsasque personas, vel earum Procuratores, earum nomine, in corporalem possessionem Canonicatuum, et Præbendarum hujusmodi per te ipsum vigore præsentium illis conferendorum, juriumque, et pertinentiarum quorumque inducere, et inductos defendere, ac quoscumque illicitos detentores ab illis amovere, sibique da illorum fructibus redditibus, proventibus juribus et obventionibus integre responderi, aliaque in præmissis, et circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, nec non contradictores quoslibet per censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescere libere, et licite possis, et valeas, facultatem auctoritate prædicta, tenore præsentium concedimus, et impertimur.

Facultas tribuitur Pontificio Nuntio in Polonia conferendi tres Canonicatus ad quos Episcopus Gnesnen. idoneas personas nominaverit.

Clausula sublata et decretum irritans

§. 2. Decernentes, collationes, et provisiones per te de dictis Canonicatibus, et Præbendis, ut præfertur, faciendas perinde validas, firmas, et efficaces existere, et fore in omnibus, et per omnia perinde ac si a Nobis-metipsis factæ fuissent, sicque, et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac præsertim Cancellariæ Apostolicæ Regulis, dictæque Metropolitanæ Ecclesiæ Gnesnen, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis, quibuscumque.

Provisis de tribus Canonicatibus injungitur obligatio expeditionis Apostolicarum Literarum sub plumbo, intra octo Menses a collatione, sub privationis poena.

§. 4. Volumus antem, quod ii quibus Canonicatus, et Præbendas hujusmodi contuleris, infra octo menses a die illorum collationis, et provisionis computandos, novas provisiones super illis a Nobis, et Apostolica Sede impetrare, et literas Apostolicas sub Plumbo desuper. expedire, Juraque Cancellariæ, et Cameræ Apostolicæ, aliisque propterea debitis, persolvere omnino teneantur, alioquin, elapsis eisdem mensibus, Canonicatus, et Præsbendæ hujusmodi vacare censeantur eo ipso, possintque aliis per Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore existentem dumtaxat, libere conferri, nisi provisi legitimo impedimento detenti, de hujusmodi legitimo impedimento coram Datario Nostro constare fecerint, vel ipsis petentibus novas provisiones hujusmodi, et protestantibus, quod per eos non stat, contigerit illas eis denegari. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die Decima quinta Maii Millesimo Septingentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri Anno primo.

LVII.

Dat. die 15. Maii 1759. Ann. I.

Confirmantur decreta Congregationis Concilii in Causa jurisdictionis vertente inter Abbatem Generalem Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Montis Virginis, et Episcopum Caputaquen.

Congregationem hanc approbavit Cœlestinus III. Constit. edit. 1197. Novembris 4. Eidem exemptiones, et immunitates concessit Urbanus IV. constit. edit. 1263. Jan. 9. itemque usum Mitræ, Baculi, indultum Benedictionis solemnis, et cætera Pontificalia concessit idem Pontifex const. altera 1263. Septembr. 12. ut videre est in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Exponuntur capita controversiæ jurisdictionalis.

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii moderni Abbatis Generalis Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Montis Virginis, Nobis expositum fuit, quod cum alias lis verteret in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, inter ipsum Abbatem Generalem ex una, et Venerabilem Fratrem modernum Episcopum Caputaquen ex altera partibus, super jurisdictione quasi Episcopali, pluribus ab hinc sæculis in Monasterio Sancti Onuphrii Massæ Dirutæ nuncupato, ejusque territorio tamquam uno ex locis nullius Diœcesis, ut asseritur jurisdictioni Abbatis Generalis dictæ Congregationis subjectis, ab Abbate prædicto exercitata, in ipsa Cardinalium Congregatione fuerant proposita infrascripta dubia = Primo = *An Monasterium Sancti Onuphrii nuncupat. di Massa Diruta, sit nullius Diœcesis, et quatenus negative* = Secundo = *An Priori seu Abbati dicti Monasterii, liceat facultatem concedere Sacerdotibus Sæcularibus, vel Regularibus ab Ordinario minime approbatis, audiendi confessiones personarum sæcularium in dicta Ecclesia Sancti Onuphrii, et quatenus negative* = Tertio = *An Sacerdotes Sæculares, vel Regulares alterius Diœcesis, etiam a proprio Ordinario approbati, audire possint Confessiones personarum sæcularium, de Sententia Patris Prioris, seu Abbatis pro tempore ejusdem Monasterii, et quatenus negative* = Quarto = *An Fons Baptismalis in eadem Ecclesia positus, sit removendus* = Die XXVIII. Augusti MDCCLVI. eadem Cardinalium Congregatio distulit resolutionem ad primam Congregationem post aquas, suspensis interim per modum provisionis, et sine præjudicio jurium partium, Confessariis non approbatis ab Episcopo. Non acquiescentibus vero ipso Abbate Generali, seu Priore Monasterii prædicti, ac exhibitis interea privilegiis ab hac Sancta Sede concessis, et præsertim inter illa quibusdam Literis fel. rec. Urbani PP. IV. Prædecessoris Nostri sub Plumbo Idibus Januarii MCCLXIII. expeditis ad jurisdictionem quasi Episcopalem spectantibus, ac citato Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Caputaquen die XVIII. Septembris primodicti Anni MDCCLVI. eadem Cardinalium Congregatio rescripsit = *Prævio recessu a decisis, pro facultate deputandi per Abbatem, sive per ejus Delegatum, nomine ejusdem Congregationis, et sine præjudicio jurium ambarum partium, et per modum provisionis, Confessarios, dummodo sint approbati ab eorum respective Ordinariis.* Reproposita eadem Causa sub iisdem dubiis, ipsa Cardinalium Congregatio die XX. Novembris ejusdem Anni distulit resolutionem ad primam Congregationem etiam unica. Proposita subinde ejusmodi Causa cum infrascriptis dubiis nempe = Primo = *An Monasterium Sancti Onuphrii nuncupat. di Massa Diruta, sit nullius Diœcesis, et quatenus negative* = Secundo = *An Priori, seu Abbati dicti Monasterii liceat facultatem concedere Sacerdotibus Sæcularibus, vel Regularibus ab Ordinario minime approbatis, audiendi Confessiones personarum sæcularium in dicta Ecclesia Sancti Onuphrii, et quatenus negative* = Tertio = *An Sacerdotes sæculares, vel Regulares alterius Diœcesis etiam a proprio Ordinario approbati, audire possint confessiones personarum sæcularium de licentia P. Prioris, seu Abbatis pro tempore ejusdem Monasterii, et quatenus negative.* = Quarto = *An, et in quas pœnas incidant tam Prior, sive Abbas, quam Confessarii* = Quinto = *An Fons Baptismalis in eadem Ecclesia positus, sit removendus.* Die XI. Decembris dicti Anni MDCCLVI. ipsa Cardinalium Congregatio respondit = ad primum = *Affirmative* = ad secundum rescripsit = *ad mentem in casu, de quo agitur, et mens est, non expedire, uti Confessariis ab Ordinario non approbatis* = Ad

Referuntur dubia pro resolutione proposita.

S. Congregatio Episcoporum, et Regularium, provisionalem resolutionem decernit.

Nova dubia concinnata in secunda propositione.

Praelaudata S. Congregatio, relata superius dubia resolvit.

tertium = *Affirmative* = ad quartum = *negative, et rescripsit ad mentem, et mens est, quod non utatur, nisi consulta ipsa Cardinalium Congregatione*. Redit Promotor Fiscalis ad novum eorumdem Cardinalium Judicium, et respondendum erit = *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.* die xxx. Aprilis ipsa Cardinalium Congregatio distulit propositionem; Reproposita eadem causa, cui decernendum est. *An sit standum, vel recedendum a Decisis*, die xxx. Julii MDCCLVII. Ipsa Cardinalium Congregatio *stetit in Decisis*, et hujusmodi Causam amplius non proponi mandavit.

Postrema, et definitiva prælaudatæ S. Congregationis resolutio.

§. 2. Cum autem, sicut dictus Abbas Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse, decreta hujusmodi, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ Confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsum Abbatem Generalem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, Supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, decreta præinserta; auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis Auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Decreta S. Congregationis approbentur, et confirmantur.

§. 3. Decernentes easdem præsentes Literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Maii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Clausula sublata, et decretum irritans.

LVIII.

Apostolico Nuncio penes Augustum Poloniæ Regem Illustrem, facultatem tribuit conferendi tres Canonicatus in Cathedrali Ecclesia Culmen primo vacaturos in mensibus Sanctæ Sedi reservatis, et ad Episcopi nominationem, sub lege tamen expediendi Literas sub plumbo, intra octo menses a collatione.

Dat. die 21. Maii 1759. Ann. I.

Facultatem hanc indultam prælaudato Nuncio fuisse pro Diœcesi Gnesnen, habes supra in Litera in forma Brevis relata sub num. LVI.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem

§. 1. Egregia Venerabilis Fratris Andreæ Episcopi Culmen in Nos, et Apostolicam Sedem fidei, et devotionis merita poscunt, ut illa libenter ei concedamus, per quæ erga personas istarum partium sibi gratas, et acceptas se beneficum exhibere possit, et liberalem; Supplicationibus itaque ipsius Andreæ Episcopi nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, Tibi, ut tres dumtaxat Ecclesiæ Culmen Canonicatus, et Præbendas, quos in mensibus Nostris, et dictæ Sedi dispositioni reservatis, per obitum illos obtinentium primo vacare contigerit, personis eidem Andreæ Episcopo, ut præfertur gratis, et acceptis, ac ab eo specialiter nominandis, quæ in primis in Catholica Fide constantes sint, Auctoritate Nostra Apostolica, conferre, et de illis etiam providere, ipsasque personas, vel earum Procuratores, earum nomine in corporalem possessionem Canonicatuum, et Præbendarum hujusmodi per Te vigore præsentium illis conferendorum, juriumque, et pertinentiarum suorum quorumcumque inducere, et inductos defendere, ac quoscumque illicitos Detentores ab illis amovere, ipsisque provisis de illorum fructibus, redditibus, et proventibus, juribus, et obventionibus integre responderi, aliaque in præmissis, et circa ea quomodolibet necessaria, et opportuna facere, nec non contradictores quoslibet per censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescere libere, et licite

Preces porrectae ab Episcopo Culmen pro libera nominatione ad tres Canonicatus in sua Ecclesia Cathedrali.

Facultatem tribuit Pontificio Poloniæ Nuntio conferendi tres Canonicatus ad quos Episcopus Culmen idoneas personas nominaverit.

possis, et valeas facultatem, eadem Auctoritate tenore præsentium concedimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 2. Decernentes collationes, et provisiones per Te de dictis Canonicatibus, et Præbendis, ut præfertur, facien, perinde validas, firmas, et efficaces existere, et fore in omnibus, et per omnia ac si a Nobismetipsis factæ fuissent, sicque, et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, ac Cancellariæ Apostolicæ Regulis, dictæque Ecclesiæ Culmen etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Præscribitur provisis de tribus Canonicatibus, ut intra octo Menses a die collationis, Literas Apostolicas sub plumbo expedire teneantur, sub privationis poena.

§. 4. Volumus autem, ut ii, quibus Canonicatus, et Præbendas hujusmodi contuleris, intra octo menses a die illarum collationis, et provisionis computandos, novas provisiones super illis a Nobis, et Apostolica Sede prædicta impetrare, ac Literas Apostolicas sub Plumbo expedire, ac jura Cancellariæ, et Cameræ Apostolicæ, aliisque propterea debita, persolvere omnino teneantur, alioquin, elapsis dictis mensibus, Canonicatus, et Præbendæ hujusmodi vacare censeantur eo ipso, possintque aliis per Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore existentem dumtaxat libere conferri, nisi provisi, legitimo impedimento detenti, de hujusmodi impedimento, coram Datario Nostro constare fecerint, vel ipsis petentibus novas provisiones hujusmodi, et protestantibus, quod per eos non stat, contigerit illas eis denegari.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxi. Maii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

LIX.

Confirmatio Decreti Ministri Generalis Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, circa, electionem Gaudianorum trium Conventuum, et Custodiarum principalium, in Astensem, et Pedemontanam Provinciam alternatim faciendam, cum derogatione contrariarum præscriptionum. *Dat. die 28 Maii 1759. Ann. I.*

Literæ Apostolicæ Benedicti XIV. quibus Provincia Pedemontana in tres Custodias divisa fuit, habentur hic integre insertæ.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Suprema Apostolica charitatis, providentiæque nostræ erga omnes Christifideles, atque eos potissimum, qui a fluctibus sæculi erepti, ad tranquillum Religionis portum confugerunt, adhibenda a Nobis cura, maximopere postulat atque exigit, ut omnem Pontificiæ benignitatis, auctoritatisque operam, consiliumque in hoc studiosissime collocemus, quo contentionibus, litibus, ac dissidiis, partium studiis procul amotis, atque eliminatis, ubi opus esse constiterit, omnia inter Viros præsertim Religiosos in pace fiant, et omnia ad Divinum Cultum augendum, Regularem disciplinam confirmandam, procurandamque æternam Animarum Salutem componantur, constabilianturque. *Exordium*

§. 2. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus Filius Clemens a Panormo Minister Generalis Ordinis Fratrum Minor. S. Francisci de Observantia nuncupat., quod alias dilectus itidem Filius Raphael a Lugagnano Ex Minister Generalis, et tunc totius Cismontanæ Familiæ ejusdem Ordinis Commissarius Generalis, qui ut felici, prosperoque regimini, atque gubernio Provinciæ S. Thomæ in Pedemontio dicti Ord. consulere valeret, ipsam Provinciam in tres Custodias divisit, et quamdam alternativam in electione Ministri Provincialis, Custodis, et Deffinitorum Provincialium inter dictas tres Custodias præscripsit, et distribuit, assignatis, unicuique ex tribus dictis Custodiis, octo Conventibus ex vigintiquatuor, qui totam Provinciam constituunt, mandando inter cætera, ut Fratres uniuscujusque Custodiæ, in Guardianos Conventuum unicuique Custodiæ assignatorum, præficerentur, prout con- *Preces porrectae pro confirmatione Decreti Ministri Generalis.*

Digitized by Google

tinetur inquibusdam Fel. rec. Benedicti Papæ XIV. Prædecessoris Nostri super confirmatione patentium litterarum ipsius Reaphaelis Commissarii Gen. ea super re confectarum, in simili forma Brevis expeditis Literis tenoris sequentis videlicet. = Benedictus Papa XIV. ad futuram rei memoriam. Injuncti Nobis, per abundantiam Divinæ Gratiæ, Pastoralis Officii sollicitudo postulat, ut in his, per quæ Christifidelium, sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium, prospero statui consulitur, ejusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Emanuel a Crescentino Minister Provincialis Provinciæ S. Thomæ in Gallia Subalpina, seu Pedemontis Ord. FFr. Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod dilectus itidem filius Reaphael a Lugagnano, Familiæ Cismontanæ ejusdem Ordinis Commissarius Generalis, dictam Provinciam per suas Patentes Litteras in tres Custodias separavit, et unicuique ex tribus dictis Custodiis certos Conventus assignavit, ac quamdam alternativam in electione Superiorum Provincialium præscripsit, et mandavit, prout continetur in ipsius Raphaelis Commissarii Generalis Patentibus Literis tenoris sequentis, videlicet.

Refertur tenor Literarum Benedicti XIV.

Referuntur Literæ Patentes Ministri Generalis super divisione Custodiarum Provinciæ Pedemontanæ.

» Fr. Raphael a Lugagnano Lector » Emeritus, Ex Minister Generalis, ac » totius Cismontanæ Familiæ FF. Min. » S. P. N. Francisci Commissarius Ge- » neralis, Visitator, et Reformator Apo- » stolicus, et Servus, Dilectis in Domi- » no Fratribus Nostræ Observantis Pro- » vinciæ S. Thomæ Superioribus, et » Subditis salutem, pacem, et a Do- » mino Sempiternam Benedictionem. » Muneris nostri ratio exposcit, ut in » Provinciis nostræ curæ commissis, ea » omnia promoveamus, quæ prospero, » felicique earumdem gubernio consen- » tanea esse noscuntur. Nuper siquidem » pro parte P. Fr. Emanuelis a Cre- » scentino Ministri Provincialis No- » stræ Observantis Provinciæ S. Tho- » mæ in Pedemontio, approbante Se- » renissimo Sardiniæ Rege, Sanctissi- » mo Domino Nostro D. Benedicto Pa- » pæ XIV. humiliter supplicatum fuit, » ut pro meliori dictæ Provinciæ gu- » bernio, proque exactiori, in Gra- » duum, et Superioritatum collatione » justitiæ distributivæ exercitio, ex vi- » gintiquatuor Conventibus, quibus di- » cta Provincia componitur, tres Cu- » stodias, Taurinensem, Astensem, et » Pedemontanam nominandas, octo ex » dictis Conventibus infra nominandis, » pro unaquaque constantes, instituere » dignaretur. Ex quibus Custodiis, que- » madmodum in pluribus aliis Ordinis » Nostri Provinciis, salubriter, summo- » que justitiæ distributivæ, pacis, et » quietis fructu, per Apostolicam Sedem » est cautum, Minister Provincialis, » Custos, et Deffinitores alternatim in » Capitulis, atque Guardiani respecti- » vorum Conventuum, in dictis Capitu- » lis, et Congregationibus eligerentur; ita » quod unaquæque Custodia, duos Vo- » cales in Deffinitorio, et Octo Guardia- » nos in gubernio respectivorum Con- » ventuum semper habeat, cum hac » distributione, videlicet: Quod Custo- » dia illa, ex qua assumetur Minister » Provincialis, unus pariter Deffinitor, et » Secretarius Provinciæ: Ex ea autem, » ex qua fuerit Minister Officium ex- » plens, Custos, et alter Deffinitor. Et » tandem ex tertio duo Deffinitores sem- » per alternatim eligantur: Et insuper, » quod dictarum Custodiarum Conven- » tibus, Religiosi ad easdem Custodias » pertinentes pro Guardianis, et Præ- » sidentibus, præficiantur. „

„ Cum autem eidem SSmo Domino » Nostro placuerit sub die 4 currentis » Junii supplicem dicti P. Fr. Emma- » nuelis libellum cum rescripto pro gra- » tia, ad nos cum facultatibus necessa- » riis, et opportunis benigne remitte- » re; Nos edocti ab Excellentissimo D. » Comite de Rivera Serenissimi Sar- » diniæ Regis, apud S. Sedem Ministro, » de benigno super his dicti Serenissi- » mi Regis beneplacito, facultatibus, » ut supra, Nobis attributis utentes, » prædictas tres Custodias, Taurinen- » sem nempe, cui sequentes octo Con- » ventus, nempe, Taurini, Clavasii, » Crescentini, Valpergæ, Fontaneti, Ver- » cellarum, Gattinariæ, et S. Agathæ; » insuper Astensem, cui alios sequen- » tes octo pariter tribuimus, scilicet » Astæ, S. Damiani, Villæ Novæ, Cle- » rii, Carmagnolæ, Sinfredi, Braydæ, » et Clerasci; et tandem Pedemonta- » nam, cui cæteros octo Conventus » etiam tribuimus, scilicet Montisre- » galis, Benvarum, Malleæ, Buschæ, » Salutiarum, Siviliani, Fossani, et » Vigoni; his nostris instituimus, et » declaramus, præcipientes per S. Obe- » dientiam, et sub pœna nullitatis Ele- » ctionum, ut his nostris publicatis in » cunctis Capitulis, et Congregationibus, » Electiones tum Provincialis, tum Cu- » stodis, Deffinitorum, et Guardianorum

,, dictæ Provinciæ semper fiant juxta
,, supra expositam dispositionem , et
,, distributionem, nempe quod alterna-
,, tim Minister , Custos, et Deffinitores
,, prædicti ex dictis Custodiis , inci-
,, piendo ab Astensi, ex qua , tamquam
,, præ cæteris munere Provincialatus e
,, longiori tempore vacua, Minister , et
,, unus Deffinitor cum Secretario Pro-
,, vinciæ in proximo futuro Capitulo
,, eligi debeant ; ex Taurinensi autem
,, Custos, et alter Deffinitor, et ex Pe-
,, demontana duo Deffinitores , sicque
,, alternatim in' aliis Capitulis subse-
,, quentibus ; et insuper a præsentium
,, publicatione, Guardiani Conventuum
,, Custodiarum dictarum eligi semper
,, debeant ex Religiosis , ad easdem re-
,, spectivas Custodias pertinentibus , ita
,, quod unaquæque ex prædictis Custo-
,, diis, duos semper Vocales in Deffini-
,, torio , octo Guardianos in officio ha-
,, beat ; et casu , quo aliquis ex dictis
,, duobus Vocalibus deficiat , necesse-
,, que sit juxta Constitutionum Genera-
,, lium præscriptum , aliquem subroga-
,, re , qui Deffinitorio intersit , in hoc
,, casu, subrogationem conferendam es-
,, se non dignori Patri Provinciæ , be-
,, ne vero Custodiæ illius , in qua erit
,, vocalis deficiens harum virtute de-
,, cernimus , et mandamus , volen-
,, tes, quod duo Vacales ex unaqua-
,, que Custodia , semper Deffinitorio
,, intersint , nec quisquam eorum un-
,, quam deficiat. Quia autem eadem
,, Provincia, duos tantum habet Conven-
,, tus Sacri Recessus , illosque in Cu-
,, stodia Pedemontana sitos , volumus ,
,, et mandamus , ut post præsentium
,, publicationem in prima Congregatio-
,, ne Capitulari, duos alios Conventus ,
,, quos PP. Deffinitorii magis idoneos
,, judicaverint , unum in Taurinen. Cu-
,, stodia , et alterum in Astensi insti-
,, tuant , relinquentes arbitrio dictorum
,, PP. Deffinitorii prædictos, duos Con-
,, ventus S. Recessus in Cutodia Pede-
,, montana existentes, continuare , vel
,, unum trasferre ad alteram ex dictis
,, Custodiis, Conventum hujusmodi non
,, habentem , ita quod unaquæque Cu-
,, stodia proprium habeat Sacri Reces-
,, sus Conventum , in quo respectivi Re-
,, ligiosi, proprii spiritus devotioni sa-
,, tisfacere queant. Quo vero ad Novi-
,, tiorum raceptionem , injungimus , ut
,, ex unaquaque Custodia æquali nu-
,, mero postulantes, ad ordinem acce-
,, ptentur , et ad probationem , et pro-
,, fessionem respective admittantur , ser-
,, vatis in reliquis quæ per Apostolicas,
,, et Ordinis Constitutiones servanda
,, sunt. Ita decernimus , et servari man-
,, damus sub pœnis , ut supra. Datum
,, Romæ ex Aracœli die 8 Junii 1752.
,, Fr. Raphael a Lugagnano Commiss.
,, Generalis ,. et Visitator Apostolicus.
,, De mandato Rmi in Christo Patris
,, Fr. Franciscus Antonius a Mutiliana
,, Secret. Generalis Loco ✠ Sigilli.

Cum autem , sicut eadem expositio subjungebat dictus Emanuel Minister Provincialis præinsertas Patentes literas, ac in eis contenta quæcumque quo firmius subsistant , et serventur exactius , Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret ; Nos ipsum Emanuelem Ministrum Provincialem specialibus , favoribus , et gratiis prosequi volentes , et a quibusvis excommunicationis, suspensionis , interdicti , aliisque canonicis censuris , et pœnis , si fuerit quoquo modo innodatus , tenore præsentium absolventes , et absolutum fore censentes , supplicationibus ejus nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati , præinsertas dicti Raphaelis Commissarii Generalis Patentes litaras , divisionem dictæ Provinciæ intres Custodias , assignationemque Conventuum unicuique ex dictis Custodiis , ac præscriptionem Electionum Ministri Provincialis, Custodis , Deffinitorum , et Guardianorum continentes, et cum omnibus, et singulis in eis contentis , auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, omnesque et singulos juris, et facti etiam substantiales defectus si qui desuper, quomodolibet in præmissis intervenerint , seu intervenisse dici vel prætendi possit dicta auctoritate supplemus , et sanamus. Decernentes easdem præsentes Literas , et in eis contenta quæcumque, semper firma , valida , et efficacia existere , et fore, suosque , plenarios , et integros effectus sortiri , et obtinere , ac illis ad quos spectat , et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari , at ab eis respective inviolabiliter observari : Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores , judicari , et definiri debere ac irritum , et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, ac Ordinis, et Provinciæ hujusmodi etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis fir-

mitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, at sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in sua robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Julii 1753. Pontificatus Nostri Anno XII.

Minister Generalis, novam Custodiarum districtionem, ad dissidia dirimenda, perficiendam esse duxit.

§. 3. Et licet per præinsertas Literas præscriptum sit, ut Guardiani Conventuum ad unamquamque ex dictis tribus Custodiis assignatorum, semper præficiantur ex Alumnis ad easdem respective Custodias pertinentibus, nihilominus ipse Clemens Minister Gen. experientia compertum habeat, quod per electionem Guardiani Conventus S. Thomæ Taurini, Custodiæ Vercellensi assignati, semper in favorem unius Professoris ejusdem Custodiæ faciendam, tranquillitati, et paci dictæ Provinciæ minime consultum sit, quippe quod ex illius statuta electione nova dissidia, et dissensiones inter ipsas Custodias oriri videntur, et forsan ortæ existunt; Ipse vero Clemens Minister Generalis, ad illas dirimendas, penitusque evellendas, proprium esse ducit, dictum Conventum S. Thomæ a Vercellensi Custodia distrahere, ac illius Guardiani, prout etiam reliquorum Conventuum Carmaniolæ, et Oppidi de Vigone ad Astensem, et Pedemontanam respective Custodias spectantium, electiones imposterum habendas, alternatim inter Alumnos dictarum trium Custodiarum præscribere, prout præscripsit per suum Decretum tenoris sequentis nempe „ Cum „ in Nostra Observanti Provincia Taurinensi, S. Thomæ Apostoli nuncupata, ex antiqua consuetudine usque „ receptum sit, ut ad obviandas in „ Capitulis Provincialibus dissensiones, „ aliaque incommoda præcavenda, quæ „ occasione electionum tam Superiorum, quam aliorum Officialium Provinciarum Ordinis non raro contingunt, ipsa in tres partes divisa sit, „ in Custodias nempe, quas vocant „ Vercellensem, Astensem, et Pedemontanam, illarumque Custodiarum „ quælibet, certos habeat attributos Conventus, ex quibus præcipuus sub „ nuncupatione S. Thomæ Apostoli Taurini existens, Custodiæ Vercellensi „ hactenus fuerit perpetuo aggregatus, „ in eoque Religiosus idoneus ex memorata Vercellensi Custodia, in Capitulis, vel Congregationibus Provincialibus semper in Guardianum usque ad præsens electus fuerit; unde „ occasione hujusmodi electionis in „ favorem memoratæ Custodiæ non „ bene consultum paci, ac tranquillitati totius Provinciæ, imo melius consuli de eadem electione aliter providendo videatur: Nos proinde stabili, firmoque Fratrum, et Provinciarum Nostrarum bono, ac quieti, „ quantum cum Domino possumus, „ prospicere volentes, omniaque præterea dissensionum semina ab eisdem Fratribus, et Provinciis evellere, cupientes, prædictum Taurinensem Conventum S. Thomæ Apostoli, ab ipsa Vercellensi, ut fertur, „ Custodia prorsus abstrahentes, veluti „ Provinciæ Universæ futuris temporibus considerandum, illique in Guardianum præficiendum, Auctoritate „ Apostolica, qua fungimur, prout infra, decernimus, et declaramus = „ Primo = Ut integro triennio, in quo, „ juxta introductam consuetudinem, Minister Provincialis assumitur ex Custodia Vercellensi, in Guardianum „ Taurinensem eligatur unus ex Patribus „ Custodiæ Vercellensis, in Guardianum „ Conventus Carmaniolæ pertinentis ad „ Custodiam Astensem = Secundo = Ut „ in alio triennio, in quo Provincialatus Officium, juxta morem pertinebit ad Custodiam Astensem, Taurinensis Guardianus sit ex Custodia „ Pedemontana, et hæc, Custodiam „ Vercellensem compensabit per Guardianatum Conventus Oppidi de Vigone = Te tio tandem = Ut eo triennio, in quo Minister Provincialis fuerit ex Custodia Pedemontana, idem „ Taurinensis Guardianus ad Patres pertineat Custodiæ Vercellensis = Atque „ ita Auctoritate Apostolica decernimus, volumus, et declaramus. Non „ Obstantibus etc. Datum Romæ ex Aracœli die 24. Martii 1759. Fr. Clemens „ de Panormo Minister Generalis = Loco ✠ Sigilli = De mandato Rmi in „ Christo Patris Fr. Vincentius Scutari Ex-Deffinitor Generalis, et Secretarius Generalis Ordinis.

Tenor decreti Ministri Generalis super nova Custodiarum distinctione.

Supra relatum Ministri Generalis Decretum Pontificia auctoritate confirmatur.

§. 4. Cum autem, sicut dilectus Filius Clemens Minister Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse, Decretum hujusmodi exequi demandetur, et exequutioni

hujusmodi demandatum, inde servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere cupiat : Nos dictum Clementem Ministrum Generalem specialibus favoribus, et gratiis prosequi, volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque canonicis censuris, et pœnis, si fuerit quoquo modo innodatus, tenore præsentium absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum ejusdem Clementis Ministris Generali Decretum, licet illud adversetur non solum dispositioni, quæ in patentibus literis memorati Raphaelis tunc Commissarii Generalis Cismontanæ Familiæ dicti Ordinis, sicut præmittitur, editis continetur, nempe, quod Guardiani Conventuum Custodiarum hujusmodi semper præficiantur ex Religiosis ad easdem respective Custodias pertinentibus, verum etiam tenori ipsarum Benedicti Prædecessoris super illarum confirmatione expeditarum Literarum, quibus quoad hanc partem dumtaxat, Auctoritate Apostolica derogamus, ac per præsentes in ea tantum parte derogatum intendimus, firmis tamen remanentibus aliis dispositionibus, seu præscriptionibus quoad ipsas Custodias a dicto Raphaele Commissario Gen: factis, et in suis patentibus litteris contentis, juxta tenorem, et formam earumdem Benedicti Prædecessoris prædicti Litterarum, super illarum confirmatione editarum, Auctoritate præfata tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas, et in eis contenta quaecumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis, per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inanc si secus supes his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus dictis Benedicti Praedecessoris Litteris praeinsertis, quoad ea, quae circa Guardianos Conventuum Custodiarum hujusmodi presentibus adversantur, ac omnibus, et singulis quae idem Benedictus Prædecessor in suis Litteris praefatis voluit non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesimaoctava Maji 1759. Pontificatus Nostri Anno Primo.

LX.

Dat. die 1. Junii 1759. Ann. I.

Confirmatur Constitutio sancita in synodo, per Archiepiscopum Compostellanum anno 1746 celebrata, qua modus præfinitur habendus cum hæredibus Parochorum pro reparatione Domorum Parochialium, et annexorum, ejusdemque Constitutionis observantia demandatur pro Diœcesi Lucen, Archiepiscopatus Campostellani suffraganea.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Exponitur id quod actum fuit in Synodo Compostellana.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis Lucen, quod in Synodo per tunc existentem Archiepiscopum Compostellanum, cujus Episcopus Lucen Suffraganeus existit, diebus prima secunda, et tertia respective Mensis Junii anni MDCCXXXXVI. celebrata, ad pœnitus evellendas, dirimendasque lites, quæ oriri videbantur inter hæredes Parochorum ex una, et Rectores Successores Ecclesiarum Parochialium ex altera partibus, quoad reparationes, seu restaurationes Domorum Parochialium, earumque annexorum in Constitutione 38 tit. 20 cantum fuit prout sequitur, videlicet = Delle Case Parrochiali, Ministri, e suoi annessi Constitut. 38. tit. 20., perchè succedendo la morte de Curati, sono tante le liti, disturbi, e dissenzioni, che d'alcuni anni in qua si cagionarono tra gli Eredi de' Defonti, ed i Parochi Successori sopra il riparo, risarcimento, e compostura delle Case Parrochiali, e suoi annessi de' Ministri, pretendendo i nuovi Curati somme eccessive, ed al contrario gli Eredi minorare i ripari, sopra di che si proseguiscono longhe, e spese grandi nelle Liti per non essere determinati con cer-

Tenor resolutionis habitæ in prælaudata Synodo.

» tezza i easi, e circostanze, con i quali » si devono regolare per evitare simili » controversie nell' avvenire S. S. A. ordiniamo, e commandiamo, sia tenuto » il Curato morto, e sua Eredità di » mantenere nel medesimo essere, e » stato, e riparata la Casa Parrocchiale » nella conformità, che la lasciò il suo » Antecessore, che nelli miglioramenti, » che s' avessero fatto dal defonto Ret- » tore, o Curato, se questi fossero di » special utilità, terrà arbitrio il no- » stro Provisore di ordinare, compen- » sare quelli o in parte, o in tutto con » i danni, attendendo alla qualità di » uni, e di altri. Parimente dichiariamo, che nelli ripari nuovi, che fa- » cessero in terreno sodo, o vergine, » cioè in dove mai fù fabricato, ben- » chè restino imperfetti, e da termi- » nare non sia obbligato il Rettore morto, » nè la sua Eredità perfezzionare le det- » te Fabriche. Che se per maggior con- » venienza, o utilità si buttassero a terra » alcune Case tanto Parochiale, come » del Ministro, ed invece di quelle fa- » bricare altre di nuovo con la Nostra » licenza, o del Nostro Provisore, si » ricompensino una con le altre. Che » ne' muri dell' annessi, Eredità, e Prati » de Ministri s' intende la sua Fabrica, » o riparo a stile, e prattica de' Pe- » riti a riserva delli caduti, o mala- » mente riparati, se non fossero di pie- » tra secca, mattone, o calce, e ter- » ra, che in questo caso si devono ri- » parare nel medesimo modo. E perchè » le vacanze de' Benefizj sogliono es- » sere di raro, e li Vicarij Economi » per la poca cura, che tengono di man- » tenere le menzionate Case, patiscono » sufficiente ruina, e danno, di che ne » deviene, che i Curati successori vo- » gliono obbligare all' Eredi de' suoi » antecessori, acciochè le riparino, e » risarcischino, come le trovano, quan- » do entrano, non essendo tenuti ad » altro, che a sodisfare i danni al tem- » po della morte. Ordiniamo, che nel » tempo di quindici giorni susseguenti » alla morte domandandolo l' Erede, » il Nostro Provisore commetta al Ca- » po Mastro della nostra Santa Chiesa » Catedrale, o ad' alcun' altro di sua » intiera sodisfazione, acciocchè con Ci- » tazione del Nostro Fiscale Ecclesiasti- » co, e coll' assistenza dell' Arciprete, » o Curato, che nominerà, partirà a » riconoscere la Casa, o Case, ed an- » nessi di quello, cioè Ministro della » Chiesa, e dichiari con giuramento » lo stato, in cui trovò quelle sudette » Case, e ripari fatti, e che sono ne- » cessarj, ed il suo importo, o spesa, » il che farà pagare all' Eredi del De- » fonto, con le giornate del Capo Ma- » stro, o altro Artista, ed ordinerà de- » positare in persona sicura per conse- » gnarli al successore, e le tasse ori- » ginali restino nell' Offizij, o Archi- » vij, acciò si tengano presenti, quan- » do succeda altra nuova tassa coll' oc- » casione della morte di quello, che » entra, e se per colpa del Vicario Eco- » nomo succedesse alcun riparo da far- » si, s' obligherà a pagarlo.

Preces porrectæ pro confirmatione relatæ resolutionis Synodalis

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictus Promotor Fiscalis asserens præinsertam Synodalem Constitutionem manutentionis domorum Parochialium, ac extintionis frequentium litium congruum esse, quo firmius subsistat, et servetur exactius, illam, inhærendo sensui, et voluntati Venerabilis Fratris Francisci Moderni Episcopi Lucen, Apostolicæ confirmationis patrocinio communiri summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmatur, et approbatur Constitutio Synodalis de qua in precibus.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis Censuris, Sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad quos supplicem libellum remisimus, consilio, præinsertam Constitutionem Synodalem, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, et ab iis inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si se-

Digitized by Google

cus super his, a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 1. Junii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

LXI.

Dat. die 2. Junii 1759. Ann I.

Canonicis Regularibus S. Mauritii in Vallesiorum denegat cumulativam administrationem binarum Parrochiarum, pro iisdem imploratam a Sardiniæ Rege.

Clemens PP. XIII.
Carissime etc.

Narrat preces porrectas.

§. 1. Excepimus humanissimas Majestatis Tuæ Literas die 28 Mensis Martii proxime elapsi datas, quibus Regia Tua apud Nos studia adhibere voluisti pro dilectis filiis Canonicis Regularibus Abbatiæ Sancti Mauritii in Vallesiorum regione existentis, qui contra id, quod a causarum Palatii Nostri Apostolici Auditorio pluries decisum fuit, duas Parrochias de Monthey scilicet, et Trois Torrente vulgo nuncupatas, ipsi per se administrari prætendunt. Facile autem sibi persuadere poterit Majestas Tua, (quemadmodum dilecto quoque Filio Nobili Viro Comiti de Rivera Tuo apud Nos, et Apostolicam hanc Sanctam Sedem Plenipotentiario Ministro significavimus) quam alacri animo hanc amplexi fuissemus occasionem, quanti faciamus eximia sua officia rebus ipsis testandis, sed re penitus perspecta, nec nostris votis, neque postulatis tuis, ullo modo obsecundare posse vehementer doluimus.

Cumulativæ administrationi opponit Constit. Benedicti XIV, et Concilium Tridentinum.

§. 2. Utriusque enim obstare quam maxime deprehendimus tum constitutionem felic. record. Benedicti PP. XIV. Prædecessoris Nostri, cujus initium est = Quod inscrutabili = Tum eam legem, quam Nobis ipsis constituimus, ne videlicet quod a Prædecessoribus Nostris mature decretum fuerit, ulla ex parte, quoad fieri possit, revocemus, aut innovemus. Porro ipsa laudatæ Constitutionis narratio satis superque demonstrat, prævia diligenti, providaque cautione editam fuisse, et Sacrorum Canonum, ac Concilii Tridentini Decretis solide inixam esse; quare Constitutioni laudatæ derogantes utrorumque dispositioni derogaremus, atque unicum hoc exemplum, statim ad alia, viam facilem, expeditamque muniret.

Suum dolorem pro denegata gratia significat.

§. 3. Quod autem per jus, ac justitiam obtineri nequit, neque per gratiam indulgere posse arbitramur, cum præsertim hoc in præjudicium cedit alterius, qui pro vindicandis juribus suis, postquam maximas expensas, diuturnamque litem substinuit, per gratiæ hujusmodi concessionem, reportatæ victoriæ fructu defraudaretur. Ea propter de insigni Majestatis Tuæ Religione, æquitate, ac prudentia certe minime dubitamus, quin hæc omnia æqui bonique accipiens, ac secum reputans excusatos Nos habeat, si huic Tuæ petitioni, ingenti cum animi Nostri mœrore, annuere non possimus. Cæterum opportunas præstolantes occasiones, ut quantopere Tibi, Carissime in Christo Fili Noster, morem gerere exoptemus, testatum facere valeamus, Apostolicam Benedictionem Majestati Tuæ amantissime impertimur. Datum Romæ die 2 Junii 1759.

LXII.

Dat. die 13. Jun. 1759. Ann. I.

Cathedram Theologiæ Moralis in Archigymnasio Almæ Urbis ab altero ex Alumnis expresse Professis Ordinis B. M. de Monte Carmelo exercendam, eidem Ordini perpetuo assignat.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

§. 1. Splendor Paternæ gloriæ de luce lucem proferens, et saluti humani generis clementer intendens, lucernam pedibus hominum, et eorum semini lumen dedit, dum ipse lux vera, quæ omnem hominem in hunc mundum venientem illuminat, inclytum Ordinem B. M. V. de Monte Carmelo, tamquam lucernam igne Charitatis succensam in Ecclesia militanti omnibus longe lateque perducens, super candelabrum eminentis Religionis erexit.

Insignis hujus Ordinis merita, et virtutes commendantur.

§. 2. Hujusmodi equidem insignis Ordinis Professores, qui sub titulo Gloriosæ Virginis Genitricis Dei Mariæ insigniri noscuntur, circa hominum pedes non indigne lucernæ describuntur officio: ipsi namque verbis, et operibus prædicantes, sic hominum perlucent af-

fectibus, ut illos exemplis salutaribus dirigant, et informent; sic etiam illos, doctrinis salutaribus illuminat, et subornat, ut bena operantes luceant, et quibusdam quasi gressibus bonarum operationum in virtutes de virtutibus gradiantur. Ii sunt namque, qui ambulantibus in tenebris mundi hujus, ne ad errorum scopulos, quos antiquus humani generis hostis insidiose ipsis opponit, periculosius allidantur, lumen Catholicæ veritatis ostendunt, et per fervidæ charitatis viscera, se cœcis oculos, et clandis pedes efficiunt; et per cæcitatis ignorantia delinquentes verbis, et operibus illuminant, et informant; et infirmitate peccantes, orando, ab eorum lapsibus relevare conantur. Dumque sublimium ipsius Ordinis Alumnorum virtutum merita, Deo quidem grata, et in conspectu Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis accepta, digna memoria recensemus, ac fructus quoque uberes, quos dictus Sacer Ordo in agro militantis Ecclesiæ, in propagatione Religionis, et fidei Orthodoxæ hactenus produxit utiliter, et producit, ac in futurum fore producturum indubitanter speramus, paterna charitate intuemur: Dignum prorsus, quin immo, et debitum reputamus, Nos ad illa nostros debere derigere cogitatus, per quæ studiosorum dicti Ordinis Professorum commoditati consulitur, debitaque virtutibus præmia, unde, et ipsis ferventius in illas incumbant, et alii eorum exemplo ad eas amplectendas magis excitentur, rependantur.

Causæ afferuntur hujus Brevis.

§. 3. His sane, aliisque animum nostrum moventibus, atque ex eo etiam adducti, quod in hac Alma Urbe Nostra alia officia, atque ministeria aliis nonnullorum Religiosorum Ordinum Alumnis ita addicta in perpetuum sunt, ut officia, et ministeria hujusmodi tamquam sibi debita vindicantes Ordinum Superiores, quo laudabilius obeantur, optimum quemque suorum omni studio atque cura conquirant; confidimus fore, ut in posterum, quemadmodum hactenus benedicente Domino factum est, ex memorato Ordine Beatæ Mariæ de Monte Carmelo eximii in Sacra Theologia Magistri habeantur.

Cathedra Theologiæ Moralis huic Ordini perpetuo attribuitur in Archigymnasio Sapientiæ.

§. 4. Itaque motu-proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione, nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, statuimus, decernimus, et ordinamus, ut deinceps futuris temporibus, publica Theologiæ Moralis in Archigymnasio Sapientiæ nuncupato, Almæ Urbis prædictæ Cathedra alteri ex Alumnis, seu Fratribus expresse professis Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo prædicti, quandocumque per cessum, seu decessum, aut renunciationem, vel alio quocumque modo ex persona moderni, et uno tempore existentis lectoris illa vacare contigerit, concedi, et assignari debeat et concedatur, ac assignetur; sicque illius lectura per alterum ex dicti Ordinis Professoribus cum eisdem emolumentis honoribus, et oneribus expleatur, dictamque Cathedram Theologiæ Moralis in Archigymnasio prædicto de novo erectam, illiusque lecturam in perpetuum eidem Ordini assignamus, ac semper assignatum esse declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Archigymnasii, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Junii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Digitized by Google

LXIII.

Dat. die 20. Jun. 1759. Ann. I.

Decernitur non licere Guardiano Monasterii S. Claræ Neapolis, uti Commissario Apostolico S. Mariæ Magdalenæ ejusdem Civitatis, explere solemnitates, et acta jurisdictionalia invitis Guardiano, et Monialibus secundi Monasterii, nec non alterum eligendum esse Comissarium Apostolicum, et Visitatorem, exclusis in perpetuum ab eodem Officio Guardianis prædictorum Monasteriorum.

De jurisdictione Cardinalis Protectoris quoad Monasteria de quibus hic agitur vide Const. Clement. XII. edit. 1733 Sept. 25 cum omnibus aliis constit. in eadem relatis in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium. §. 1. Injuncti Nobis per abundantiam divinæ Gratiæ Pastoralis Officii sollecitudo postulat, atque exigit, ut ad ea, per quæ prospero Monasteriorum devoti fæminei sexus statui, quoad Nobis integrum est, consulitur, ut e medio sublatis contentionum, litium, disceptationumque forensium dissidiis, ac tricis, nec non partium studiis per solam, liquidamque veritatis inspectionem, jus suum unicuique tribuatur, ac justitia, et pax se se invicem osculentur, ejusdem Officii partes, sedulo intendamus, pro ut conspicimus in Domino salubriter expedire.

Exponuntur, incomoda, et querimoniæ quoad regimen binarum Monasteriorum. §. 2. Sane pro parte Carissimi in Christo filii Nostri Caroli Utriusque Siciliæ, et Hierusalem Regis Illustris, Nobis expositum fuit, duo inter Regia Monialium Monasteria, alterum sub invocatione Sanctæ Claræ Ordinis Sancti Francisci, sub Regula ejusdem Sanctæ Claræ, reliquum Sanctæ Mariæ Magdalenæ Ordinis Sancti Augustini Civitatis Neapolitan, utrumque sub guberuio Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, nonnullas ortas esse lites, controversias, et dissentiones, attento, quod dilectus filius primodicti Monasterii S. Claræ Guardianus Frater expresse Professus ejusdem Ordinis S. Francisci Reformatorum contendat, ad se, uti Commissarium Apostolicum utriusque Monasterii hujusmodi spectare, sibique licere, non solum Guardianum pro tempore existentem secundo dicti Monasterii Sanctæ Mariæ Magdalenæ in possessione Officii Guardianatus illi demandati immittere, verum etiam suffragia, cum res sit de Monialibus, educandis, famulisque in eodem Monasterio recipiendis, colligere, ac sacris Ecclesiasticisque functionibus, quæ in secundo dicto Monasterio prædicto solemniori pompa, et paratu, singulis annis juxta Ritum Ecclesiæ, sive etiam in Vestitionibus Monialium, sive earum respective professionibus fieri solent, ac etiam Capitulis pro electione Superiorissæ, aliarumque dicti Monasterii Officialium, ac illarum confirmationis, invitis ipsis, Superiorissa et Monialibus, ac Guardiano prædicto, interesse. Ipse vero Carolus Rex, lites hujusmodi per Nos dirimi, ac penitus evelli, ac in præmissis provideri plurimum desiderat.

Guardiani Monasteriorum S. Claræ, et S. Mariæ Magdalenæ excluduntur, ab solemnitatibus et actibus jurisdictionalibus. §. 3. In hoc rerum statu Nos, piis ejusdem Caroli Regis votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, Pastorali cura prædictorum omnium cognitione assumpta, ambarum partium rationibus, mature perpensis, ac post plenum, maturumque examen in eam venimus sententiam: Non licere Guardiano Monasterii Sanctæ Claræ, uti Commissario Apostolico Monasterii Sanctæ Mariæ Magdalenæ, explere solemnitates, et actus, de quibus agitur, invitis Guardiano, et Monialibus secundo dicti Monasterii nec non alterum eligi, qui Commissarii, seu Visitatoris munus gerat, deputandum pro utroque Monasterio, arbitrio Cardinalis Protectoris, exclusis in perpetuum, ab eodem Officio, Guardianis prædictorum Monasteriorum.

Injungitur Cardinali Protectori, ut iisdem Monasteriis alium deputet Commissarium Apostolicum, et Visitatorem. §. 4. Ac propterea Monialium utriusque Monasterii hujusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia, absolventes, et absolutas fore censentes. Supplicationibus ejusdem Caroli Regis Nobis humiliter porrectis inclinati dilecto Filio Nostro Hieronymo S. R. E. Diacono Cardinali Columnæ nuncupato, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ac dictorum Monasteriorum apud Nos, et Apostolicam hanc Sanctam Sedem Protectori, ut eorumdem Monasteriorum Sanctæ Claræ, et Sanctæ Mariæ Ma-

gdalenæ in locum Commissarii Apostolici, quacumque auctoritate, et superioritate electi, et deputati alterum in Commissarium, seu Visitatorem, qui munus Commissarii, seu Visitatoris pro utroque Monasterio deputan, arbitrio tamen dicti Hieronymi Cardinalis moderni, et pro tempore existentis Protectoris hujusmodi gerat, exclusis in perpetuum ab eodem Officio Commissarii, seu Visitatoris Guardianis prædictorum Monasteriorum, eligat, et deputet, auctoritate Apostolica, tenore præsentium injungimus, et mandamus, ea tantum lege, et conditione, ut Commissarius, seu Visitator Monasteriorum hujusmodi pro tempore electus, et eligendus, nullo unquam tempore quoscumque actus, nempe, Guardianum Monasterii Sanctæ Mariæ Magdalenæ in possessionem Guardianatus sui muneris immittere, suffragia colligere, Sacris interesse functionibus in Ecclesia Monasterii hujusmodi pro tempore quacumque de causa habendis, nec non Monasterii hujusmodi pro electione Superiorissæ, aliarumque Officialium confirmatione, Capitulis faciendis, invitis Monialibus, et Guardiano prædicto Monasterii Sanctæ Mariæ Magdalenæ facere possit, et valeat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis prædictæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstante, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, nec non quibusdam fel: rec: Clementis VI., Urbani VIII., et Clementis XII. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Literis, quoad ea, quæ præsentibus Nostris Literis adversantur, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Monasteriorum, et Ordinum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis, Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum in Arce Gandulphi sub Annulo Piscatoris die Vigesima Junii Millesimo septingentesimo quinquagesimo Nono. Pontificatus Nostri anno primo.

LXIV.

Parisiensem Sacræ Theologiæ Facultatem comendat ob censuram contra Librum *de l' Exprit* a Facultate ipsa editam, et illius jussu Typis impressam.

Dat. die 26. Jun. 1759. Ann. I.

Hujus Pontificis Constitutio, qua damnatur Liber = de l'Exprit = *relata superius est Num. XXXIV.*

Dilectis Filiis Facultatis Parisiensis Sacræ Theologiæ Magistris.

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Studium Theologicae Facultatis commendatur, contra Librum de l' Exprit insurgentis.

§. 1. Accepimus sane, Dilecti Filii, censuram noti, perniciosique Libri *de l'Exprit* inscripti, a celebri ista Facultate vestra editam, ipsius jussu typis impressam, atque per Literas dilecti Filii moderni ejusdem Facultatis Syndici, ad Nos transmissam. Quo autem graviore dolore affecti fuimus, cum intelleximus, per florentissimum istud Galliarum Regnum, non multo ab hinc tempore varios vulgari, atque in lucem emitti libros, falsas, erroneas, impias, ac Religionis, bonorumque morum eversivas doctrinas continentes,

inter quos certe memoratus Liber *de l' Exprit* unus ex perniciorbus habitus est, atque adeo uti talis a Nobis per alias Nostras in simili forma Brevis literas, die 31 Januarii currentis Anni damnatus, atque prohibitus, eo majori consolatione repleti fuimus, cum audivimus, non solum Ecclesiam, et Regiam auctoritatem, efficacioribus interpositis decretis, tot offensiones, et scandala, mirabili plane consensione, coercere statuisse, verum etiam Vos, Dilecti Filii, omnia vestra studia adhibuisse, ne venenati errores, summo cum incautorum Christifidelium discrimine, in eodem libro, partim malitiose, partim impudenter expositi, detegerentur.

Facultatem prælaudatam exhortot, ut in Religione tuenda persistat suis studiis, et laboribus.

§. 2. Quapropter facere non possumus, quin, uti par est, eximium zelum Vestrum, gravissima hac in re impensum, Apostolicis laudibus prosequamur, atque una simul, Deum scientiarum dominum, enixe precemur, quo omnes Ecclesiæ Catholicæ filii, Vestra præclara exempla sectantes, hujusmodi librum, qui Fidei Orthodoxæ lumen, et morum candorem in ipsis obscurare possent, penitus arceantur, et exhorescant. Cum vero satis omnibus exploratum sit, quantum Theologicæ disciplinæ debeant, illustri Vestræ societati, quæ partim communibus laboribus a Doctoribus, quæ illam constituunt, susceptis, partim peculiaribus eorum, qui in ea instituti fuerunt studiis, tantopere, tum Sacrosanctæ Religionis, tum sanæ moralis integritati, ac tutamini proficit. Nihil Nobis reliquum idcirco est, quam Vos rogare, et in Domino exortari (etsi minime hisce stimulis egeatis), ut quemadmodum magna, cum Vestri nominis celebritate hactenus fecistis, Catholicam Ecclesiam, et Patriam Vestram, assiduis Vestris obseqniis, novisque laboribus juvare, et illustrare pergatis. In cujus rei auspicium, Vobis, Dilecti Filii, paternæ charitatis pignus, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis sub Annulo Piscatoris die 26 Junii 1759 Pont. Nostr. Anno Primo.

LXV.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, et Regularium, nec non Correctoris Generalis Ordinis S. Francisci de Paula Minimorum, super sexennali celebratione Capituli Provincialis Provinciæ Calabriæ Ulterioris in Conventu Pitii dicti Ordinis convocandi, non obstante contraria consuetudine, et alternativæ lege.

Dat. die 3. Jul. 1759. Ann. I.

Clemens Papa XIII.
Ad futuram rei memoriam

Preces porrectae super subrogatione loci, in quo sexennalis convocatio Capituli Provincialis habenda erit in posterum.

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii Joannis Alphonsi Curcio, Fratris expresse professi, ac Correctoris Provincialis Provinciæ Calabriæ Ulterioris Ordinis Sancti Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositæ, nomine etiam ex Provincialium, Collegarum, et Deffinitorum Provincialium exposito, quod in electiona Correctoris Provincialis Provinciæ hujusmodi pluribus ab hinc annis, vigore alternativæ legis, solitum est haberi Capitulum quolibet triennio, nempe uno in Conventu Montis Leonis, altero vero triennio in Conventu Catanzarii ejusdem Provinciæ, unde Capitulum Provinciale, quod mense Septembri proxime venturo, juxta dictam alternativam, atque quoddam Decretum in ultimo Capitulo Deffinitorio factum, habendum est, celebrari, atque exequi deberet in prædicto Conventu Catanzarii, qui expertus est maximum afferre incommodum pluribus ex causis ejusdem Provinciæ Vocalibus, et præsertim quia Civitas Catacen, multum distat a mari, et a Conventibus Provinciæ prædictæ, ac propterea pro accessu Vocalium, ne dum gravissimæ expensæ impendendæ sunt, verum etiam Vocales magno labore, periculo, et jactura exponuntur, ac proinde exponentes prædicti ad tollenda hujusmodi incommoda, pericula, jacturas, et expensas plurimum desiderabant, ut Capitulum Provinciale dictæ Provinciæ, quod vigore alternativæ legis in memorato Conventu Catanzarii celebrari solitum erat, in posterum, et in futurum in Conventu Oppidi Civitatis Pitii celebretur, et celebrari posset, ac ad dictum Conventum Pitii transfera-

tur, qui cum positus sit in medio Provinciæ, hujusmodi Vocales minoribus incommodis, labore, et expensis, imo facillime, et absque ullo periculo accedere possunt, et poterunt, eo magis quia dictus Conventus prope situs Maris extructus, capax, et bene dispositus sit ad illos recipiendos; attento, quod in eodem Conventu plura habita sint Capitula Deffinitoria, et ad præsens in elegantiorem formam redactus majorem adhuc continet capacitatem.

S. Congregatio Episcoporum, et Regularium petitioni pro subrogatione postulata indulget.

Eadem Cardinalium Congregatio suum edidit Decretum tenoris sequentis, videlicet = Sacra Congregatio Emorum, et Rmorum S.R.E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præposita, ad quam SSmus Dnus Noster Supplicem libellum remisit, attenta relatione P. Procuratoris Generalis, benigne commisit Patri Generali, ut, veris existentibus narratis Oratorum precibus, pro suo arbitrio, et conscientia indulgeat pro gratia juxta petita = Romæ 6 Aprilis 1759. C. A. Card. Cavalchini P. H. Guglielmi Secr. = Loco ✠ Signi

Rescriptum Exequtoriale Correctoris Generalis superius laudati decreti S. Congregationis.

§. 2. Subinde vero dilectus itidem filius Petrus de Vaux Corrector Generalis dicti Ordinis, vigore facultatis sibi a memorata Cardinalium Congregatione attributæ, suum edidit Decretum, tenoris sequentis nempe — Cum Nobis comperta sit expositorum veritas, facultate Nobis ab hac Sacra Congregatione per suum prædnotatum decretum commissa utentes, Oratoribus, ut in vertente anno, et in perpetuum, quolibet recurrente sexennio, sua Capitula Provincialia in Conventu Civitatis Pitii celebrari possint, et valeant benigne indulgemus, non obstantibus quibuscumque in contrarium consuetudino, decreto, regula, et statutis Ordinis, et Provinciæ, firmis tamen remanentibus cæteris alternativæ conditionibus. In quorum fidem etc Datum Romæ in Conventu Nostro Regio Sanctissimæ Trinitatis die 12. Aprilis 1759 Fr. Petrus de Vaux Gen. Minimorum de Mandato Rmi P. Generalis Fr. B. Couschery Secretarius = Loco ✠ Signi

Decretum S Congregationis, et exequatoriale rescriptum Correctoris Generalis confirmatur, et approbatur.

§. 3. Cum autem, sicut dicti exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi præinserta Decreta, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ Confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere cupiant. Nos ipsos Exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, et pœnis quovis modo, et quacumque da causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, Supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinserta Decreta cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in ipsius Petri Correctoris Generalis Decreto intervenerint, supplemus, et sanamus, ac quatenus opus sit, attenta majori Conventuum dictæ Provinciæ Calabriæ Ulterioris utilitate, majorique vocalium commodo, non obstante quacumque hucusque observata vigore dictæ alternativæ, consuetudine, ac Decreto, in nupero Capitulo Deffinitorio ejusdem Provinciæ edito, Capitulum Provinciale ipsius Provinciæ, quod in prædicto Conventu Civitatis Catacen antea celebrari solebat, in altero ipsius Provinciæ Conventu, nempe in illo Oppidi Civitatis Pitii in posterum et in futurum mense septembris proxime futuro inchoari haberi, et celebrari debeat, dicta auctoritate statuimus, præcipimus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis exponentibus, aliisque pro tempore existentibus, ad quos spectat, et spectabit in futurum in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit, attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, et Provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegis quoque indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmisso-

rum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die III. Julii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno primo.

LXVI.

Regulas Cancelleriæ, Universi fere Summi Pontifices publicare fecerunt in eorumdem Pontificatum exordio, illasque impressas invenire praestot in Bullario Mainardi. Nos præsentis Pontificis Regulos in fine primi anni Pontificatus collocavimus, quia earum publicatio locum hobuit quatuordecim dies post illius ad summi Apostolatus assumptionem, et ne series Apostolicarum Constitutionum, interrupta per hanc foret Regularum insertionem.

Regulæ Ordinationes et Constitutiones Cancellariæ Apostolicæ Sanctissimi D.N.D. Clementis Divina Providentia Papæ XIII.

Sanctissimus in Christo Pater, et Dominus Noster Dominus Clemens Divina Providentia Papa XIII., Suorum Prædecessorum vestigiis inhærendo, normam, et ordinem rebus gerendis dare volens, in crastinum suæ Assumptionis ad Summi Apostolatus apicem, videlicet, die VII. mensis Julii Anno ab Incarnatione Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo, Reservationes, Constitutiones, et Regulas infrascriptas fecit, quas etiam ex tunc, licet nondum publicatas, et suo tempore duraturas observari voluit, ac quas Nos Albericus tituli Sancti Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis Archinto Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellarius, die XXI. mensis Julii in Cancellaria Apostolica publicari fecimus.

Reservationes generales, et speciales.

§. 1. In primis fecit easdem Reservationes, quæ in Constitutione fel. record. Benedicti PP. XII., quæ incipit: *Ad regimen*, continentur, et illas innovavit, ac locum habere voluit, etiamsi Officiales in eadem Constitutione expressi, Apostolicæ Sedis Officiales ante obitum eorum esse desierint, quoad Beneficia, quæ tempore, quo Officiales erant, obtinebant. Declarans nihilominus Beneficia, quæ dictæ Sedis Officiales, qui ratione officiorum suorum hujusmodi, ejusdem Sedis Notarii erant, etiam dimissis ipsis officiis, et quandocumque, assequuti fuerint sub hujusmodi reservationibus compræhendi; Ac reservavit Beneficia, quæ per Constitutionem piæ mem: Joannis Papæ XXII., quæ incipit: *Execrabilis*; vacant, vel vacare contigerint. Quam Constitutionem, et reservationem S. S. tam ad Beneficia obtenta, quam alia quæcumque, de quibus Ordinarii, et alii Collatores contra Concilii Tridentini decreta disposuerunt, et disponent in futurum, extendit, et ampliavit, et ea etiam Beneficia omnia dispositioni Suæ reservavit, de quibus per dictos Ordinarios, aut alios Collatores, contra ejusdem Concilii decretorum formam, dispositum fuerit. Decernens irritum etc.

Reservatio Cathedralium Ecclesiarum, et Monasteriorum, ac de tempore vacationis Episcopatuum, vacaturorum Beneficiorum

2. Item reservavit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, nec non omnia Monasteria virorum, valorem annuum ducentorum florenorum auri, communi æstimatione excedentia, nunc quomodocumque vacantia, et imposterum vacatura. Et voluit, quod excessus hujusmodi in literis exprimatur. Ac etiam reservavit Dignitates, et Beneficia omnia ad collationem, præsentationem, electionem, et quamcumque aliam dispositionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, et Episcoporum, nec non Abbatum, ac aliorum quorumcumque Collatorum, et Collatricum Sæcularium, et Regularium quomodolibet (non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertinentia) quæ post illorum obitum, aut Ecclesiarum, seu Monasteriorum, vel aliarum dignitatum suarum dimissionem, seu amissionem, vel privationem, seu translationem, vel alias quomodocumque vacaverint, usque ad provisionem successorum ad easdem Ecclesias, aut Monasteria, vel Dignitates, Apostolica auctoritate faciendam, et adeptam ab eisdem successoribus pacificam illorum possessionem, quomodocumque vacaverint, et vacabunt in futurum. Decernens irritum etc.

Digitized by Google

Extensio reservationis Beneficiorum per assequutionem pacificam vacaturorum

§. 3. Item, si quis de Beneficiis Ecclesiasticis, praesertim Curam Animarum habentibus, seu alias personalem residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant, Apostolica auctoritate provisi, seu providendi, ante illorum assequutionem, alia cum eisdem incompatibilia Beneficia Ecclesiastica, per eos tunc obtenta, in fraudem reservationis Suae, resignarent, seu dimitterent, voluit, decrevit, et declaravit, quod si imposterum, quibusvis personis de aliquibus Beneficiis Ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis per Sanctitatem Suam, aut ejus auctoritate provideri, ipsosque providendos intra vacationis, et provisionis, seu assequutionis eorumdem Beneficiorum tempora, quaecumque alia cum illis incompatibilia Beneficia Ecclesiastica saecularia, vel quorumvis Ordinum, ac etiam Hospitalium, Regularia, per eos tunc obtenta, nulla speciali, et expressa de eisdem in provisionibus praedictis facta mentione, simpliciter, vel causa permutationis, ac alias quomodolibet, sive in Sanctitatis Suae, vel alterius Romani Pontificis pro tempore existentis, aut Legatorum, vel Nunciorum dictae Sedis, sive Ordinariorum, vel aliorum Collatorum quorumcumque manibus resignare, seu dimittere, aut juribus sibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contigerit, omnes, et singulae concessiones, collationes, provisiones, et quaevis aliae dispositiones, de beneficiis, seu juribus, sic resignandis, dimittendis, et cedendis pro tempore faciendae cum inde sequutis quibuscumque, cassae, et irritae, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur, sed beneficia, et jura, ut praefertur resignata, dimissa, et cessa eo ipso vacent, ac sub reservatione praedicta, quam Sanctitas Sua, etiam quoad hoc extendit, et ampliavit, comprehensa censeantur. Ita quod de illis per alium, quam per eamdem Sanctitatem Suam, vel pro tempore existentem Romanum Pontificem nullatenus disponi possit, in omnibus, et per omnia perinde, ac si per pacificam assequutionem Beneficiorum aliorum hujusmodi, vere, ac realiter vacavissent. Ac ulterius voluit, Beneficium de quo resignans fuerit auctoritate Apostolica provisus, ac per cujus assequutionem Beneficia vacare debebant, ut prius vacare, perinde, ac si collatio favore resignantis facta non fuisset, salvis tamen quibuscumque juribus competentibus alteri parti, ad cujus favorem facta esset resignatio, etiam ex causa permutationis, summarie, simpliciter, et appellatione remota exercendis. Decernens irritum etc. attentari.

Reservatio Dignitatum; necnon suorum et S.R.E. Cardinalium familiarium, Beneficiorum.

§. 4. Item reservavit generaliter dispositioni suae omnes Dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, et Patriarchalibus, necnon valorem decem florenorum anni communi aestimatione excedentes, principales in Collegiatis Ecclesiis. Reservavit etiam Prioratus, Praeposituras, Praepositatus, ac alias Dignitates Conventuales, et Praeceptorias generales Ordinum quorumcumque, (sed non Militiarum) ac quaecumque Beneficia, quae sui, etiam, dum Cardinalatus fungebatur honore existentes, ac S.R.E. viventium nunc, et qui erunt pro tempore Cardinalium familiares continui commensales, obtinent, et imposterum obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac in quibus, seu ad quae jus eis competit, aut competierit, etiamsi ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem, vel alias recesserint. Declarans, Dignitates, quae in Cathedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales non majores existunt, quae ex Apostolicae Sedis indulgentia, vel Ordinaria auctoritate, aut consuetudine praescripta, vel alias quovis modo in quibuscumque Collegiatis Ecclesiis principalem praeeminentiam habere noscuntur sub reservatione praedicta comprehendi debere. Decernens irritum etc.

Reservatio Beneficiorum Collectorum, et Subcollectorum.

§. 5. Item reservavit generaliter omnia et singula Beneficia Ecclesiastica quorumcumque Collectorum, et Unicorum in quacumque Civitate, vel Dioecesi, qui suo tempore Officia exercuerint, Subcollectorum, fructuum, et proventuum Camerae Apostolicae debitorum, illa videlicet Beneficia dumtaxat, quae durante eorum Officio obtinebant, et in quibus seu ad quae jus eis competebat. Decernens irritum etc.

Reservatio Beneficiorum Curialium, dum Curia transfertur.

§. 6. Item reservavit omnia, et singula Beneficia Ecclesiastica quorumcumque Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo, decedere contigerit in quovis loco, quantocumque etiam a dicta Curia remoto; Decernens irritum ec.

Reservatio Beneficiorum Cubiculariorum et Cursorum.

§. 7. Item reservavit generaliter idem D. N. PP. dispositioni Suæ, omnia Beneficia Cubiculariorum, etiam honoris nuncupatorum, ac Cursorum Suorum, declarans in prædecessorum Suorum Romanorum Pontificum Constitutionibus, et regulis reservatoriis Beneficiorum Cubiculariorum, etiam Cubicularios honoris nuncupatos, etiam a die earum editionis, et publicationis intelligi, et compræhendi, ac compræhensos fuisse, et esse. Irritumque etc. attentari decernens.

Reservatio Beneficiorum Ecclesiarum S. Joann: Lateranensis, et S. Petri, ac B. Mariæ Majoris de Urbe, et Beneficiorum titulorum Cardinalium a Curia absentium.

§. 8. Item reservavit dispositioni Suæ generaliter quoscumque Canonicatus, et Præbendas, ac Dignitates, Personatus, et Officia in S. Joannis Lateranensis, et Principis Apostolorum, ac Beatæ Mariæ Majoris de Urbe Ecclesiis, nec non ad collationem, provisionem, et præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem S.R.E. Cardinalium a Romana Curia absentium ratione Suorum Episcopatuum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum, et Diaconiarum spectantia, quamdiu absentia hujusmodi duraverit, Canonicatus, et Præbendas, Dignitates, Personatus, Administrationes, et Officia, cæteraque Beneficia Ecclesiastica cum cura, et sine cura vacantia, ac in antea vacatura, tam in eadem Urbe, quam in Ecclesiis, Civitatibus, ac Diœcesibus dictorum Episcopatuum consistentia, ac decrevit irritum.

Reservatio mensium Apostolicorum, et alternativa pro Episcopis residentibus.

§. 9. Item cupiens SS. D. N. PP. pauperibus Clericis, et aliis benemeritis personis providere, omnia Beneficia Ecclesiastica cum cura, et sine cura, sæcularia, et quorumvis ordinum regularia, qualitercumque qualificata, et ubicumque existentia in singulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Augusti, Octobris, et Novembris mensibus, usque ad Suæ voluntatis beneplacitum extra Romanam Curiam, alias, quam per resignationem quocumque modo vacatura, ad collationem provisionem, præsentationem, electionem, et quamvis aliam dispositionem quorumcumque Collatorum, et Collatricum sæcularium, et quorumvis Ordinum regularium (non tamen S.R.E. Cardinalium, aut aliorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam, et quos cumque alios initis, et per eos, qui illa acceptare, et observare debuerant acceptatis, et observatis, quæ lædere non intendit, comprehensorum) quomodolibet pertinentia, dispositioni Suæ generaliter reservavit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis Beneficiis tunc vacantibus, etiam Motu proprio fient, de mense, in quo vacaverint, dispositive mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse, ac consuetudines, etiam immemorabiles optandi majores, et pinguiores Præbendas, nec non privilegia etiam in lumine erectionis, concessa, et indulta Apostolica circa ea, ac etiam disponendi de hujusmodi Beneficiis, aut quod illa sub hujusmodi reservationibus numquam comprehendantur, etiam cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, et fortioribus, efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis Decretis, quorum tenores pro expressis haberi, et latissime extendi voluit, quibusvis personis, et Collegiis, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, et conditionis existentibus, quomodolibet concessa, adversus Reservationem hujusmodi minime suffragari. Insuper Sanctitas Sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis intenta, ipsis, quamdiu apud Ecclesias, aut Diœceses suas vere, et personaliter resederint dumtaxat, de omnibus, et quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis cum cura, et sine cura sæcularibus, et regularibus, (ad liberam ipsorum dumtaxat, non

autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interventu Capitulorum, vel aliorum, aut alias pertinentibus, quæ in antea in mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, et Decembris extra Curiam ipsam vacare contigerit (dummodo alias dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta non fuerint) libere disponendi facultatem, tempore Sui Pontificatus tantum duraturam concessit. Ac etiam voluit, ut si ipsi in collatione, aut alia dispositione Beneficiorum in aliis sex mensibus, videlicet Januarii, Martii, Maii, Julii, Septembris, et Novembris vacaturorum (quæ etiam dispositioni Suæ, ut præfertur, reservavit,) seu etiam aliorum dispositioni Suæ, et dictæ Sedis, alias quomodolibet reservatorum, vel affectorum sese intromiserint, aut quominus provisiones, et gratiæ Sanctitatis Suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquomodo præstiterint, usu, et beneficio prædictæ facultatis, eo ipsi privati existant, ac collationes, et aliæ dispositiones de Beneficiis illius prætextu deinceps faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti. Illi vero qui gratiam alternativæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem hujusmodi per patentes litteras manu propria subscriptas, suoque sigillo munitas, et in sua quisque Civitate, vel Diœcesi datas declarare, et literas ipsas hnc ad Datarium Sanctitatis Suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, et recognitis, ac in libro ad id deputato registratis, tunc demum, et non antea uti incipiant gratia supradicta. Insuper declaravit, quod si idem Episcopus pluribus Ecclesiis, quomodocumque unitis ex Apostolica concessione, et dispensatione, quomodocumque præsit, teneatur hujusmodi alternativæ gratiam, quatenus ea potiri velit, utriusque Ecclesiæ nomine explicite acceptare, alias illi non suffragetur. Et post factam acceptationem, et admissionem in Dataria, neutri parti liceat, nisi concordi consensu ab ea recedere. Declarans præterea, exceptionem positam in Regula favore S.R.E. Cardinalium, et indultum conferendi Beneficia reservata concessum Cardinali Episcopo, non suffragari Capitulo ratione communionis, et consortii juxta declarationem fel. rec. Urbani PP. VIII. Prædecessoris sui editam die decima Septembris anno millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, quam Sanctitas Sua in omnibus, et per omnia approbat. Decernens sic in præmissis omnibus per quoscumque etc. judicari debere, ac irritum etc.

De Literis in forma rationi congruit expediendis

§. 10. Item voluit idem D.N. Papa, quod concessa per felic. record. Benedictum XIV. Prædecessorem Suum, et de ejus mandato expediantur in forma *Rationi congruit etc.* sub die Coronationis Suæ, ut moris est, et idem quoad concessa per piæ mem. Clementem XII. etiam Prædecessorem Suum ad sex menses dumtaxat, ab ipso die Coronationis incipiendos, observari voluit.

Declaratio reservationis Ecclesiarum, et Beneficiorum per Prædecessores reservatorum

§. 11. Item declaravit omnium, et singularum Ecclesiarum Cathedralium, et Monasteriorum provisiones, quas prædicti Prædecessores sui, ordinationi, et dispositioni eorum, nec non omnia, et singula Beneficia Ecclesiastica, quæ dicti Prædecessores etiam prædictæ dispositioni, cum interpositione decreti, reservaverant (quæ quidem Ecclesiæ, Monasteria, nec non sic reservata Beneficia tempore obitus eorumdem Prædecessorum vacabant, aut Ecclesiæ ipsæ, vel Monasteria hujusmodi, si commendata, vel eis Administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent) remansisse, et remanere per hujusmodi reservationem, et Decretum affecta, nullumque de illis præter Romanum Pontificem ea vice se intromittere, vel disponere potuisse, sive posse quoquomodo. Decernens irritum, et inane, si secus super illis attentatum forsan erat, tunc, vel imposterum contingeret attentari.

Revalidatio Literarum Prædecessoris Gratiæ, et Justitiæ infra annum concessarum.

§. 12. Item prædictus D.N. omnes, et singulas a Benedicto XIV. Romano Pontifice Prædecessore Suo, infra annum ante diem ejus obitus concessas Gratiæ, vel Justitiæ literas temporibus debitis, earum Executoribus, seu Judicibus non præsentatas, omnino revalidavit, et in statum pristinum, in quo videlicet antea fuerant, vel pro quibus

Digitized by Google

erant obtentæ, quoad hoc plenarie restituit, ac decrevit per Exequutores, seu Judices prædictos, vel ab eis subdelegandos ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedi posse, at debere juxta illarum formam.

Revocatio Unionum.

§. 13. Item rationalibus suadentibus causis, ipse D.N. omnes uniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, extinctiones, applicationes, et dismembrationes, etiam perpetuas de quibusvis Cathedralibus, nec non aliis Ecclesiis, Monasteriis, Dignitatibus, Personatibus, Officiis, et Beneficiis Ecclesiastis, eorumve domibus, prædiis, et locis per cessum, vel decessum, aut aliam quamvis dimissionem, vel amissionem qualiacumque fuerint invicem, vel aliis Ecclesiis, Monasteriis, et Mensis etiam Capitularibus, Dignitatibus, Personatibus, Officiis, Beneficiis, ac Piis, et aliis locis, Universitatibus etiam Studiorum generalium, at Collegiis, etiam in favorem S. Romanæ Ecclesiæ Monasteriis, et Beneficiis per eos obtentis quomodolibet, Apostolica, vel alia quavis (non tamen Concilii Tridentini auctoritate, nec non pro fundatione, seu dotatione, augumento, vel conservatione Collegiorum, et aliorum Piorum, et Religiosorum locorum, ad Fidei Catholicæ defensionem, et propagationem, bonarumque artium cultum institutorum,) factas, quæ suum non sunt sortitæ effectum: Ac quascumque concessiones, et mandata super unionibus, annexionibus, incorporationibus, et aliis præmissis taliter faciendis, revocavit, cassavit, et irritavit, nulliusque decrevit existere firmitatis. Nec alicui quascumque clausulas, vel adjectiones, aut decreta, quæ Sanctitas Sua pro expressis haberi voluit in quibusvis Apostolicis, etiam, quæ Motu proprio, aut ex certa scientia, et consistorialiter processerunt, et emanarunt literis, etiamsi in eis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, aut jus quæsitum fore quomodolibet contenta, adversus revocationem, et irritationem hujusmodi, voluit aliquatenus suffragari. Decernens irritum etc.

Revocatio facultatum quibusvis concessarum.

§. 14. Item revocavit quascumque facultates concessas quibusvis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, et aliis personis, ac Prælatis, etiam utriusque Signaturæ Referendariis, nec non Apostolicæ Sedis Nunciis, ac fructuum, et proventuum Cameræ Apostolicæ debitorum Collectoribus, de dispensando cum quibusvis personis super Matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac natalium, et ætatis defectibus, et de incompatibilibus Beneficiis Ecclesiasticis insimul retinendis, nec non de Notariis publicis creandis, ac de disponendo quomodolibet de quibusvis Beneficiis Ecclesiasticis, et alias a præmissis officia ipsorum Nunciorum, et Collectorum directe non concernentes, etiamsi in literis desuper confectis, sint clausulæ restitutoriæ, et derogatoriarum derogatoriæ, et aliæ efficaciores, quas pro expressis haberi voluit quoad omnia; in quibus facultates ipsæ non sunt sortitæ effectum, etiamsi Nunciis, eisdem dictæ Sedis Legatis de Latere competens sit concessa potestas. Decernens irritum etc.

Revocatio facultatum conferendi Beneficia reservata.

§. 15. Item revocavit quascumque facultates, et literas desuper confectas, per quas quicumque Sui Prædecessores Romani Pontifices, quibusvis personis Ordinariam collationem, seu aliam dispositionem Beneficiorum Ecclesiasticorum, de jure, vel consuetudine habentibus, et quavis etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel alia dignitate, vel alio non tamen Cardinalatus honore fulgentibus, quavis consideratione, vel intuitu, etiam Motu Proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, cum quibusvis clausulis etiam derogatoriis, ac irritantibus, et aliis decretis quorum tenores haberi voluit pro expressis, concesserant, ut quamdiu viverent, vel suis Ecclesiis, seu Monasteriis præessent, aut ad aliud tempus de Beneficiis Ecclesiasticis generaliter reservatis, seu affectis, ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, et quamvis aliam dispositionem, communiter, vel divisim spectantibus, disponere libere, et licite valerent, aut etiam ad id per eosdem Prædecessores Vicarii perpetui, vel ad tempus constitui forent: Decernens irritum, et inane etc.

De dictionibus numeralibus.

§. 16. Item, ut Apostolicis literis, committendi crimen falsi, peramplius tollatur occasio, voluit, et ordinavit, quod dictiones numerales, quæ in dictis litteris ante Nonas, Idus, et Kalendas, immediate poni consueverunt, per litteras, et syllabas extense describantur, et illæ ex prædictis literis, in quibus hujusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint, ad Bullariam nullatenus mittatur.

De concurrentibus in Data.

§. 17. Item voluit, quod de concurrentibus in Data ejusdem diei, super vacantibus, seu certo modo vacaturis Beneficiis, illi quibus gratiæ, Motu Proprio conceduntur, cæteris simili modo gratias non habentibus, alias graduati, non graduatis, aut inter graduatos, magis graduati, ac inter æqualiter graduatos, prius graduati, nec non colorato titulo possessores, non possessoribus, ac inter personas alias in Curia præsentes, absentibus ab ea, ac inter præsentes, non beneficiatis, et similiter inter absentes, cæteris paribus, oriundus non oriundo, et Diœcesanus, non Diœcesano; In reliquis vero singuli, qui prius Apostolicas desuper literas eorum exequutoribus præsentaverint, aliis in ipsorum, de quibus agi contigerit, Beneficiorum assequutione, præferantur.

De non tollendo jus quæsitum.

§. 18. Item, ne per varias, quæ pro commissionibus, seu mandatis, et declarationibus habendis in causis plerumque fiunt suggestiones, Justitia postponatur, Idem D. N. decrevit, et declaravit, Suæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumque signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel literas Apostolicas pro commissionibus, seu mandatis, aut declarationibus hujusmodi etiamsi Motu Proprio, et ex certa scientia, ac etiam ante motam litem a Sanctitate Sua emanaverint, vel de ejus mandato faciendas, nulli jus sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

Regula de viginti.

§. 19. Item voluit, quod si quis in infirmitate constitutus resignaverit, sive in Romana Curia, sive extra illam, aliquod Beneficium, sive simpliciter, sive ex causa permutationis, vel alias dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius Beneficii unionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus, signatæ, et postea infra viginti dies, a die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, et ipsum Beneficium quavis auctoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi sit nulla, ipsumque Beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

De Idiomate.

§. 20. Item voluit, quod si contingat tam in Curia, quam extra, alicui personæ de Parochiali Ecclesia, vel quovis alio Beneficio exercitium curæ animarum Parochianorum quomodolibet habente, provideri, nisi ipsa persona intelligat, intelligibiliter loqui sciat idioma loci ubi Ecclesia, vel Beneficium hujusmodi consistit, provisio, seu mandatum, et gratia desuper quoad Parochialem Ecclesiam, vel Beneficium hujusmodi, nullius sint roboris, vel momenti. Decernens irritum etc.

De non impetrando Beneficium per obitum viventis.

§. 21. Item si quis supplicaverit sibi de Beneficio quocumque tamquam per obitum alicujus, licet tunc viventis, vacante provideri, et postea per obitum ejus vacet, provisio, et quævis dispositio etiam vigore alterius novæ supplicationis, vel gratiæ dicto Supplicanti, per obitum hujusmodi denuo faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti.

De unionibus, et unionum confirmatione.

§. 22. Item voluit, quod petentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri, teneantur exprimere verum annuum valorem secundum communem extimationem, tam Beneficii uniendi, quam illius, cui uniri petitur, alioquin unio non valeat, et semper in unionibus commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest: Et idem voluit observari in quibusvis suppressionibus perpetuis, concessionibus, dismembrationibus, et applicationibus, etiam de quibuscumque fructibus, et bonis Ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus unionum, singularumque dispositionum hujusmodi.

Digitized by Google

De Mendicantibus transferendis.

§. 23. Item de Mendicantibus transferendis, qui ad alios Ordines transierint pro tempore, voluit Constitutionem fel. record. Martini Papæ V. Prædecessoris sui desuper factam, et in libro Cancellariæ Apostolicæ descriptam, quæ incipit: *Viam ambitiosæ cupiditatis etc.* firmiter observari.

De male promotis.

§. 24. Item de Clericis extra tempora a Jure statuta, sive ante ætatem legitimam, aut absque Dimissoriis literis ad Sacros Ordines se promoveri facientibus pro tempore, etiam voluit, Constitutionem piæ mem. Pii Secundi similiter Prædecessoris sui desuper editam, et in dictæ Cancellariæ Apostolicæ libro descriptam, quæ incipit: *Cum ex Sacrorum Ordinum etc.* pari modo observari.

De Moneta

§. 25. Item declaravit idem Dominus Noster, quod libra Turonensium parvorum, et florenus auri de Camera pro æquali valore in concernentibus literas, et Cameram Apostolicam computari, et extimari debeant.

De Beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesias, et Monasteria.

§. 26. Item prædictus D. N. Papa voluit, decrevit, et ordinavit, quod quæcumque concessiones, gratiæ, et mandata, etiam Motu Proprio, et cum derogatione hujus Constitutionis, quæ ab eo pro quibusvis personis emanaverint de providendo eis de quibusvis Beneficiis vacaturis per promotionem quorumcumque, ad Ecclesiarum, et Monasteriorum regimina, si hujusmodi concessiones, et mandata, diem promotionis promovendorum ipsorum præcesserint, nec non quæcumque collationes, provisiones, et dispositiones pro tempore faciendæ de præmissis, et quibusvis aliis Beneficiis Ecclesiasticis sæcularibus, et regularibus, quæ per promovendos, vel assumendos ad quascumque Prælaturas, inter illarum vacationis, et hujusmodi promotionis, vel assumptionis tempora simpliciter, vel ex causa permutationis ubicumque resignari, vel alias dimitti contigerit cum inde sequutis pro tempore sint cassæ, et irritæ, nulliusque roboris, vel momenti.

De non judicando juxta formam supplicationum, sed literarum expeditarum.

§. 27. Item cum ante confectionem literarum, gratia Apostolica sit informis, voluit, statuit, et ordinavit idem Dominus Noster, quod Judices in Romana Curia, et extra eam pro tempore existentes, etiamsi sint S.R.E. Cardinales, Causarum Palatii Apostolici Auditores, vel quicumque alii, non juxta supplicationum signaturam, super quibusvis impetrationibus (nisi in dicta Curia dumtaxat sint commissiones justitiam concernentes per placet, vel per S. R. E. Vicecancellarium juxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ), sed juxta literarum super eisdem impetrationibus, et concessionibus confectarum tenores, et formas judicare debeant. Decernens irritum etc. Et si literæ ipsæ, per præoccupationem, vel alias, minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum, quorum interest instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per ejus Officiales, quibus hujusmodi tenores, et formas restringere convenit ad formas debitas reducendæ.

De Regulis Cancellariæ producendis.

§. 28. Item attendens D. N. Papa, quod super habendis de Cancellaria Apostolica Regulis, et Constitutionibus inibi descriptis, faciliter per eos, qui in Romana Curia indiguerint, ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, nec consultum foret, quod super earumdem Regularum, et Constitutionum (quæ juxta varietatem concurrentium causarum, et negociorum aliquoties immutari convenit) probando tenore, vel effectu testium, plerumque tenacem desuper memoriam non habentium, depositionibus stari deberet, voluit, statuit, et ordinavit, quod deinceps quilibet ex Auditoribus Causarum Palatii Apostolici, et aliis (etiamsi S. R. E. sint Cardinales) in ipsa Curia pro tempore deputatis auctoritate Apostolica Judicibus, etiam in causis actu pendentibus, super hujusmodi tenore, vel effectu probando dumtaxat, stet, fidemque adhibeat cedulæ, seu scripturæ desuper a duobus Majoris præsidentiæ, quod danda sit, a tergo signatæ, et

etiam a duobus aliis literarum Apostolicarum Abbreviatoribus, in ipsa Cancellaria auscultatæ, et Vicecancellarii, seu dictam Cancellariam Regentis manu subscriptæ, ut moris est, quidquid autem secus fieri contigerit nullius sit roboris, vel momenti.

De subrogandis Collitigantibus.

§. 29. Item D. N. cupiens litium succidere anfractus, et ne novi Collitigantibus adversarii dentur, providere voluit, statuit, et ordinavit, quod quoties deinceps aliquem super quovis Beneficio Ecclesiastico collitigantem in Jure, vel ad jus, si quod forsan ejus adversario in dicto Beneficio competierit, subrogari contigerit (dummodo prædictus Collitigans in dicto Beneficio intrusus non fuerit, nec super eo contra dictum Adversarium, postquam illud per triennium pacifice possiderit, lis tunc mota fuerit) aliorum quorumlibet de præmisso Jure, sive tunc vacet, vel cum vacaverit impetrationes, vel concessiones, etiam Motu proprio infra mensem ante concessionem hujusmodi factæ, nullius sint roboris, vel momenti. Et nihilominus cupiens eorum fraudibus obviare, qui viventium Beneficia, illorum præsertim, quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem immineret vitæ periculum, impetrant, ut illis decedentibus, tamquam Collitigantes in eorum Juribus facilius subrogentur; Voluit, ut deinceps nullus in Jure, vel ad Jus in Beneficio defuncti, quod illo vivente in casibus præmissis, vel similibus impetraverit, aliquo modo subrogetur, et subrogatio, vel gratia si neutri, si nulli, seu novæ provisionis, aut perinde valere, taliter impetranti nullatenus suffragetur, quod etiam strictissime observari mandavit in impetrationibus Beneficiorum per privationem, et amotionem ex quibusvis criminibus, et excessibus forsan perpetratis, etiamsi usque ad definitivam sententiam, quæ tamen in rem non transiverit judicatam, processum foret.

De verisimili notitia.

§. 30. Item voluit, et ordinavit, quod omnes gratiæ, quas de quibusvis Beneficiis Ecclesiasticis cum cura, vel sine cura, sæcularibus, vel regularibus per obitum quarumcumque personarum vacantibus, in antea fecerit, nullius roboris, vel momenti sint, nisi post obitum, et ante Datam gratiarum hujusmodi, tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipsæ, de locis, in quibus personæ prædictæ decesserint, ad notitiam ejusdem SS. D. N. verisimiliter potuerint pervenire.

Non valeant Commissiones Causarum, nisi Litteris expeditis.

§. 31. Item quod omnes, et singulæ Commissiones Causarum, quas in antea fieri contigerit, obtentu, vel occasione concessionum dumtaxat Apostolicarum de Beneficiis Ecclesiasticis gratiarum, super quibus literæ Apostolicæ confectæ non fuerint, ac processus desuper habendi nullius sint roboris, vel momenti.

De impetrantibus Beneficia per obitum familiarium Cardinalium.

§. 32. Item voluit, quod impetrans Beneficium vacans per obitum familiaris alicujus Cardinalis, teneatur exprimere nomen, et titulum ipsius Cardinalis, etsi ille in Curia fuerit, ipsius ad id accedat assensus, alias desuper gratia sit nulla, et idem servari voluit, si Cardinales quomodolibet ab ipsa Curia absentes, et ubilibet etiam in locis, infra duas Dietas vicinis, degentes, familiamque, et lares in eadem Curia retinentes, ab ipsa Curia recesserint, ad eamdem illico reversuri, et infra decem, vel ad summum quindecim dies vere, et personaliter reversi fuerint. Ita, quod Cardinalibus alias quam, ut præfertur, ex quacumque causa quantumlibet necessaria, et hic necessario exprimenda, absentibus, facultas præstandi consensum hujusmodi non competat, sed Beneficia hujusmodi ad liberam Sanctitatis Suæ, et Sedis Apostolicæ provisionem, et dispositionem pertineant. Declarans Regulas, et Constitutiones suorum Prædecessorum, etiam a die earum editionis, et publicationis, super assensu hujusmodi præstando, sic intellectas, et intelligendas fuisse. Irritumque etc. attentari decernens. Quodque si prædicti familiares, eorumdem Cardinalium familiares esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similem transierint, quoad Beneficia, quæ familiaritate priori durante, obtinuerint, et in quibus, vel ad quæ, priori ipsa familiaritate durante, jus eis competierit, Cardinales, quorum prius familiares fuerint, suum habeant adhibere consensum. Declarans præsentem Constitutionem locum non habere in illis

Beneficiis, quæ familiares ipsi, tempore obitus eorum in dicta Curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuissent, et ratione Officiorum per eos obtentorum, dictæ dispositioni generaliter reservata, vel affecta fuisse appareret. Nec non illos, quoad effectum dictæ Constitutionis, familiares eorumdem Cardinalium censeri, qui ipsorum Cardinalium familiares continui commensales, ad minus per quatuor menses, computato etiam tempore ante promotionem ad Cardinalatum, fuisse probarentur. Decernens irritum. etc.

Super eadem familiaritate.

§. 33. Item D. N., ad evitandas lites, et contentiones, quæ ex præcedenti Sua Constitutione exoriri possent, vestigiis Prædecessorum suorum inhærendo, voluit, statuit, et ordinavit, quod si Beneficia, quæ per obitum familiarium continuorum Commensalium eorumdem Cardinalium, in futurum vacabunt, cessantibus Apostolicis reservationibus, ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti Constitutione non comprehendantur, quoad hoc, ut in provisionibus talium Beneficiorum super expeditione literarum illius Cardinalis, cujus familiaris defunctus ille extitit, consensus requiri debeat. Sed Beneficia hujusmodi ad collationem, seu quamvis dispositionem Cardinalis Ordinarii Collatoris, ut præfertur, libere spectare censeantur; Et si apud Sedem Apostolicam, Beneficia hujusmodi per obitum dictorum familiarium vacaverint, tunc in provisione talium Beneficiorum, super expeditione literarum, illius Cardinalis exigatur consensus, si in Romana Curia præsens fuerit, ad quem eorumdem collatio, et dispositio, ut præfertur, pertinere deberet. Itaut Cardinalis Ordinarius Collator, in concursu cum Cardinali Patrono, semper præferri debeat, salvis tamen semper Indultis concessis, et concedendis eisdem S. R. E. Cardinalibus. Decernens irritum etc.

Signatura per Fiat præferatur alteri per Concessum.

§. 34. Item voluit idem D. N., quod concurrentibus eadem die super quocumque Beneficio per Fiat, et Concessum signaturis, ex eis per Fiat etiam, ut petitur habens, alteri per Concessum, etiam Motu proprio habenti, præferatur, etiamsi in illa per Concessum prægnantiores, et quantumlibet privilegiativæ essent clausulæ.

De Annali Possessore.

§. 35. Item SS. D. N., ut improbi lites exquirentium motus reprimantur, voluit, statuit, et ordinavit, quod quicumque Beneficium Ecclesiasticum tunc, per annum immediate præcedentem, pacifice possessum, et quod certo modo vacare prætenditur, deinceps impetraverit, nomen, gradum, et nobilitatem possessoris ejusdem, et quot annis ipse illud possederit, ac specificam, et determinatam, ex qua clare poterit constare, quod nullum ipsi possessori in dicto Beneficio Jus competat, causam in hujusmodi impetratione exprimere, et infra sex menses, ipsum possessorem ad judicium evocari facere, causamque ex tunc desuper infra annum, usque ad sententiam diffinitivam inclusive, prosequi debeat, et teneatur: Alioquin impetratio prædicta, et quæcumque inde sequuta, nullius existant firmitatis. Et idem impetrans de damnis, et interesse, possessorem prædictum propterea contingentibus, eis satisfacere, et si possessorem ipsum injuste, frivole, et indebite molestare repertus extiterit, quinquaginta florenos auri persolvere Cameræ Apostolicæ sit adstrictus, nec alius quam præmissæ vocationis modus etiam per litteras si neutri, aut subrogationis, aut alias sibi quoad hoc, ut Beneficium hujusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat, quomodolibet suffragetur, illudque nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur. Quod etiam extendi voluit ad impetrantes Beneficia Ecclesiastica cujuscumque qualitatis, per privationem, et amotionem, et vel alias propter commissa excessus, et crimina vacantia, vel vacatura, et similiter ad impetrantes Beneficia tamquam vacantia per devolutionem.

De Triennali.

§. 36. Item statuit, et ordinavit idem D. N., quod si quis quæcumque Beneficia Ecclesiastica, qualiacumque sint, absque simoniaco ingressu, ex quovis titulo Apostolica, vel Ordinaria collatione, aut electione, et electionis hujusmodi confirmatione, seu præsentatione, et institutione illorum, ad quos Beneficiorum hujusmodi collatio, provisio, electio, et præsentatio, seu quævis alia dispositio pertinet, per trien-

nium pacifice possederit, (dummodo in Beneficiis hujusmodi, si dispositioni Apostolicæ, ex reservatione generali in corpore Juris clausa, reservata fuerint, se non intruserit) super eisdem Beneficiis taliter possessis, molestari nequeat, nec non impetrationes quaslibet, de Beneficiis ipsis sic possessis, factas, irritas, et inanes censeri debere decrevit, antiquas lites, super illis motas, penitus extinguendo.

De non appellando ante Sententiam diffinitivam.

§. 37. Item idem D. N., ut finis litibus celerius imponatur, et litigantium parcatur sumptibus, et expensis, suorum Predecessorum Constitutionibus, et Statutis inhærendo, statuit, et ordinavit, quod in causis pendentibus, et quas imposterum contigerit agitari, nulli, ante diffinitivam sententiam, liceat appellare, nec appellatio, si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interloquutoria, quæ vim habeat diffinitivæ, vel a gravamine minime concernente negocium principale, quod non possit per appellationem a diffinitiva sententia reparari. Nullæque causæ appellationum committantur, nisi in commissione exprimatur, quod interloquutoria vim diffinitivæ habeat, vel gravamen sit tale, quod in appellatione a diffinitiva non valeat reparari. Alioquin appellationes, et commissiones imposterum, et quidquid inde sequutum fuerit, nullius sint roboris, vel momenti, commissionibus appellationum jam Judicibus præsentatis, et exhibitis, in suo robore permansuris, in quibus latis super eisdem sententiis, secundo, vel ulterius ab eis non liceat appellare. Appellantes vero, et appellationes etiam ab interloquutoriis, et gravaminibus hujusmodi, suo, vel alterius nomine prosequentes, si succubuerint, ultra expensas, et damna, ad quæ reficienda de jure condemnatus compellitur, viginti florenorum auri pœna multentur.

Non stetur Commissioni post conclusionem.

§. 38. Item statuit, et ordinavit, quod in Commissionibus de justitia, seu mandatis etiam Consistorialibus per eum, seu de ejus mandato, vel auctoritate, in causis, in quibus conclusum existat, imposterum concedendis, etiamsi in eis de conclusione hujusmodi implicite, vel explicite mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem hujusmodi Commissionis, eidem conclusioni, ac præsenti Regulæ, derogetur expresse.

De Literis Religiosorum expediendis.

§. 39. Item voluit, et ordinavit, quod si aliqui Religiosi petunt aliquod Beneficium ad nutum amovibile cum clausula, quod exinde pro solo nutu Abbatis, vel Superioris amoveri non possint, litteræ quoad ipsam clausulam nullatenus expediantur, nisi idem D. N. ponat in Signatura, quod non possit amoveri, vel ad partem, clausulam ipsam concedat.

De Clausula ponenda in literis permutationis Beneficiorum.

§. 40. Item si committatur alicui Beneficii resignationis receptio, ponatur clausula: *Attente quoque provideas etc.* Et si ex causa permutationis, resignationes fiant, ponatur clausula: *Quod neuter permutantium jus acquirat*, nisi quilibet ipsorum jus habuerit in Beneficio per ipsum resignato.

De supplendi defectibus

§. 41. Voluit, quod si petatur suppleri defectus in genere, nullatenus literæ desuper concedantur, nisi in petitione desuper præsentanda, hujusmodi defectus exprimantur, vel per *Fiat, ut petitur*, supplicatio signata fuerit.

De derogatione Jurispatronatus

§. 42. Item voluit, quod super quovis Beneficio Ecclesiastico, de Jurepatronatus laicorum, non expediantur literæ, nisi ponatur expresse, quod tale Beneficium tanto tempore vacavit, quod ejus collatio ad Sedem Apostolicam legitime est devoluta, vel quia tempus Patronis laicis ad præsentandum a Jure præfixum, lapsum existat, aut ad id Patronorum ipsorum accedat assensus. Et si per ipsum Juripatronatus hujusmodi derogari contigerit, Jurispatronatus hujusmodi mentio, dispositive, ac specifice, et determinate, non autem conditionaliter fiat, si illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem vel alium Principem pertineat. Et si de hoc in literis provisionis, vel mandato de providendo de dicto Beneficio, similis mentio facta non fuerit, non censeatur quomodolibet derogatum.

De commendis

§. 43. Item voluit, quod nulli sæculari de regulari, nec religioso de sæculari Beneficiis Commenda detur, nisi in Signatura, vel per clausulam ad partem, super petitione Commendæ hujusmodi, de Commenda ipsa mentio fiat.

De reformationibus

§. 44. Item voluit, statuit, et ordinavit, quod super quibuscumque Reformationibus, signatis super impetrationibus quorumcumque Beneficiorum vacantium, vel certo modo vacaturorum, in quibus petitur, quod literæ super prima Data expediri possint, si ex hujusmodi expeditione sub tali Data, cuiquam videatur posse fieri præjudicium, literæ hujusmodi sub ipsa prima Data nullatenus expediantur, *nisi* reformationes hujusmodi, per *Fiat* sub prima Data, signatæ fuerint.

De consensu in Resignationibus, et Pensionibus.

§. 45. Item voluit, et ordinavit, quod super resignatione cujuscumque Beneficii Ecclesiastici, seu cessione Juris in eo, quam in manibus suis, vel in Cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolicæ literæ nullatenus expediantur, nisi resignans, vel cedens, si præsens in Romana Curia fuerit, personaliter, alioquin per Procuratorem suum, ad hoc ab eo specialiter constitutum, expeditioni hujusmodi in eadem Cancellaria expresse consenserit, et juraverit, ut moris est. Et si ipsum resignantem, seu cedentem, pluries super uno et eodem Beneficio, in favorem diversarum personarum successive consentire contigerit, voluit Sanctitas Sua, quod primus consensus tenere debeat, et alii posteriores consensus, ac literæ, eorum prætextu, etiam sub priori Data expeditæ pro tempore, nullius sint roboris, vel momenti, nec literæ reservationis, vel assignationis, etiam Motu Proprio cujusvis pensionis annuæ, super alicujus Beneficii fructibus, expediri possint, nisi de consensu illius, qui pensionem persolvere tunc debebit.

De ingressu Religionis.

§. 46. Item non dentur literæ super Beneficiis vacaturis per ingressum Religionis, nisi professio præcesserit Datam desuper petitionis.

Non valeat impetratio facta per modum in Cancellaria exprimendum.

§. 47. Item voluit, quod si petatur aliquod Beneficium vacans, per modum in Cancellaria Apostolica exprimendum, talis impetratio non valeat, nec literæ desuper expediantur.

De exequutione facienda.

§. 48. Item voluit, statuit, et ordinavit, quod quotiescumque per Signaturam suam, vel de ejus mandato factam, super exequendis aliquibus, cum adjectione proprii nominis, vel Dignitatis, cujusvis, Judex datur, literæ desuper expediantur cum expressione, quod idem Judex exequutionem faciat per se ipsum.

De dispensationibus in gradibus Consanguinitatis.

§. 49. Voluit, quod in literis dispensationum super aliquo gradu Consanguinitatis, vel Affinitatis, aut alias prohibito, ponatur clausula: *Si mulier rapta non fuerit.* Etsi scienter, ponatur clausula: *addita in quaterno.*

Super defectu Natalium

§. 50. Voluit, quod in dispensationibus super defectu Natalium, quod possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula: *Quod non præjudicetur illis*, ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

Super Dispensationibus

§. 51. Item, quod per quamcumque Signaturam in quavis gratia, nullatenus dispensatio veniat, nisi specialiter exprimatur, vel dicta gratia totaliter effectum hujusmodi dispensationis concernat, vel alias nihil conferat, aut operetur.

Nulli suffragetur dispensatio, nisi literis confectis.

§. 52. Item, cum concessiones super gratiis Dispensationum quarumcumque, quibusvis per ipsum D. N. concessarum, vel concedendarum per Regulas Cancellariæ Apostolicæ sint provide limitatæ, licet aliquando in petitionibus super hujusmodi concessionibus oblatis, multa sint petita, ne quis talium

concessionum prætextu, id dispensative tenere, aut facere præsumat, ad quod concessiones hujusmodi se non extendant, voluit idem D. N., quod nulla talis dispensatio, cuiquam in Judicio, vel extra suffragetur, antequam super ea Literæ Apostolicæ sint confectæ.

De clausulis ponendis in literis Indulgentiarum

§. 53. Item voluit, quod in literis Indulgentiarum ponatur, quod si Ecclesiæ, vel Cappellæ, aut alias aliqua Indulgentia fuerit concessa, de qua inibi specialis mentio facta non sit, hujusmodi literæ sint nullæ.

De Indulgentiis concessis ad instar.

§ 54. Item voluit idem D. N., quod literæ super Indulgentiis non expediantur ad instar, nisi specificentur.

De exprimendo valore Beneficiorum in impetrationibus.

§. 55. Item voluit, quod in gratiis, quas quibusvis personis, de Beneficiis, vacantibus, seu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum, et aliorum quorumcumque beneficiorum, quæ dictæ personæ tunc obtinuerint, seu de quibus eis fuerit provisum, vel concessum, aut mandatum provideri, verus annuus valor per Marchas argenti, aut Sterligorum, vel libras Turonen. parvorum, seu florenos auri, aut ducatos, vel uncias auri, seu aliam monetam, secundum communem æstimationem exprimatur, nisi personæ prædictæ, beneficia, quæ tunc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quæ jus eis competit, juxta ipsarum oblationes, aut alias dimittere teneantur, alioquin gratiæ prædictæ sint nullæ: Et idem servetur in gratiis, quas a Sanctitate Sua, Motu Proprio emanare contigerit, quo ad beneficia tamen, de quibus per Sanctitatem Suam pro tempore providetur, seu provideri mandatur, aut alias disponitur, ac literis per quas pro tempore ad Ecclesiarum Patriarchalium, et Cathedralium, ac Monasteriorum regimina promotis conceditur, ut Monasteria, et alia beneficia Ecclesiastica sæcularia, et regularia per eos obtenta, et in quibus, et ad quæ jus eis competit, retinere possint.

De Clausulis in Beneficiis vacantibus ponendis

§. 56. Voluit, et ordinavit, quod quando providet, seu mandat provideri alicui de beneficio Ecclesiastico vacante, tunc dari poterunt clausulæ *si petantur*, etiamsi illud quovis modo etc., seu per Constitutionem *Execrabilis* vacet, et specialiter reservatum, inter aliquos litigiosum sit, et ejus collatio devoluta fuerit, et si pro collitigante, vel subrogationem, aut *si neutri*, vel *si nulli etc.* petente, si tunc lis specifice exprimatur, nec detur aliqua generalis reservatio dispositive, nisi desuper in concessione, specialis, et expressa, ac pure, et non sub conditione mentio fiat, et tunc reliquæ reservationes ibi contentæ veniant. Si vero tempore expeditionis inde literarum, generalis reservatio hujusmodi probari non possit, aut in novis provisionibus seu pro collitigantibus *Si neutri* vel *si nulli etc.* sit expressum, quod ab aliquibus asseritur, illum, cujus beneficium conceditur Collectorem, vel unicum Subcollectorem, Abbreviatorem, vel familiarem, Notarium, aut dictæ Sedis Officialem fuisse, clausula ponatur, etiamsi dictum beneficium ex eo, quod talis Collector, vel unicus Subcollector, Abbreviator, vel familiaris, Notarius, aut dictæ Sedis Officialis, fuit, dispositioni Apostolicæ generaliter reservatum existat, dummodo non sit in eo alicui specialiter jus quæsitum. In reliquis vero nulla clausula detur, unde reservatio generalis elici possit, nisi desuper signatura, per duplex Fiat, signata sit, aut reservatio, vel alias specialiter habeatur.

De expressione qualitatum Beneficiorum in impetrationibus.

§. 57. Item voluit, quod super beneficiis Ecclesiasticis, de qualitatibus illorum videlicet, an Dignitates, Personatus, vel officia sint, eisque immineat cura animarum, et ad illa consueverint, qui per electionem assumi, mentio fiat, alias gratiæ desuper factæ sint nullæ. Et si qualitates hujusmodi affirmative, vel conditionaliter non exprimantur, negativa expresse desuper fiat in beneficiis, quæ tales qualitates, vel ex eis aliquas, consueverint habere.

De beneficiis vacantibus per contractum Matrimonii

§. 58. Item si reservetur beneficium per contractum Matrimonii, non dentur alii modi vacationum de futuro, nec censeatur beneficium reservatum specialiter, vel affectum, nisi sequatur matrimonium, sed in beneficiis per promotionem, aut ingressum Religionis, vel assequntionem vacaturis, ponatur clausula, etiamsi non petatur, cum beneficia hujusmodi præmisso, vel alias quovis modo etc. præterquam per obitum obtinentis, vacare contigerit, etiamsi vacent. Decernens irritum etc.

De clausulis ponendis in literis Religiosorum

§. 59. Item voluit, quod si petatur, aliquem in Religionem recipi, et sibi de quovis beneficio Ecclesiastico provideri, per simplicem signaturam Fiat, receptio hujusmodi dumtaxat detur, adjecto, si petens idoneus sit, aut aliud canonicum non obsistat, et exprimatur si certus numerus Regularium sit ibidem, cui etiam non derogetur, nisi expresse concedatur, et si numerus iste non existat, ponatur; Dummodo receptionis locus hujusmodi, nimium propterea non gravetur. Possintque Exequutores provisionis hujusmodi, ad receptionem emissionis professionis, non expectatò probationis anno, procedere.

De translatione Religiosorum

§. 60. Item, si Regularis petat, sibi de beneficio ab aliquo Monasterio, vel alio regulari loco dependente, provideri, et appareat ex petitione hujusmodi, quod alterius Monasterii, vel loci Religiosus sit, licet ibi translatio non petatur, nihilominus illa veniat.

De clausula, si est ità.

§. 61. Item, quod in literis super beneficiis, per Constitutionem *Execrabilis*, vacantibus, ponatur clausula, *si est ita*, similiter de quibuscumque narratis, informationem facti requirentibus.

Petenti provideri de vacaturo, dentur literæ de vacanti.

§. 62. Item petenti sibi provideri de vacaturo, dentur literæ de vacanti, prout expedierint impetranti.

Revocatio decimarum, et aliarum impositionum.

§. 63. Item revocavit quascumque decimarum, nec non subsidiorum, vigesimæ, et aliorum onerum impositiones, ex quavis causa emanatas (non tamen decimarum, subsidiorum, et onerum impositorum ex quavis causa, et occasione expeditionis contra Turchas, et Orthodoxæ Fidei hostes), et quascumque facultates super decimarum, vigesimæ, et onerum hujusmodi exactione, quibusvis fructuum, et proventuum Cameræ Apostolicæ debitorum, Collectoribus, et Apostolicæ Sedis Nunciis, ab eisdem Prædecessoribus concessas. Suspendit quoque, ad Suæ Sanctitatis, et Sedis Apostolicæ beneplacitum, quascumque plenarias Indulgentias ab eisdem Prædecessoribus, ex quavis causa etiam expeditionis hujusmodi, si quæ per Nuncios, vel Quæstores deferebantur, concessas, nec non deputandi, et eligendi Confessores, qui plenarie absolvant, et alia faciant ad earundem Indulgentiarum suspensarum effectum, reliquasque facultates, ipsas Indulgentias quomodolibet concernentes, præterquam quoad ea, in quibus Indulgentiæ, et facultates in aliqua sui parte sint sortitæ effectum. Itaut illis, qui implentes injuncta eis in literis Indulgentiarum hujusmodi, jam consequuti sunt facultatem eligendi Confessores, qui absolvant eos plenarie in mortis articulo, per hujusmodi, suspensionem non præjudicetur, quin facultate ipsa uti possint in futurum: Decrevit quoque irritum, et inane quidquid facultatum revocatarum earundem prætextu, imposterum contigerit attentari.

Revocatio facultatum percipiendi pretium Officiorum.

§. 64. Item revocavit, cassavit, et annullavit, ac irritas declaravit quascumque facultates percipiendi pretium Officiorum Romanæ Curiæ, pro tempore vacantium in toto, vel in parte, et quasvis concessiones, et collationes, aliasque dispositiones per fel. recor. Benedictum XIV. aliosque Prædecessores de dictis Officiis, etiam ex die collationum, concessionum, et dispositionum earundem in antea vacaturis, in favorem quarumcumque personarum, Ecclesiarum, Monasteriorum, piorum locorum, Collegiorum, seu eorum Mensarum, etiam perpetuo, etiam in vim

contractus, et ex titulo oneroso, et sub quavis alia verborum forma, quam, et præmissorum tenores pro expressis haberi voluit, concessas, et factas, quoad Officia, quæ post obitum dictorum Prædecessorum vacarunt, et imposterum quomodolibet vacabunt. Item revocavit quoque, cassavit, et annullavit, ac irritas declaravit quascumque Infeudationes, Investituras, Gratias, Concessiones, quoquomodo etiam in Emphyteusim, ad tempus, seu in perpetuum etiam Motu Proprio, et de plenitudine potestatis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis (extra tamen Consistorium, et sine S. R. E. Cardinalium consilio, et consensu) a die Constitutionis fel. record. Pii PP. V. Prædecessoris sui, super prohibitione alienandi, et infeudandi Civitates, et loca S. R. E. sub datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Quarto Kalend. Aprilis, Pontificatus sui anno secundo, usque in præsentem diem, per quoscumque Romanos Pontifices suos Prædecessores, aut mandato, vel auctoritate eorum, quomodocumque, et qualitercumque, et quovis colore factas, et concessas de Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, et locis S. R. E., et Sanctæ Sedi Apostolicæ, et tam mediate, quam immediate subjectis, tunc videlicet de tempore dictarum infeudationum, investiturarum, gratiarum, et concessionum nondum devolutis, nec non quascumque prorogationes, et extensiones quarumcumque infeudationum, investiturarum, gratiarum, et concessionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, et locis, tunc videlicet de tempore dictarum prorogationum, et extensionum nondum finitarum, quibusvis personis, cujuscumque gradus, status, conditionis, et præeminentiæ, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, aut alia quavis præfulgeant Dignitate, etiam in vim contractus, et ex quocumque titulo etiam oneroso, et per quascumque tam sub plumbo, quam in forma Brevis sub annulo Piscatoris, aut etiam alias quomodocumque, et qualitercumque expeditas literas, ac sub quavis verborum forma, quam, et præmissorum omnium tenores, Sanctitas Sua pro expressis haberi voluit, latissime extendendos.

Quod fructus in tertia parte augeri possint vigore clausulæ.

§. 65. Item, cum nonnulli in impetrationibus Beneficiorum Ecclesiasticorum pro tempore vacantium, et certo modo vacaturorum, asserendo illorum fructus ec. certum per eos expressum annuum valorem non excedere, nonnunquam obtineant a Sanctitate Sua, et hujusmodi valorem annuum augere possint, ut verius possit in confectione literarum, super hujusmodi impetrationibus summa, aut valor annuus exprimi, aliter desuper non specificato, ne de veritate hujusmodi concessionis imposterum hæsitari contingat, declaravit, prætextu concessionis hujusmodi, valorem ipsum usque ad tertiam partem valoris expressi, et in prima, quæ desuper fiet literarum expeditione dumtaxat augeri posse, et eas quas literis jam expeditis cum expressione valoris specificati, aut non integro augumento prædicto, denuo desuper expediri contigerit literas, cum aliquo augumento valoris hujusmodi, nullius esse roboris, vel momenti, etiamsi Motu Proprio, beneficiales gratiæ, et dispositiones quæcumque, a Sanctitate Sua emanaverint.

De insordescentibus.

§. 66. Item, ne personis, pro quibus literæ Suæ Sanctitatis emanabunt ob generalem absolutionem a censuris Ecclesiasticis, quibus ligati forent ad eorum effectum indifferenter concedi, et in literis Apostolicis apponi solita, præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, et insordescendi in illis, statuit, et ordinavit, hujusmodi absolutionem, et clausulam in literis, quas in futurum cum illa continget, non suffragari non parentibus rei judicatæ, incendiariis, violatoribus Ecclesiarum, falsificatoribus, et falsificari procurantibus literas, et supplicationes Apostolicas, et illis utentibus, receptatoribus, et fautoribus eorum, ac res vetitas ad Infideles deferentibus, violatoribus Ecclesiasticæ libertatis, via facti, ausu temerario, Apostolicis mandatis non obtemperantibus, et Nuncios, vel Exequutores Apostolicæ Sedis, et ejus Officialium, ejus commissa exequentes, impedientibus, qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati a jure, vel ab homine, per quatuor menses, scienter excommunicationis sententiam hujusmodi substinue-

rint. Et generaliter quibuscumque aliis, qui censuris aliquibus etiam alias, quam, ut præfertur, quomodolibet ligati, in illis per annum continuum insorduerint.

Officiales nihil exigant ultra debitum.

§. 67. Item idem D. N. exactionibus, quas Sanctitas Sua, non sine displicentia plerumque fieri intellexit per Officiales Romanæ Curiæ, qui constitutis sibi emolumentis pro exercitio Officiorum, quæ obtinent, non contenti, ultra a prosequentibus negociorum quorumdam expeditionem, in eadem Curia exigere non verentur, obviare volens, districte præcipiendo inhibuit omnibus, et singulis quævis officia in eadem Curia obtinentibus, ne de cætero quidquam, prætextu Officiorum, quæ obtinet, quovis colore, etiam celerioris expeditionis, ultra emolumenta hujusmodi exigere, seu ad hunc effectum expeditionem eorum, quæ in eis incumbunt, malitiose differre, sub excommunicationis, et præter illam suspensionis a perceptione emolumentorum hujusmodi, pro prima ad semestre, et pro secunda ad annum, et pro tertia vicibus, quibus sic excederent, privationis Officiorum per eos obtentorum, in quibus sic excesserint pœnis. Ac voluit, quod Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius, et Camerarius, excedentes ipsos respective, prout eis subsunt, per subtractionem emolumentorum eorumdem, ac alias, ut præfertur, compellant ab hujusmodi illicitis exactionibus abstinere, ac contra eos, per prædictas pœnas, et alias, prout melius expedire viderint, procedant.

Reservatio Beneficiorum vacantium Sede Apostolica vacante.

§. 68. Item Sanctissimus D. N. provide considerans, consuevisse quandoque Romanos Pontifices Prædecessores Suos, Beneficia, quæ vacante Sede Apostolica vacare contigerant, dispositioni suæ reservare, intendens de Beneficiis hujusmodi, tam Conclavistis, quam pauperibus Clericis, et aliis benemeritis personis providere, omnia, et singula Beneficia per Regulas Cancellariæ Apostolicæ, aut quaslibet alias Apostolicas Constitutiones temporales Romani Pontificis pro tempore existentis dispositioni quomodolibet, et ex quavis causa reservari solita, quæ a die obitus fel. record. Benedicti XIV. Prædecessoris Sui, usque ad diem sextam Julii currentis vacaverunt, et de quibus per quoscumque Ordinarios Collatores, tunc dispositum non fuerat, Suæ provisioni, ac dispositioni reservavit. Decernens irritum etc.

Revocatio Indultorum superviventiæ.

§. 69. Item, quia ad importunam nonnullorum sugestionem, quandoque contigit, Prædecessores Suos Romanos Pontifices pro tempore existentes, sub contractorum debitorum, vel diversis aliis prætextibus concessisse, et indulxisse Beneficiatis, ut fructus suorum Beneficiorum, aut partem eorum anticipatis solutionibus ad tempus elocare, vel erga Creditores, aut quascumque alias personas obligare, vel hypothecare, in solutum dare, aut alias quomodolibet de eis disponere liceret, ad tempus minime restrictum, ad vitam supplicantium, cum gravi successorum præjudicio, et Ecclesiarum detrimento. Ideo indemnitati Ecclesiarum, et successorum in Beneficiis hujusmodi salubriter consulere volens, revocavit, cassavit, et annullavit omnia, et singula indulta, et facultates in ea parte, qua nec dum vere, et realiter suum sortita sunt effectum, per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Suos hactenus ad favorem quarumcumque personarum concessas, quibus eis, vel eorum singulis ullo modo, et ex quavis causa, vel prætextu permittitur fructus certos, vel incertos, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque quorumlibet Beneficiorum per eos obtentorum, anticipatis solutionibus, ultra unicum annum clocare, ad firmam, vel responsionem concedere, vel eos ad favorem quarumcumque personarum quomodolibet obligare, vel hypothecare, insolutum dare, aut de eis quomodolibet, et ex quavis causa disponere pro tempore, ad vitam Beneficiatorum, et tempus pro Beneficia hujusmodi obtinuerint, minime restricto, et coarctato illorum tenores etc. Decernens irritum etc.

Quod Cardinales non comprœhendantur sub Regulis faciendis.

§. 70. Item, cum S. R. E. Cardinales SS. D. N. assistant, ac propterea debeant specialibus prærogativis, et privilegiis gaudere, idem D. N. statuit, ordinavit, decrevit, et declaravit, quod in quibuscumque Constitutionibus, et Regulis per Sanctitatem Suam edendis

Digitized by Google

non compræhendantur, neque compræhensi censeantur ipsi Cardinales, nisi illæ eorumdem Cardinalium favorem concernant, vel Constitutiones edendæ de eorumdem Cardinalium, vel majoris partis eorum consilio editæ fuerint, seu in eisdem Regulis, et Constitutionibus facta fuerit ipsorum Cardinalium expressa mentio.

Quod Regulæ Cancellariæ non comprœhendantur sub generalibus derogationibus.

§. 71. Item Sanctitas Sua statuit, et declaravit, quod præmissis, et quibusvis aliis Regulis Cancellariæ, suo tempore edendis, et publicandis, nunquam censeatur derogatum, in quibuscumque Constitutionibus, Litteris, Brevibus, Indultis, et alii Ordinationibus Apostolicis, etiam Motu Proprio, et ex certa scientia emanatis, per quæcumque verba, et decreta derogatoria, irritantia, universalia, et amplissima, et clausulas quantumvis efficacissimas, etiam derogatoriarum derogatorias, atque specialis, et individuæ expressionis vim habentes, et habentia, nisi facta fuerit de illis expressa mentio, et non aliter, nec alio modo.

De Potestate Reverendissimi D. Vicecancellarii, et Cancellariam Regentis.

§. 72. Primo, quod possit committere absolutionem illorum, qui ignoranter in supplicationibus, vel in Literis Apostolicis aliquid scriberent, corrigerent, vel delerent.

Item, quod possit corrigere nomina, et cognomina personarum, non tamen eorum, quibus gratia, et concessiones fiunt, ac Beneficiorum, dum tamen de corpore constet.

Item, quod possit omnes Causas Beneficiales, etiam non devolutas, committere in Curia, cum potestate citandi ad partes.

Item, quod Processus, Apostolica auctoritate decretos, aggravare possit cum invocatione brachii sæcularis, et sententias exequutioni demandari facere contra intrusos, et intrudendos, per Literas Apostolicas desuper conficiendas, et non alias.

Item, quod possit signare supplicationes manibus duorum Referendariorum signatas, de Beneficiis Ecclesiasticis Sæcularibus, et Regularibus dispositioni Apostolicæ generaliter non reservatis, quorum cujuslibet valor centum florenorum auri de Camera, vel totidem librarum Turonen. parvorum, seu totidem in alia moneta, secundum communem æstimationem, valorem annuum non exceden.

Item, quod possit signare supplicationes, etiam duorum Referendariorum manibus signatas de novis provisionibus, si neutri, et subrogationibus pro Collitigantibus, in quibus non detur clausula, generalem reservationem importans.

Item, quod possit, ad ordines suscipiendos arctatis, prorogare terminos, de dictis suscipiendis Ordinibus, usque ad proxima tunc a Jure statuta tempora, in quibus sic arctati successive ad ipsos Ordines promoveantur.

Ne Apostolicæ Constitutiones, cœteraque ad materiam Ecclesiasticam pertinentia, ab aliis Constitutionibus ad Temporalem Pontificis Potestatem spectantia interciperentur, hæ posteriores omissæ sunt in seriæ cuique pertinenti, hoc primo Pontificatus Anno, ut eo absumpto, continuatam, et separatam seriem hic obtinerent, quam sane methodum servaturi erimus in quolibet Anno subsequenti, qua de re commonitos Lectores volumus, ne nostræ tribuant negligentiæ, quod apposito egimus consilio.

LXVII

Cofirmatur Constitutio Clementis VIII. qua Communitati, et Hominibus Civitatis Ferrariæ concessa, et confirmata fuerunt eadem privilegia, gratiæ, et indulta, quibus fruebantur sub dominio Ducum Estensium, nec non posteriores Constitutiones Gregorii XV. et Urbani VIII. ea super re deinde editæ. Dat. die 20. Nov. 1758. Ann. I.

De devolutione Civitatis, et Ducatus Ferrariensis ad S. Sedem udest Mandatum de immittendo Clementis VIII. diei 2. Decembris 1597., itemque Mandatum de intimando Cœsari Estensi devolutionis Sententiam ejusdem Pontificis diei 3 Decembr. 1597. Conventionem super restitutione Ducatus Ferrariensis Sedi Apostolicæ, approbavit Constitut. prœlaudati Pontificis edit. 1598. Jan. 18. Devolutionis acceptationem, et incorporationem Ferrariensis Ducatus, habes in

Constitut. edit. 1598. *Jan.* 19, *et Febr.* 11. *præfati Pontificis. Facultates tributæ fuerunt Cardinali Aldobrandinio, ut regimen, ad normam aliarum Provinciarum Status Ecclesiastici, in Ferrariensi Ducatu redigere posset Const. ipsius Clementis VIII. edit.* 1798. *Jan.* 20. *Magistratum, et Consilium Contum virorum in Civitate Ferrariæ, cum privilegiorum concessione, instituit Pontifex idom Const.* 1598. *Jun.* 25. *Concessio Oratoris Civitatis Ferrariensis, apud Sedem Apostolicam residentis, cum respectivis prærogativis, legitur in Constit. edit.* 1599. *Martii* 1. *Rota Ferrariensis instituitur per Constit. edit.* 1599. *Maii* 29. *Absolutio ab inobservantia Constit. Pii V. super bonis Emphytheuticis, et Patrimonialibus Civitatis, et Comitatus Ferrariensis habetur in Const. odit.* 1599. *Dec.* 6. *De opera, a quibuscumque Ferrariensibus, præstanda custodiæ, et reparationi Aggerum Fluminis Padi agit Const. edit.* 1600. *Jan.* 18. *Zeccham publicam instituit in Civitate Ferrariæ Const. edit.* 1602. *Jan.* 26, *quæ omnes Constitutiones sunt prelaudati Pontificis Clementis VIII. perlegendæ in Bullario Mainardi; quæ autem in præsenti referuntur Literæ ejusdem Clementis VIII. diei* 5. *Nov.* 1798. *Gregorii XV. diei* 14. *Octob.* 1621, *et Urbani VIII. diei* 19. *Jan.* 1624 *non reperiuntur impressæ in eodem Mainardi Bullario.*

Clemens Papa XIII.
Ad futuram rei Memoriam

Exordium

§. 1. Præstantissima devotio, et sincera fides, quas omni tempore dilecti filii Communitas, et Homines Civitatis Nostræ Ferrarien, erga Apostolicam hanc Sanctam Sedem, magna cum dictæ Civitatis nominis laude, gerere comprobantur, ac paternus amor, præcipuaque charitas, qua Romani Pontifices Prædecessores Nostri semper illos sunt prosequuti, Nosterque peculiaris erga Nostros dictæque Sedis subditos animi affectus, haud dubie postulant, ut gratias, indulta, et privilegia eis a Romanis Pontificibus prædictis concessa, quo firma semper, atque illibata serventur, Apostolici muniminis Nostri patrocinio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

Preces porrectæ super prædictorum

§. 2. Sane pro parte Communitatis, et Hominum prædictorum, et pro eis dilecti itidem filii Judex Sapientum, nec non Sapientes Civitatis Nostræ Ferrarien prædictæ, Nobis expositum fuit, quod dudum Duces Extenses, tunc cum Civitatem, et Ducatum Ferrariensem possiderent, constanti animo semper fuerant omnem curam, diligentiamque, ac studium adhibere pro levamine Familiarum Ferrariensium, illis concedendo, æqua proportione servata, juxta earum qualitates, et conditiones non solum ea bona feudalia, quæ ad Cameram Ducalem devolvebantur, verum etiam ea, quæ Fisco addicebantur; imo evenientibus casibus, ut Nobiliores Familiæ, juxta earum conditionem magnifice sese exhibere valerent, illis etiam bona libera vulgo *Allodiali* concedere consueverant, et hisce agendi rationibus, subditi magna existimatione, et decore florebant, quare tot familiis secundariis alimenta consequenter præstabantur, illeque augebantur, magna cum Principatus, seu Ducatus existimatione, qui tam propter Subditorum facultates, quam propter ingentem illorum numerum, majorem opinione speciem præbet, et id judicium suscepit cla: me: Hercules, dum vixit primus hujus nominis Ferrariæ Dux, qui habita consideratione, quod juxta rigidam Feudorum qualitatem consuetudinemque, fœminæ, in illorum possessionem minime succedebant, ita ut plures puellæ tum Nobilis, tum Civilis conditionis innuptæ remanebant, proprium itaque, ac æquum esse duxit, hujusmodi inordinationibus remedium afferre, prævio sancito Edicto die VII. Decembris MCCCCXII. vulgato, quo reservata Ducis permissione, quæ simplici dumtaxat postulatu concedebatur, cuicumque possessori omnium bonorum feudalium, liberam, et omnimodam alienationem, nullo requisito, nec obtento, ulteriorum vocatorum consensu, permitti mandaverat, quæ quidem declaratio, seu permissio secum attulit qualitatem liberam, seu Allodialem eorumdem bonorum, pacifice omnibus inde temporibus retentam, talemque plausum, ut pro lege statuaria semper habita fuerit, prout de præsenti in Rub. 343. statuti Vectigalium vulgo *delle Gabelle* ejusdem Civitatis Ferrarien impressa habere pergitur.

gratiarum, indultorum, et privilegiorum confirmatione.

Extensiem Ducum providentia, pro levamine, et decore Familiarum Ferrariensium.

Hercules I. Ferrariæ Dux, facultatem fecit in Feudis investitis, libere alienationis in fœminis etiam, prævia tantum Ducis permissione.

Ex quo concessione, Feudalia Bona, semper Ferrariæ ad instar Allodialium sunt habita.

§. 3. Postmodum vero cum per obitum ultimi Ducis Extensis, Civitas, et Ducatus Ferrarien prædicti, Apostolicæ huic Sanctæ Sedi devoluti remansissent, rec: me: Clemens Papa VIII.

Clemens VIII. Ducum Extensium privilegia, et gratias primus confirmavit.

Prædecessor Noster, ad favorem eorumdem Civitatis, et Ducatus Ferrarien subditorum omnia, et singula privilegia, gratias, prærogativas, et indulta a Ducibus Extensibus alias eis concessa, et quibus antea sub illorum regimine gavisi, et potiti fuerant per suam die 5. Novembris MDXCVIII. editam Constitutionem confirmavit, ita ut per hujusmodi confirmationem destinatio, seu concessio, aut assignatio bonorum feudalium in favorem dictorum Subditorum firma remanserit.

Gregorius XV. præcepit ut Feudalia bona, quæ vacare contigerit, Civibus Originariis, et defuncto proximioribus concedi deberent.

§. 4. Subinde fel. rec. Gregorius Papa XV. Prædecessor quoque Noster, attenta prædicta ipsius Clementis Prædecessoris Constitutione, aut concessione, per quasdam suas in simili forma Brevis die XIV. Octobris MDCXXI. expeditas Literas, decrevit, et declaravit, quod de cætero perpetuis futuris temporibus omnia bona feudalia, quæ in Civitate prædicta ejusque Comitatu, et districtu vacare contigisset, aliis Civibus Originariis, et semper proximioribus defunctorum Civitatis, ac Comitatus, et Districtus hujusmodi, sine tamen præjudicio cujuscumque, cui de jure deberentur, concedi, et conferri deberent, ac aliter pro tempore factas eorumque bonorum feudalium concessiones, et collationes, nullas, irritas, et inanes, nulliusque roboris, vel momenti esse, et fore, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores ubique judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Urbanus VIII. defectum insinuationis Literarum Gregorii XV. sanavit, novumque tempus ad eam insinuationem peragendam in Camera Apostolica præfinivit.

§. 5. Postmodum fel. re. Urbanus Papa VIII. Prædecessor quoque Noster, cum prædicti Communitas, et homines Civitatis Ferrarien hujusmodi, certis de causis præpeditis, memoratas Gregorii Prædecessoris prædicti Literas, in Camera tunc sua, nunc Nostra Apostolica, juxta aliam Constitutionem piæ mem. Pii Papæ IV. Prædecessoris etiam Nostri desuper etiam insinuari, ac in illius libris registrari minime fecissent, ut eorum indemnitati provideret, per quasdam suas in pari forma Brevis die XIX. Januarii MDCXXIV. expeditas Literas ejusdem Gregorii Prædecessoris Literas, adversus Constitutionem dicti Pii, ac lapsum. temporis in ea præfixi, auctoritate Apostolica restituit, reposuit, et plenarie reintegravit, ita ut tam dictas, Gregorii Prædecessoris prædicti, quam suas tunc expeditas Literas, infra sex Menses inde proximos ab illarum data computandos, in eadem Camera insinuari, et in illius libris registrari facere possent, et deberent, easdemque Literas cum omnibus, et singulis in eis contentis, decretis et declarationibus, aliisque clausulis, et ab illarum data valere, plenamque roboris firmitatem obtinere, eisdemque Civitati, et hominibus suffragari in omnibus, et per omnia perinde ac si Literæ prædictæ in eadem Camera intra tempus ad id ab eadem Constitutione præfixum insinuatæ, et in illius libris registratæ fuissent, suasque vero, et dicti Gregorii Prædecessoris Literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri debere decrevit, et alias prout in ipsorum Clementis, Gregorii, et Urbani Prædecessorum prædictorum Literis, quarum tenores etc. continetur.

Prælaudatus Urbanus VIII. ad augendam Familiam Nobilem in Civitate Ferrariæ, nonulla devoluta bona Feudalia Comitibus di *Castel Ferretti* Anconitanis concessit.

§. 6. Demum idem Urbanus Prædecessor, cum quædam bona ad eamdem Cameram Apostolicam devoluta essent, ad effectum augendi, seu adscribendi unam aliam Familiam Nobilem in Civitate, et Ducatu Ferrarien. hujusmodi, per suum Chirographum manu propria signatum, seu subscriptum, bona prædicta sic devoluta tunc in humanis agentibus Fabricio, Francisco, et Antonio Mariæ Comitibus de Castel Ferretti, Civitatis Anconitan, sub nonnullis expressis, ac volutis conditionibus concessit, tenoris sequentis videlicet » Reverendissimo Card. Camerlengo. Essendo ultimamente devoluti alla Nostra Camera Apostolica tre Feudi nel Ferrarese, cioè uno consistente in tre Botteghe poste dentro la nostra Città di Ferrara, nella strada degli Orefici, vacato per non avere Alberto, e Francesco Picchiati, nè li suoi Discendenti, ottenuto dalla Sede Apostolica la confirmazione dell'investitura fatta da Duchi di Ferrara, e altre cause, e gli altri due consistenti in Terre, cioè uno di moggia tre, e mezzo di terra arativa, e vitata, posta in luogo detto Calto, per morte del Capitan Flaminio Guarnieri, di rendita di scudi sessanta annui, calcolato un' anno per l' altro, e l'altro di alcune altre Terre poste nella Villa di Sabbioncella, vicino alli Beni di Camillo Gualengo, e altri confini, per morte di Violante, o Francesca Serafini; abbiamo d' essi fatto grazia nel modo infrascritto a Fabrizio, Francesco, e Antonio Maria, Con-

Tenor Pontificii Chirographi prædictam concessionem respicientis.

» ti di Castel Ferretti Anconitani. Onde » avendo qui per espressi a sufficienza » le qualità, confini, situazioni, e vero » valore di detti Feudi, l'annuo frutto, che da quelli si può cavare, e » ogni altra cosa necessaria, di nostro » Moto Proprio, certa scienza, e potestà assoluta, ordiniamo a Voi, che » in nome Nostro, e di detta Camera, » concediate alli detti Fabrizio, Francesco, e Antonio Maria, per loro, e » loro Figli, e discendenti maschj legitimi, e naturali in perpetuo, e in » difetto di alcuno di loro, con il jus » accrescendi a chi resta, le dette Terre » di detti tre Feudi devoluti come sopra a detta Nostra Camera, con tutti » li Loro membri, e ragioni, e pertinenze, con peso però, che esso Fabrizio, Francesco, Antonio Maria, » e loro Fglinoli, e discendenti suddetti » siano tenuti di pagare ogni anno a » detta Nostra Camera, in ricognizione » del suo diretto Dominio, nella Vigilia, o Festa de' SS. Pietro, e Paolo » Apostoli per cento Ducati di oro di » Camera qui in Roma, o in detta Città » di Ferrara ad elezione di detti Investiti, e con peso, e condizione espressi, che li medesimi, e altri compresi nella presente concessione *siano » tenuti, durante detta concessione, avere, e tenere in detta Città di Ferrara » Casa aperta, e con effetto abitare in » essa, almeno uno di loro continuamente, come fanno li veri Cittadini di detta » Città, sotto pena di caducità* da incorrersi ipso jure, et ipso facto, ancorchè ne avessero ottenuta liberazione, o abilitazione dal Magistrato, e » Consiglio Generale di detta Città; E » di più con peso, e condizione espressi, che li medesimi in ciascun pagamento di detto Censo, da farsi come sopra a detta Camera nella Vigilia, o Festa de' SS. Pietro, e Paolo » Apostoli, *siano* tenuti d'esibire attestazione autentica del Legato pro tempore di detta Città, della continua abitazione come sopra, altrimenti il pagamento fatto senza detta attestazione, non sia, nè s' intenda ammesso, » ma entri la caducità, e li Feudi s'intendano, e con effetto siano, siccome » Noi d'adesso per allora, li dichiariamo devoluti a detta Nostra Camera, » insieme con li frutti, che saranno decorsi dopo l'aver tralasciato d'abitare » in detta Città, come sopra, etiam, » che fossero esatti, quali in tal caso » vogliamo, e parimenti dichiariamo, » che si devono restituire, e li predetti » Feudi si possano concedere ad altri » come devoluti ipso jure. Decretando, » dichiarando Noi, che li suddetti Investiti non possino essere liberati, a » abilitati dal suddetto peso, e condizione di tener Casa aperta, e abitare » in detta Città non solo dal detto Magistrato, e Consiglio, ma ne anco dal » Legato pro tempore di essa Città, nè » meno da Noi, e Nostri Successori Romani Pontefici, se non sarà fatta espressa, e individua menzione nelle » Lettere Apostoliche, delli suddetti pesi, e condizione, poichè con essi, e » non altrimenti gli abbiamo fatta la » presente concessione. E sopra di ciò » glie ne stipolarete l'Istromento necessario, poiche tal' è mente Nostra espressa. Volendo, e Decretando, che » la presente vaglia, ancorchè detti Ferretti non siano Cittadini Ferraresi, » non ostante qualsivoglia Costituzioni, » Ordinazioni Apostoliche, leggi, statuti, etiam di detta Città, Riti, Consuetudini, il Nostro Breve di non concedere Feudo nel Ferrarese, se non a » Ferraresi, e tutte altre cose, che facessero in contrario, a quali tutte, » e singole, avendo il lor tenore qui per » espresso a sufficienza, per questa volta, » e a quest' effetto, espressamente deroghiamo. Dato nel Nostro Palazzo » Apostolico di Monte Cavallo li 2 di Luglio 1638.

Urbanus Papa Octavus.

§. 7. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes, præmissa omnia, quo in posterum quoque firmius sint, et serventur exactius, Apostolicæ Confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos igitur, ipsos exponentes, et eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia, absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratas Clementis Constitutionem, seu sub Plumbo expeditas, ac Gregorii, et Urbani Prædecessorum prædictorum literas, nec non præinsertum ejusdem Urbani Prædecessoris Chirographum cum omnibus, et singulis in illis contentis, et expressis, ac inde sequutis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos ju-

Confirmantur supra relata privilegia, concessiones, et gratiæ.

ris, et facti etiam substantiales defectus, si desuper in præmissis quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, et quatenus opus sit præmissa omnia in dictorum Clementis, Gregorii, et Urbani Prædecessorum Literis, et Chirographo expressa, et contenta, auctoritate, et tenore præsentis innovamus, seu de novo concedimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes, easdem præsentes Literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis Exponentibus, aliisque ad quod pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, sicque, et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Cameræ prædictæ Clericos Præsidentes, aliosque Sedis prædictæ Ministros, et Officiales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogatur.

§. 9. Non obstantibus omnibus, et singulis, quæ dicti Clemens, Gregorius, et Urbanus Prædecessores in suis respective Literis voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die Vigesima Novembris, millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo, Pontificatus Nostri Anno primo.

LXVIII.

Dat. die 12. Dec. 1758. Ann. I.

Confirmatio Statutorum Universitatis Aurificæ Civitatis vulgo *Carpentrasso* in Comitatu Venayssini.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium

§. 1. Ad Pastorale fastigium, meritis licet imparibus, evecti, illa, quæ pro felici, prosperoque Artium, ac Universitatum Artium Status Nostri Ecclesiastici, cujus commodis peculiari paternæ Charitatis affectu studemus, regimini provide constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis præsidio, cum id ad Nobis petitur, libenter constabilimus.

Preces porrectæ pro statutorum confirmatione.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii, Universitas, et Homines artis Aurificum Civitatis Nostræ Carpenctoraten, et Comitatus Nostri Venayssini, quod ipsi alias, pro felici ejusdem Universitatis, et Artis directione, et gubernio, nonnulla Statuta a tunc existente Archiepiscopo Episcopo Carpenctoraten, ac dilecto filio Magro Paschale Aquaviva in Civitate Nostra Avenionen, ejusque Comitatu, et Districtu, tunc Sedis Apostolicæ Vice-Legato, nec non a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, et dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, Avenionen nuncupata, approbata, in unum redigi curarunt, tenoris qui sequitur, videlicet=

Referuntur statuta quæ approbari postulatur.

» Statuti ed Articoli fatti dai Signori » Carlo Enrico Meyssonnier, Alessan» dro Antonio, Pietro Francesco Reof» freoy, Pio Claudio Aubignan, Si» fredo Aubignan, Pietro Barianel, » Giuseppe Bertol, Pietro Lioutare, » Pietro Villiet, e Giacomo Lauzias » Mercanti Orefici di questa Città di » Carpentrasso, Capitale del Contado » Venesino, Francesco Manuel, Pie» tro Manuel, e Cesare Silvestri Mer» canti Orefici della Città dell' Isola, » Giovanni Acarie, Giuseppe Niccola » Mercanti Orefici della Citta di Valreas, » Verano Daygremont, Giovanni Re» ceveur, Domenico Manuel, N. Teu» nel, e Pietro Daygremont Mercanti » Orefici della Città di Cavaglione, Giu» seppe Guilchermie, e Luigi Gran» ger Mercanti Orefici della Città di Bo» lenc, Giovanni Augier Mercante Ore» fice, dimorante nella Città di Ma» laucene, e de Aubert Mercante Ore» fice, dimorante nel Luogo di Prelong, » per essere approvato, autorizzato, e » confermato dai Nostri Superiori, sta» biliamo.

I. = D' erigere in favore de detti » Signori Mercanti, e di quelli, che » saranno da Loro ricevuti in avvenire » una Confraternita sotto il titolo, e pro» tezione di S. Eligio, il primo Decem» bre nella Cappella della Chiesa, che » Monsignore Illmo, e Rmo Arcivesco» vo, e Vescovo di Carpentrasso vorrà » accordare, e che per il mantenimen» to delle spese di detta Cappella, ogni » Maestro Orefice pagherà ogni anno nel » d. giorno della Festa di S. Eligio nelle » mani dell' Università degli Orefici 20 » Soldi moneta di Francia, e quelli, » che ricuseranno di pagare li detti venti

Digitized by Google

» Soldi l' anno, si dovranno costringere » a tal pagamento. Esso Tesoriere renderà conto alla fine dell' anno della » sua Amministrazione alli Signori Priori dell' Università, e consegnerà quello » gli resta, e tutti i mobili della Confraternita al di lui Successore.

II. = Hanno stabilito inoltre, che » in ogni anno nel giorno del detto Santo si faranno tre Priori, e terminato » il primo anno, due di essi saranno » confermati per un' altro anno, in maniera, che successivamente d' un'anno all' altro, ne verrà scelto uno, che » resterà sempre con li due antichi, ed » il tutto si farà secondo la pluralità » de' Voti.

III. = Dovranno essi Orefici assistere alli Vesperi della Festa di S. Eligio, alla Messa, e agli Offizj del primo di Decembre, dopo essere stati » uniti dal Mandataro della Confraternita nell' assemblea, che si terrà lo » stesso giorno per eleggere li detti Signori Priori, ed altri Offiziali dell' » Università, e sarà scelto con pluralità de' Voti un Segretario per scrivere quelli, che sono stati ammessi, » e tutto ciò, che sarà necessario; esso » Segretario sarà mutato, quando piacerà alli Signori Maestri Orefici.

IV. = Non potrà alcuno essere ricevuto per Maestro Orefice, se prima » non abbia dimostrato d'esser buono, e » fedele Cristiano Cattolico, Apostolico » Romano, che dovrà ciò dimostrare » alli Signori Priori, acciocchè la detta » arte sia fedelmente esercitata con vantaggio, e soddisfazione delli Cittadini di questa Città, e degli abitanti » del Contado. E non si potrà ammettere alcuno per Maestro in detta arte, che non provi prima d' aver fatto » il fattore da qualche Maestro esperto, Uomo d' onore, e buon Cristiano.

V. = Non sarà lecito a veruno » Orefice d' aprir Bottega tanto in Carpentrasso, che nel Contado, senza » prima provare d' essere stato per cinque anni nella Bottega di qualche Orefice como sopra, e che sia di buoni » costumi, e che sia esaminato, ricevuto, ed approvato dalli suddetti Maestri Orefici, avanti de quali quello, » che vuole essere ammesso, dovrà fare un Capo d' opra di detta arte, » avendo prima depositati nelle mani » d' esso Tesoriere la somma di 60 lire, ed inoltre pagherà venticinque » lire a ciascun Priore, e dodici lire » a ciascun Maestro, che saranno presenti, e dodici lire al Segretario, e » a tale effetto sarà esso Segretario obbligato di fare avvertire, con una lettera Circolare, a spese di quello vuole » essere ammesso, tutti li Maestri Orefici del Contado tre giorni avanti, per » assistere, se vogliono, alla di lui ammissione, e li dritti di quelli, che » non v'intervengono, anderanno in benefizio della Confraternita.

VI. = Li Maestri Orefici del Contado, essendo ricevuti nell' Università, potranno stabilirsi, o in Carpentrasso, o altrove, ed aprire Bottega » a loro arbitrio, senza pagare alcun » diritto.

VII. = Li Cittadini di Carpentrasso, e li abitanti di esso Contado » saranno preferiti alli stranieri, per essere ricevuti nell' Università, e pagheranno la metà meno alla Confraternita, delli Stranieri, pagando però li soliti dritti delli Officiali, e » Maestri Orefici intieramente, come » si è detto di sopra, e contribuendo » proporzionatamente alle spese fatte, » e da farsi per la presente Erezione.

VIII. = I Figli delli Maestri Orefici saranno ricevuti nell' Università a » pluralità de Voti, facendo un Capo d' Opera, senza pagar altro, che » un pasto convenevole, che daranno » nel giorno della di loro ammissione » alli Maestri Orefici, che saranno avvertiti come sopra con una lettera » Circolare, pagando li soliti dritti al » Segretario, e 10. libre di Cera bianca per la Confraternita.

IX. = Li Maestri Orefici del Contado, che vorranno entrare ora nell' » Università, che sarà stabilita in Carpentrasso, come Città Capitale, saranno ammessi per compire li presenti » Statuti, e Articoli, essi parteciperanno » colla loro presenza li stessi onori, e prerogative, che li Maestri Orefici dimoranti in Carpentrasso, contribuendo ciascheduno di loro, porzione delle » spese fatte, e da farsi per la presente Erezione, come anche delle somme somministrate, e da somministrarsi, e degl' interessi di quelle, » e a tutto ciò, che li altri Maestri di » Carpentrasso saranno obbligati, e quelli, che non vorranno a ciò essere » soggetti, non potranno tenere la Bottega aperta nel Contado.

X. = Non potrà verun Compagno Orefice lavorare in oro, ed argento nelle Camere, ma' solamente » nella Casa, e Bottega d' alcuno de » suddetti Maestri Orefici, e non altrimenti, sotto pena della confiscazio-

» ne delli lavori, che essi avranno » fatti, o che staranno lavorando, ed » altre ad arbitrio delli Superiori, ap- » plicabili un terzo al Fisco di Sua » Santità, un terzo al denunciante, » ed un terzo alla Confraternita.

XI. = Quelli, che vogliono es- » sere ammessi alla suddetta arte, sa- » ranno tenuti di accordare il giorno, » e l'ora dalli detti Signori Priori » dell'Università per essere ivi ricevu- » ti, e a tale effetto far convocare il » giorno avanti l'assemblea de' Signori » Maestri Orefici, nel giorno, ed ora de- » stinata, e se alcuno di essi non v'in- » terviene il suo dritto va' a benefizio » della Confraternita, eccettuato io cau- » sa di malattia, la quale dovrà egli » provare.

XII. = Ogni Maestro potrà ave- » re, e teoere un solo Principiante per » il termine di 5. anni, e sarà il Fat- » torato registrato nel Libro della Con- » fraternita, che si ritiene presso del » Segretario, ed il tempo comincerà a » correre dal giorno, che è stato regi- » strato, per il qual registro esso pa- » gherà alla Confraternita 6. lire in » tutto, e allorchè sarà ricevuto per » Lavorante, si potrà vedere nel Regi- » stro.

XIII. Per sfuggire tutte le liti, » che potessero insorgere all'avvenire, » verun Maestro Orefice potrà preo- » dere per Compagno, uscendo dalla » Bottega d'altro Maestro Orefice, do- » ve egli avrà lavorato l'arte di Orefi- » ce, senza il permesso, e consenso » del suo primo Maestro, o altri giu- » sti motivi, e ragioni, o che non sia » stato assente dalla casa di quello » per tre mesi consecutivi, li quali » terminati sarà lecito di lavorare do- » ve gli piacerà. E quelli, che con- » traverranno alli suddetti stabilimen- » ti, pagheranno alla Compagnia 10. » libre di Cera.

XIV. = Non sarà permesso ad al- » cun Maestro Orefice, tanto di questa » Città di Carpentrasso, che del Con- » tado, di lavorare l'oro, ed argento » altrimenti che sotto li patti, e con- » dizioni, che sono, e saranno appro- » vate dalli nostri Superiori.

XV. = Le Vedove dei Maestri Ore- » fici potranno continuare la Bottega, » far lavorare in tutto il tempo della » loro vita, sotto il loro nome sola- » mente, con pagare quello, che da- » gli altri Maestri vien pagato, e con » servirsi di Compagni abili nell'arte, » e approvati dall'Università.

XVI. = Insorgendo poi qualche li- » te, o differenza tra li Maestri Orefici, » Compagni, o Lavoranti, li Priori dell' » Università deputeranno due Maestri » Orefici per prendere li espedienti op- » portuni, per terminare le loro diffe- » renze.

XVII. Se qualcuno degli Offiziali » della detta Confraternita si amma- » lasse, e che non avesse di che sov- » venirsi, ne di che farsi sovvenire, » hanno stabilito di provedere all'am- » malato ciò, che gli sarà necessario » per il mantenimento della sua ma- » lattia, e per pagare le spese del suo » funerale, colli denari della Cassa di » detta Confraternita, che se non ba- » stassero, li detti Maestri Orefici con- » tribueranno a questa Elemosina. Re- » gistrato al Libro KK delle Grazie de » Laudemj fol. 36. dopo l'atto d'au- » torizazione, da me Segretario di Sta- » to della Legazione d'Avignone = Sotto- » scritto Jeremie = Sieguono le sotto- » scrizioni delli nomi scritti nel prin- » cipio.

Supplex Libellus Praesuli Vice-Legatus Munere fungenti, in Civitate Carpentoratí pro supra relatorum statutorum approbatione.

» A sua Eccellenza Monsignor Vice- » Legato. Supplicano li Maestri Orefici » della Città di Carpentrasso, ed altre » Città, e luoghi del Contado, ed espon- » gono all'Eccellenza Vostra, che aven- » do stabilito di erigersi in Università, » e Confraternita per il maggior van- » taggio della Provincia, e delli loro » particolari interessi, si sarebbero uni- » ti in coerenza del permesso verbale » dato da V. E., e si sarebbe di co- » mun consenso determinato d'erigere » in favore degli Oratori, e di coloro, » che saranno da medesimi ricevuti in » avvenire Maestri, uoa Confraternita » sotto il Titolo, e protezione di S. Eli- » gio il primo Decembre, e in appres- » so avrebbero stabilito quello che de- » ve essere osservato nella loro Uni- » versità in 17 articoli, li quali sono » qui umilmente esposti. Ma come li » detti articoli benchè di comun con- » senso stabiliti, non ardirebbero por- » li in esecuzione, senza l'autorità di » V. E. li Oratori supplicano la mede- » sima, di autorizarli, e confermarli a » tenore dell'esposto, e ordinare, che » siano inviolabilmente, e perpetua- » mente osservati, non ostante tutto » ciò, che possa essere in contrario, » sotto le pene, che ivi sono espresse, » che la sola sottoscrizione di Vostra » Eccellenza basti = Subsignatus SSmi D.N. PP. et Sanctæ Sedis Apostolicæ in hac Civitate, et toto Comitatu Advocatus, et Procurator Generalis; visis

Votum Procuratoris Generalis Pontificii in Civitate, et Comitatu super petita approbatione.

præinsertis precibus, nec non deliberatione intro clausa, non impedit confirmationem, et authorizationem articulorum in dicta deliberatione, contentorum, dummodo tamen non adversentur Sacris Canonibus, et dispositioni juris, et citra præjudicium juris publici, et privati deliberatum. Avenione hac die

Confirmatio statutorum a Præsule Vice-Legata apposita.

17. Septembris Anni 1746. = P. de Scutellaris Adv. et Procurator Generalis, sic signatus in Originali = Attentis narratis, et salvis protestationibus D. Advocati Fiscalis, supra enunciata Statuta confirmamus, authorizamus, et mandamus, ut petitur, non obstantibus etc. P. Aquaviva Pro-Legatus, sic signatus. Reg. = A Monsig. Illmo, e Rmo

Supplicatio Aurificum Ordinaria Carpentoratensi super confirmatione prædictorum statutorum, et approbatione erectionis Confraternitatis.

» Arcivescovo, e Vescovo di questa Città di Carpentrasso, o al Sig. Vicario Generale. Li Orefici di questa Città, e Provincia del Contado Venesino espongono, che per vantaggio, e pubblica utilità degli Abitanti, secondo il permesso accordatogli da Superiori, essi avrebbero fatti tra di loro Statuti, ed Articoli in num. 17. per erigere, e stabilire in questa Città una Università, e Confraternita di Orefici sotto il Titolo di S. Eligio nel primo Decembre, che avrebbero preso per loro Titolare, quali Statuti, ed Articoli sarebbero stati autorizati li 16. Settembre da Monsig. Vice Legato di Avignone a loro istanza, ed avendo essi bisogno di una Cappella in qualche Chiesa di questa Città per collocare il loro Santo, supplicano la bontà di V. S. Illma di assegnarli la suddetta Cappella per potere ivi stabilire la loro Confraternita, a fare in quella la Festa di S. Eligio per il primo Decembre, e tutto ciò per onore, e gloria di Dio, e del Santo. Supplicano perciò ec. = Vista

Votum Promotoris Fiscalis Curiæ Episcopalis super confirmatione Statutorum et Confraternitatis erectione.

la suddetta supplica presentata a Monsignore Arcivescovo Vescovo di Carpentrasso per parte degli Orefici, e li statuti ivi enunciati in 17. Articoli autorizati da Monsig. Vice Legato d'Avignone li 16. Settembre prossimo passato. Visto il voto dell' Avvocato Generale. Non si proibisca, che a tenore della supplica sia assegnata alli suddetti Orefici la Cappella sotto il titolo di S. Eligio nella Chiesa Cattedrale di questa Città per ivi stabilire la loro Confraternita, fare la Festa del Santo, e tutto ciò, che converrà in tal particolare, con condizione però, che ogni Anno li ultimi Offiziali della Confraternita siano obbligati a rendere i Conti avanti quella persona, che verrà deputata da Monsig. Arcivescovo, e Vescovo, e che la detta Confraternita contribuisca le spese necessarie per il mantenimento di detta Cappella, Altare, Suppellettili sagre, e purchè li suddetti Statuti non siano contrarj alli Sagri Canoni della S. Chiesa, e senza pregiudizio del dritto del terzo. Carpentrasso 7. Novembre 1746. Sibous Avv. Gen. e Promotore Fiscale.

Rescriptum Ordinarii, quo supra relata statuta confirmantur, et Aurificum Confraternitatis erectio approbatur.

» Monsig. Arcivescovo, e Vescovo di Carpentrasso considerata la presente supplica presantata dagli Orefici di detta Città, e li Statuti ivi enunciati, e la Visa dell'Avvocato Fiscale ha accordato loro la richiesta grazia; sotto però le proteste d'esso Procuvator Fiscale, ed ha ordinato, che il tutto sia Registrato negli Atti della Cancellaria, essendosi sottoscritto. A. Carpentrasso 7. Novembre 1746. Dal Palazzo Vescovile D. M. Arcivescovo e Vescovo di Carpentrasso. De Villario Notaro, e Segr. Reg.

Apostolica confirmatio Statutorum, et erectionis Confraternitatis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes, Statuta hujusmodi quo firmius subsistant et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, Sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinserta statuta, ac omnia, et singula in eis contenta, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si

Digitized by Google

secus super his, a quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Civitatis, et Comitatus hujusmodi, ac Universitatis prædictæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, Superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die Decima secunda Decembris, Millesimo Septingentesimo quinquagesimo Octavo, Pontificatus Nostri Anno primo.

LXIX.

Dat. die 20. Decemb. 1758. Ann. I.

Privilegia, et facultates Communitati, et Hominibus Civitatis Centi concessa a Clemente VIII. sub certis modis, et limitationibus declarantur, et corriguntur.

Literæ in forma Brevis, quibus Clemens VIII. Communitati, et Hominibus Civitatis Centi concessit privilegia hic confirmata, habentur in præsenti integre inserta.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

§. 1. Præstantissima devotio, et sincera fides quas dilecti filii Communitas, et Homines Oppidi Civitatis nuncupatæ Nostræ Centi, Bononien Diæcesis, erga Apostolicam hanc Sanctam Sedem gerere comprobantur, ac paternus amor, præcipuaque charitas, qua Romani Pontifices Prædecessores Nostri semper illos sunt prosequuti, Nosterque peculiaris erga Nostros, dictæque Sedis subditos animi affectus, haud dubie postulant, ut gratias, indulta, et privilegia, eis a Romanis Pontificibus Prædecessoribus prædictis concessa, quo firmius subsistant Apostolici muniminis Nostri patrocinio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

Preces porrectæ.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Consules Oppidi Civitatis prædictæ, quod dudum ad Communitatis, et Hominum prædictorum favore, emanarunt quædam in simili forma Brevis expeditæ Literæ tenoris sequentis, videlicet = Foris = dilectis filiis Universitati, et Hominibus Terræ Nostræ Centi = Intus vero = Clemens Papa VIII. Dilecti filii salutem, et Apostolicam Benedictionem. Ex consueta Romani Pontificis, et Apostolicæ Sedis benignitate, Nostros, et ejusdem Sedis Subditos favoribus, et gratiis libenter prosequimur, prout eorum fidei, et devotionis sinceritas postulat, ac alias in Domino salubriter conspicimus expedire. Hinc est, quod Nos vestris votis, quantum cum Domino possumus benigne annuere, ac vos, Nostris, et Apostolicæ Sedis beneficiis, in debita Nobis, ac eidem Sedi fide, ac devotione magis continere, et conservare volentes: Supplicationibus, vestro nomine Nobis humiliter porrectis, inclinati ex diversis petitionibus eodem vestro nomine Nobis oblatis, hæc vobis concedenda duximus: Ut igitur arma, seu insignia istius Universitatis insignibus gentilitiis Domus Nostræ Aldobrandinæ, aut cujuscumque malueritis illorum partis, exornare valeatis, utque vestri Consules, solitas, et antiquas auctoritates, et præeminentias, ac primum locum, immediate post Gubernatorem ejusdem Terræ pro tempore existentem, retineant, et habeant, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo concedimus, et indulgemus. Consilium vero ejusdem Terræ juxta formam statutorum, ita ut cum sola licentia, et assistentia Gubernatoris (sine qua tamen nullam suscipere valeat deliberationem) quandocumque libuerit, congregari possit: Statutaque præterea, et Ordinationes ipsius Terræ tam quoad Civilia, quam quoad Criminalia) dummodo tamen in usu, et licita sint, et honesta, ac Sacris Canonibus, et Constitutionibus Apostolicis, et Concilii Tridentini Decretis, nec non libertati Ecclesiæ, ac fidelitati, et obedientiæ Romanorum Pontificum, et S. R. E., Se-

Tenor Brevis Clementis VIII., cujus confirmatio postulatur.

disque Apostolicæ minime adversentur (sine tamen præjudicio bannimentorum) auctoritate, et tenore prædictis perpetuo confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, et inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac statuta damnorum datorum, cum duplicatione pœnarum Universitati vestræ, ac partibus, quibus damnum illatum fuerit, juxta formam Statutorum, applicandarum, ac etiam statuta, et provisiones Collegii Notariorum dictæ Terræ, pari modo in omnibus, et per omnia, et cum supradictis limitationibus confirmamus, et approbamus: Vobis prætcrea, ut nova statuta, et ordinationes prout rerum, et temporum qualitas exegerit, pro bono vestræ Universitatis regimine, quandocumque vobis placuerit, (a pro tempore tamen Legato, seu Vice Legato Ferrariensi examinanda, et approbanda) facere; utque circa bona divisibilia Casamaris, et Malafitti, vos liberam statuendi, et deliberandi juxta antiqua privilegia, et consuetudines, facultatem, sine tamen juris quarumcumque partium præjudicio habeatis, perpetuo similiter concedimus, et indulgemus: statuimus quoque, et ordinamus, ut circa Militum deputationem, istic servetur idem, quod servatur in reliquo Statu Nostro Ecclesiastico: circa autem provisiones Gubernatoris, et applicationem pœnarum condemnationum, Constitutiones Aldobrandinas nuncupatas, per dilectum filium Nostrum Petrum Sancti Nicolai in Carcere Diaconum Cardinalem Aldobrandinum nuncupatum, Nostrum secundum carnem ex fratre germano nepotem, ac in Civitate, et Ducatu Ferrariensi Nostrum, et dictæ Sanctæ Sedis de Latere Legatum, factas, servari volumus. Gubernatorem præterea istius Terræ, pro tempore existentem, in utroque, aut altero jurium Doctorem, qualificatum pro Officii qualitate esse, illumque, finitio ejus officio, Sindicatui stare debere, neque fidem bene præstiti servitii, nisi finito Sindicatu hujusmodi obtinere posse: causas item quascumque Civiles, et Criminales, in prima istantia in dicta Terra, et quoad Civiles causas, in secunda instantia, in Tribunali appellationum deputato, seu deputando in Civitate, sub cujus Legatione dicta Terra pro tempore fuerit (salva tamen auctoritate Superioris quoad primas instantias hujusmodi) cognosci debere decernimus: Vobis præterea, ac singulis habitatoribus, et incolis Terræ Centi, ejusque Comitatus, et Districtus, ut ex quibuscumque Locis Civitatis, et Ducatus Ferrariensis, frumenta, blada, legumina, et alia annonæ genera, pro vestro, et eorum usus solutis gabellis solitis, libere extrahere possitis, licentiam, et facultatem impartimur. Prætium insuper salis in dicta Terra vendendi, ad tres quatrenos pro qualibet Libra, quorum duo ad Cameram Apostolicam, et unus ad vestram Universitatem pertineant, reducimus: ad hæc vobis, ut unum, vel plures exequutores, pro exactione creditorum dictæ Universitatis, deputare, et ad libitum removere. Utque unum Regestrum Instrumentorum dictæ Terræ, ad istar Regestri Civitatis Nostræ Bononiensis, erigere possitis, indulgemus: Prætium molituræ frumenti, et aliarum rerum molendarum pro usu habitatorum, et incolarum Terræ, Comitatus, et districtus prædictorum, ad sex pro centenario reducimus: Ac ipsis habitatoribus, et incolis, ut ad quæcumque loca Status Nostri Ecclesiastici molendi causa, de licentia tamen Camerarii, gratis illis concedenda, accedere possint, potestatem facimus: Et quibuscumque advenis, farinas in vestram Terram introducere, sine aliqua solutione, aut cujuscumque licentia, licitum esse volumus, et ordinamus: quibuscumque pariter ex vestris Civibus, ut fructus ex prædiis, et terris per eos possessis in Agro Bononiensi, quæ non gaudent privilegio quarti pro tempore colligendos (relicta tamen quarta illorum parte) inde libere extrahere: Utque inter Vos, et Bononienses, liberum quarumcumque rerum hinc inde comercium, solutis gabellis, existat; Nec non ut Birruarios dictæ Terræ, ultra numerum decem, cassare, ad Nostrum tamen, et ejusdem Sedis beneplacitum valeatis: Ac demum ut liberum vobis, et cuicumque dictorum habitatorum, et incolarum sit, Follicellos, et Sericum, ex eadem Terra, ejusque Comitatu, et Districtu ad quæcumque (non tamen extra Statutum Ecclesiasticum) Loca deferre, ac de illis pro libito disponere, auctoritate, et tenore prædictis perpeto concedimus, et indulgemus: Ac in præmissis omnibus, et singulis, uti a Nobis concessa, et ordinata sunt, perpetuo observari debere decernimus, et declaramus: Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac quibuscumque statutis, et consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæterisque contra-

Digitized by Google

riis quibuscumque. Datum Ferrariæ sub Annulo Piscatoris die vigesima prima Julii millesimo quinquagesimo Nonagesimo Octavo Pontificatus Nostri Anno Septimo =

P. Card. Aldobrandinus

De removendis abusibus irreptis sollicitudinem exprimit.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes experientia compertum habeant, nonnullos abusus contra dispositionem prædictarum Literarum tractu temporis irrepsisse, ac propterea non solum dictas Literas per Nos confirmari, verum etiam decerni, et declarari, ne dilectus filius Noster Modernus, ac pro tempore existens in Civitate, et Ducatu Ferrarien. Noster, et Sedis Apostolicæ de Latere Legatus super præscripto habitationis requisito dispensare possit cum iis, qui ad divisionem, seu partitionem portionum, ac dimidiarum portionum bonorum divisibilium terrarum Casamaris, et Malafitti, singulis viginti annis per Communitatem prædictam faciendam concurrunt, dictasque portiones, dimidiasque portiones eorum, qui in ipso oppido minime habitant, in beneficium, commodum, utilitatemque Communitatis hujusmodi in extinctionem æris alieni, quo ipsa Communitas gravata reperitur, omnino impendendas, applicandasque, assignari, ac a Curia Civitatis Ferrarien cognitionem Causarum in prima instantia cumulative una cum Gubernatore Oppidi Civitatis hujusmodi auferri, ac demum, ut ipsi exponentes cannabes extra Statum, Ditionemque Sedis Apostolicæ, absque tracta ab eodem Legato obtinenda, mittere valeant, per Nos concedere plurimum desiderent.

Privilegia alias concessa, in parte confirmat, in parte vero reformat, et moderatur.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, Sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertas ejusdem Clementis Prædecessoris Literas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus hunc in modum, nempe quoad insignia Domus Aldobrandinæ, præminentiam in publicis Sessionibus, convocationem Consilii, Statutorum confirmationem tam eorum, quæ versantur circa Civilia, et Criminalia, quam quæ sunt Notariorum Collegii, facultatem statuendi legem, qua Milites sint deputandi, Gubernatoris conditionem, ejusque Syndicatum, jus deputandi Exequutores pro Creditorum exactione, eosque removendi, prætium molituræ frumenti, aliorumque generum, jus ubicumque molendi intra Satutum Ecclesiasticum, ac Birruariorum numerum moderandi, jus demum extrahendi Follicellos, et Sericum, approbata ulterius possessione, seu quasi extrahendi Cannabes, etiam extra Statum Ecclesiasticum, absque licentia, seu tracta, excepto tamen casu indigentiæ ejusdem Status, aut Legationis prædictæ, salvis juribus pro consueta solutione Gabellæ, seu Vectigalis transitus; quoad vero Statuta, quæ respiciunt damna data, volumus, et præcipimus, ut Constitutio fel. rec. Benedicti Papæ XIV. Prædecessoris Nostri in præmissis edita servari omnino debeat; quoad bona Casamaris, et Malafitti non admittatur ad partecipandum, nisi qui habitationis habet requisitum, omnino exclusis absentibus, non obstante quocumque abilitationis privilegio, exceptis iis, qui habitant in Civitate Ferrarien, nec non absentibus studiorum causa, vel ob servitium Principis, aut Patriæ: hac lege adjeca, quod absentium portiones cedere debeant emolumento Communitatis prædictæ, ad effectum dissolvendi ab ære alieno, quibus ipsa Communitas gravata reperitur, suspenso usque ad eorumdem debitorum extinctionem jure accrescendi, quod participantibus competere unquam possit; quoad facultatem judicandi causas in prima instantia exceptæ intelligantur Criminales graviores, et Civiles privilegiatæ in vim = *L. Unic. C. quando Imperator* = sublata in reliquis cumulativa a Locum Tenentibus Generalibus prætensa. Servandum erit solitum quoad honorarium Gubernatoris, et pœnarum applicationem, nec non quoad Instrumentorum Regestrum; quoad pretium Salis firmum sit privilegium, sine præjudicio tamen augmenti; quoad jus introducendi farinas exteras, servetur etiam Constitutio dicti Benedicti Prædecessoris super libero commercio edita, quæque servanda quoque erit quoad extractionem tam frumenti, bladæ, leguminum, aliorumque hujusmodi e Ducatu Ferrariæ hujusmodi, quam frumentum ex prædiis, quæ possidentur in Agro Bononien, salvis tamen peculiabus privilegiis, transactionibus, et Chirographo sub Datum XXIII. Junii MDCCL. idemque quoad liberum commercium cum Bononiensibus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et eficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, eisdemque Communitati, et Hominibus plenissime suffragari, et ab illis, ad quos spectat, et pro tempora quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xx. Decembri millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo, Pontificatus Nostri Anno primo.

LXX.

Dat. die 15. Sept. 1758. Ann. I.

Confirmatio novorum statutorum, quæ Collegium Artis Lanitiæ de Urbe condidit, pro ipsius Collegii majori directione, comodo, et utilitate.

Jurisdictionem Consulum Artis Lanitiæ in Urbe statuit Pius V. constit. edit. 1567. Sept. 5. Eamdem, atque privilegia Mercatorum ejusdem artis confirmavit Sixtus V. Constit. edit. 1585. Dec. 18. quæ sunt relatæ in Mainardii Bullario. Tribunal quatuor Præsidentium, cum Assessoris assistentia, erexit Clemens IX. Chirographo suo Anni 1669. Aprilis 4. in prædicto Mainardii Bullario minime impresso.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Expositio petitionis pro novorum statutorum confirmatione.

§. 1. Ad pastoralis dignitatis fastigium nullo licet meritorum nostrorum suffragio per inæffabilem Divinæ Sapientiæ, atque Clementiæ abundantiam evecti, ea, quæ a Christifidelibus pro felici, prosperoque Artium, ac Universitatum Artium Almæ Urbis Nostræ, cujus commodis peculiari paternæ charitatis affectu studemus, regimine provide constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis Nostri præsidio, cum id a Nobis petitur libenter constabilimus. Exponi siquidem nuper fecerunt dilecti filii *Præsidentes Universitatis Artis Lanitiæ, seu Lanariorum* de eadem Urbe, quod Ipsi pro majori directione, commodo, et utilitate, non solum ipsorum Lanariorum, verum etiam incolarum Urbis prædictæ justum, æquum, et necessarium esse existimarunt, juxta facultates ipsi Universitati a fel. rec. Sixto V., et Clemente IX. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris attributas, nova Statuta condere tenoris sequentis videlicet.

STATUTI

DEL NOBILE COLLEGIO
DELL'
ARTE DELLA LANA

PROEMIO

NEL NOME DELLA SANTISSIMA, ED INDIVIDUA TRINITA' DELLA IMMACOLATA, E SEMPRE VERGINE MARIA, E DI S. AMBROGIO NOSTRO PROTETTORE

Avendo la sperienza fatto conoscere, che li Statuti vecchi, coi quali sinora si è regolato il nobile Collegio dell'Arte della Lana di Roma, si sono resi oscuri, ed impratticabili, per li termini, che più non s' intendono, e per il diverso modo di lavorare la Lana, o non provedono a tutte quelle cose, alle quali pare necessario di dare una certa, ed invariabile legge per il mantenimento, ed augumento dell' Arte medesima; Quindi è, che è stato risoluto di formare un nuovo Statuto, in cui si confermassero, dichiarassero, e mutassero respettivamente li detti antichi Statuti, con aggiungere ancora di nuovo tutte quelle Leggi, e regole, che si trovino proprie, ed accomodate all' uso, e circostanze presenti, servendosi in ciò de' privilegii al medemo Collegio conceduti dalle Sante memorie di S. Pio V., Gregorio XIII., e specialmente di Sisto V., con Chirografo segnato li 18. Dicembre 1585. e di Clemente IX. mediante altro speciale Chirografo segnato li 4. Aprile 1669. In esecuzione pertanto di detta risoluzione si sono tenuti moltissimi Congressi coll' intervento dei Presidenti che soprassiedono a detto Collegio, conforme si dirà in appresso, e dei Con-

soli, Camerlengo, ed altri Mercanti Matricolati, ed in essi si è maturamente discusso, e stabilito tuttociò che in avvenire dovrà inviolabilmente osservarsi per il buon regolamento, progresso, ed accrescimento dell'Arte della Lana in Roma, e fattasi successivamente di tutto il discusso, e stabilito come sopra, una distinta relazione, e lettura nella piena Congregazione del Collegio tenuta li 29. Marzo dell'anno 1756. prossimo passato, restò quello intieramente approvato di unanime consentimento de'Congregati, e di detti Presidenti, come dalla detta risoluzione registrata sotto detto giorno negli Atti di Girolamo Amadio Pavoletti Notaro Capitolino, e Segretario del medesimo Collegio, con esser stato ancora di più ordinato, che si supplicasse umilmente Sua Santità a nome del Collegio sudetto, a volersi degnare confermare in forma specifica il nuovo Statuto, affinchè si osservi esattamente quanto in esso si prescrive, tanto da moderni Matricolati dell'Arte della Lana di Roma, quanto da quelli, che in avvenire incominciaranno ad esercitare la dett'Arte, o in qualunque altro modo saranno sottoposti allo Statuto del medesimo Collegio. A gloria pertanto di Dio, ed utilità, e decoro del medesimo Collegio si dà principio.

CAPITOLO I.

Delli Signori Presidenti, e loro Autorità

Ha il nostro Collegio goduto, come presentemente gode, in esecuzione del Chirografo della Sa: me: di Clemente IX. segnato li 4 Aprile 1669., confermatorio di tutti gl'Indulti, Esenzioni, Privilegi, Imunità, e di tutte le altre Grazie in qualsivoglia modo, e tempo, concedute dalli Pontefici Predecessori a favore del nostro Collegio, ancorchè fossero andati in dissuetudine, il vantaggio, ed onore particolare di avere per suoi Presidenti quattro Signori Nobili Patrizj Romani, che al presente sono: Gl'Illustrissimi Signori Pietro Paolo Boccapaduli primo Presidente, Prazio Falconieri, Rotilio Paracciani, e Giambattista Cenci: Perciò si stabiliscè, e determina, che il medemo Collegio debba procurare con tutte le sue forze, che gli venga conservato, e mantenuto perpetuamente questo Privilegio. Avendosi tutta la sicurezza che li sudetti Presidenti non sapranno mai prendere risoluzione se non che giusta, e vantaggiosa per il nostro Collegio, conforme si è sperimento finora così statuimo, ed ordiniamo, che sia in piena facoltà dei Presidenti pro tempore il determinare quali liti, sì attive che passive, debbano intraprendersi, proseguirsi, o abbandonarsi, a nome, e spese del Collegio, come ancora che possino li medesimi Presidenti sottoscrivere tutti gli Ordini per i pagamenti delle spese, sì ordinarie, che straordinarie, e le Madricole, per quelli che meritano di essere in avvenire ammessi nel nostro Collegio ad esercitare l'Arte della Lana, e dopo sottoscritti li Presidenti suddetti, dovranno sottoscriversi in calce di ogni sottoscrizione dalli medesimi da farsi, li Consoli, e Camerlengo pro tempore, secondo il loro grado, i quali Consoli però, quante volte le sottoscrizioni da farsi non sieno contrarie alle disposizioni del presente Statuto, non potranno ricusare di sottoscriversi, quando vi siano già sottoscritti i Presidenti. Possino ancora li medesimi Presidenti convocare tante volte quante gli parerà necessario, ed utile, e per quel tempo, e luogo, che riuscirà comodo, le Congregazioni del nostro Collegio, per trattarvi i negozj al medesimo appartenenti; e sia in arbitrio di detti Presidenti il determinare quali affari debbano portarsi nelle Congregazioni, come altresì uno de medesimi Presidenti, dovrà sempre proporre il negozio, o negozj, di cui si debba discorrere nelle dette Congregazioni. E per buon regolamento del nostro Collegio, e Mercanti, che lo compongono, determinato che sarà fra detti Presidenti il giorno da tenersi le Congregazioni, possa il primo Presidente, presente, e pro tempore, fare intimare le Congregazioni, e tale intimazione debba farsi dal nostro Segretario di ordine di detto Primo Presidente, a quelli, i quali dovranno intervenire in esse da eseguirsi dal Mandataro del nostro Collegio, colla relazione in calce. E quelli, i quali mancarono d' intervenire alle Congregazioni intimate, senza legittima causa, siano tenuti al pagamento, come si esprimerà nel Capitolo IV. del presente Statuto, per applicarsi come in esso.

CAPITOLO II.

Dei Consoli, loro elezione, ed Uffizio

Oltre li Presidenti dovrà il nostro Collegio avere tre Consoli, che al presente sono: Cristofaro Malagricci primo Console: Ludovico de Rossi · e Giuseppe Tansini: quali Consoli si prenderanno tra li Mercanti Madricolati, come si è sempre pratticato per lo passato: con che però non si possa prendere nè deputarsi per Console alcuno, se non saranno almeno passati anni dieci, che abbia avuta la Madricola, e colla medesima abbia esercitata per tutto detto tempo, ed eserciti attualmente l'Arte della Lana. Se poi si dovesse deputare un Figlio di Mercante defonto, basterà, che abbia avuto anni dieci di esercizio della nostr'Arte da computarsi tanto in tempo di vita, che dopo la morte del Padre, nella Bottega paterna, altrimenti l'alezione da farsi, sia nulla. L'Uffizio de quali Consoli in tal forma validamente da eleggersi, dovrà durare un anno solamente, a riserva di quello del Primo Console, che dovrà continuare per l'anno seguente, e non più; terminato il quale secondo anno quel Console, che in questo sarà stato secondo Console, seguiterà per l'anno seguente in qualità di primo Console, e così si osserverà sempre per il futuro, e succedendo poi la morte del primo Console, durante il biennio del suo Consolato, il secondo Console debba subentrare, e subentri subito in luogo del Defonto, in tutto e per tutto, ed a tutti gli effetti, senz' altra elezione, o dichiarazione. L'Elezione del nuovo secondo, e terzo Console, giacchè il primo Console, come si è detto, vi dee sempre assere, si dovrà fare in una Congregazione, da intimarsi, ad arbitrio de' Presidenti, composta dalli medesimi Presidenti, dagli stessi Consoli, che stanno per terminare il loro Uffizio, e dal Camerlengo pro tempore, e da tutto l'intiero Corpo dell'Arte, e di quei Mercanti, che legittimamente intimati interverranno. Uno de'Presidenti proporrà i soggetti a sua scelta, che abbiano i requisiti sudetti per l'Uffizio di secondo, o terzo Console, a la maggioranza dei voti degl'Interessenti, che si daranno a voce, conforme si dirà nel Capitolo VIII. delle Congregazioni, opererà l'inclusione, o l'esclusione. Se in tempo della elezione de' nuovi Consoli, fosse morto qualcuno dei Consoli vecchi, oppure il Camerlengo, dovrà chiamarsi a votare il primo Revisore: e mancandone più di uno, ancora il secondo Revisore: e in difetto di più di due, si estraggano a sorte i Mercanti dell'Arte sino ad empire il numero delli Mercanti, e successivamente si proceda alla elezione in tutto, e per tutto come sopra. Questo però, che si è disposto in caso di morte di qualche Console, o Camerlengo, non debba aver luogo nell' altro caso, in cui per assenza, o altro legitimo impedimento, non intervenga alla Congregazione qualche Console, e il Camerlengo: ma in questo secondo caso il Jus di eleggere si consolidi negl'Interessenti. L'uffizio de'Consoli pro tempore, oltre gl' altri obblighi, che si accenneranno nei seguenti Capitoli del presente Statuto, dee consistere nello intervenire, con ordine de' Presidenti, alle visite delle Botteghe, togliere, e far togliere le robbe difettose, esaminare chi vorrà essere ammesso nell'Arte, dopo sottoscritti li Presidenti, sottoscrivere le Madricole, e gli ordini de' danari del Collegio, da dirigersi ne'Banchi ove si trovano depositati, debbano intervenire a tutte le Congregazioni, e votare unitamente col Camerlengo, e Presidenti per la elezione degli Uffiziali, e procurare, che tra i Mercanti della nostr'Arte non succedano nemicizie, competenze, ed altri inconvenienti, che potrebbero togliere quella santa unione, e pace, che deve esservi tra i membri dello stesso Corpo. Come ancora nell' invigilare, che non s' introducano abusi, o facciano cose in qualunque modo pregiudiziali all' Arte della Lana, dando subito avviso di tutto alli Presidenti, acciocchè si possano prendere dai medesimi quelle risoluzioni, che si crederanno proficue, e accomodate per il necessario rimedio.

CAPITOLO III.

Del Camerlengo, sua Elezione, ed Uffizio

Secondo il praticato finora continuerà il nostro Collegio ad avere il Camerlengo, che al presente si esercita da Carlo Ciferri; qual Camerlengo dovrà essere Mercante Madricolato, e che abbia almeno ottenuta la Madricola due anni prima della deputazione da farsi, ed in detto tempo abbia esercitato, ed eserciti con Madricola l'Arte della Lana. E dovendosi deputare un Figlio di

Mercante defonto, basterà, che abbia avuto aocor questo due anni di esercizio, tanto, prima che dopo la morte del Padre, nella Bottega paterna, altrimenti la elezione sia nulla. Inquanto poi alla elezione del medesimo, si dovrà osservare in tutto e per tutto come si è disposto nell' antecedente Capitolo circa la elezione del Consoli. L'Uffizio del medemo Camerlengo durerà un anno solamente; sarà suo obligo particolare di esiggere dai contraventori le pene stabilite nei presenti Statuti, e dell' esatto render fedel conto indispensabilmente nel fine dell'aono del suo Uffizio; il qual reodimento de conti dovrà farlo in mano dei Presidenti, e Consoli nella stessa Congregazione, che sarà stata intimata per l' elezione del nuovo Camerlengo, e de' nuovi Consoli.

CAPITOLO IV.

Delli Revisori, loro Elezione, ed Uffizio.

Ad effettoohè i lavori della Lana, che si fanno da Mercanti del nostro Collegio, sieno fatti ad uso di Arte, e senza frande di alcuno, si stabilisce, ed ordina, che si seguiti sempre il lodevole costume, che sinora è stato, di depntare dne Mercanti in Revisori, i quali al presente sono Giacomo Lazzara, e Fraocesco Santini. Quali Revisori si dovrà procurare, che sempre siano due Persone Madricolate delle più esperte, e che abbiano cognizione, ed un lungo, ed attuale esercizio della nostr'Arte. La elezione di questi dovrà farsi in tutto e per tutto, come quella de'Coosoli, e Camerlengo. Il loro Uffizio, che dovrà durare un anno solamente, consisterà principalmente in visitare, e riconoscere, tanto in occasione delle visite generali, che particolari, I lavori d' ogni sorta, che si fanno dai Mercanti dell'Arte: li pesi delle Lane, orditure, tele, e tntto altro, che appartiene all' Arte della Lana medesima: come ancora la qualità della stessa Lana, che si mette in opera. Da farsi dette visite in ciasenna Bottega colla liceoza, ed ordini di detti Presidenti, e colla prescoza, ed intervento dei Consoli, e Camerlengo pro tempore, e riconosciuto, che avranno li medesimi Revisori le robbe difettose, ed altre mancanze, in contravenzione delli presenti Statnti, possano i Consoli di propria autorità, e senza ministero, e Decreto di Giudici, oltre il dover far pagare la pena, secondo le circostanze de'fatti da esprimersi in appresso, prendere, o far prendere le robbe difettose sudette, ed altro appartenente all'Arte, che si ritroverà, contro la forma dei preseoti Statuti e contrasegnate, e sigillate che siano, acciò non nasca difficoltà sopra la identità, portarle in deposito presso il Notaro, e Segretario del nostro Collegio, e fattosi costare il difetto, e mancanza delle medeme, mediante la semplice Perizia, e relazione di detti Revisori, da riceversi *in scriptis* dal detto nostro Notaro, e Segretario, possino li detti Coosoli, ottenuto che ne avranno prima il beneplacito in voce dal Primo Presidente, domandarne il Mandato avanti qualunque Giudice, i con una semplice citazione, e seoza verun altro strepito, e figura di Giudizio per la trasportazione di dette robbe nella Depositaria Urbana ad effetto di subastarle, e deliberarle a favore di qualunque maggiore Oblatore, ed il prezzo che se ne ricaverà, esigersi dal Camerlengo *pro tempore*, e detratte le spese, erogarlo in benefizio della Cappella di S. Ambrogio, e Festa di detto Santo, senzachè il Padrone della robba possa riclamare in conto veruno avanti lo stesso Giudice, o altri Tribunali, e Giudice superiore, nè possa domandare la elezione de' Periti, per far riconoscere le robbe sudette, sotto colore di esser stato gravato da detti Revisori, alla perizia, e relazione de' quali si debba onninamente stare, e da quella non riclamare.

CAPITOLO V.

Del Giuramento da prestarsi dai Consoli, Camerlengo, e Revisori.

Li Consoli, Camerlengo, e Revisori subitochè saranno eletti ai respettiri loro Uffizj, cioè dentro tre giorni da quello della elezione, siano tenuti, e obbligati prestare in iscritto il loro giuramento, che si riceverà dal Segretario del nostro Collegio, di mantenere con tutte le loro forze possibili la nostr'Arte, e di sodisfare puntualmente a tutti quei pesi, ed incombenze, che vanno annesse a detti loro uffizii rispettivamente, con tutta esattezza, e senza verun riguardo mondano. Mancando poi i detti Uffiziali, o alcuno di loro, di prestare un tale giuramento,

Digitized by Google

dentro il termine come sopra stabilito, ognuno che mancarà, sia obligato di pagare tre libre di Cera bianca di Venezia, da applicarsi per la Festa di S. Ambrogio. E ciò non ostante sia tenuto a prestare il detto giuramento, sotto altra simile pena per ciascun giorno, che dopo il pagamento della prima pena differirà di giurare, come si è detto, fino all' adempimento effettivo del suo obligo.

CAPITOLO VI.

Delle Conferme dei Consoli, Camerlengo, e Revisori.

Ancorchè sia stato di sopra stabilito, ed ordinato, che l' Uffizio dei Consoli, Camerlengo, e Revisori, non debba durare piu d' un anno, tuttavolta siccome la sperienza ci ha fatto conoscere, che alle volte, o per mancanza de' soggetti, oppure per qualche affare rilevante del nostro Collegio, in cui ci avranno avuto le mani, ed ingerenza li suddetti Consoli, e Cammerlengo, ovvero li Revisori, e non sarà potuto terminare, primachè spiri il di loro Uffizio, ne' quali casi, o altri che potranno accadere, farebbe di bisogno far continuare li medesimi nello stesso Uffizio, così Statuimo, ed Ordiniamo, che non ostante sia terminato l' anno del di loro Uffizio, sia in libertà dei Presidenti, quante volte lo conosceranno spediente, rifermare per un altr' anno gli stessi Consoli, Cammerlengo, e Revisori, o ciascuno di essi. Ed in caso che qualcuno dei Presidenti contradicesse di accordare detta riferma, e gli altri Presidenti la riconoscessero necessaria, allora si debba intimare la Congregazione, ed in essa si proponga la riferma, con far votare in luogo di quelle Persone, che dovranno essere rifermate, e non potranno votare, uno, o più Mercanti, da estraersi a sorte, ed essendovi parità de Voti, si debba osservare, come si dispone nel *Capitolo VIII. delle Congregazioni*, e la maggioranza dei voti degl' Interessenti, che si daranno in voce, opererà la inclusiva, e la esclusiva di detta conferma.

CAPITOLO VII.

Della Elezione del Procuratore, Segretario, Computista, e Mandataro.

Essendosi ancora pratticato nel nostro Collegio di ritenere un Procuratore, un Segretario, che sia Notaro pubblico, ed autentico, come ancora un Computista, ed un Mandataro, così Statuimo, che dovendosi venire alla elezione de' medesimi, si debba intimare con ordine del Primo Presidente la Congregazione, nella quale si proporrà dal detto Primo Presidente, il posto, o carica, che si dovrà provvedere, e fatte leggere dal nostro Segretario le suppliche de' concorrenti, si dovranno scegliere quelli, i quali verranno creduti più idonei, e capaci del posto da conferirsi, ed indi li detti Presidenti, Consoli, e Cammerlengo dovranno dare i loro suffraggj in voce in mano del nostro Notaro, e Segretario, per ciascheduno da proporsi, e chi avrà più voti, s' intenda eletto in quel posto, o carica, che vacarà, con tutti gli onorarj, ed emolumenti, che si sono goduti dagli antecessori: ed in caso di parità de voti, si osservi in tutto, e per tutto, conforme si disporrà nel seguente Capitolo. E trattandosi di elezione di Procuratore si dovrà nella stessa Congregazione deputare uno de' Consoli a fare la Procura in Persona del medesimo per gli Atti del nostro Segretario, colle facoltà necessarie, ed opportune, e clausula amplissima *ad lites*: oppure dare le facoltà suddette al Procuratore eletto nella stessa Congregazione. L' eletto poi se non adempirà al suo uffizio, possa essere rimosso ad arbitrio de' Presidenti, Consoli, e Cammerlengo; sia parimente in arbitrio dei medesimi crescere le Provisioni, e dare qualche ricognizione straordinaria a ciascheduno di detti Procuratore, Segretario, Computista, e Mandataro, quando credessero, che una maggior fatica gli fosse sopraggiunta, o altre circostanze lo richiedessero.

CAPITOLO VIII.

Delle Congregazioni.

Le Congregazioni del nostro Collegio verranno composte dalli Presidenti, Consoli, e Cammerlengo, e tutti Mercanti Madricolati, che riterranno Bottega aperta, ed eserciteranno l' Arte,

a riserva delle Femmine Vedove, e Figlie Femmine, e Maschi Pupilli dei Mercanti defonti, senzachè in dette Congregazioni possano i detti Mercanti avere nè voce, nè ingerenza alcuna, se non che in caso di parità de' voti, come si dirà in appresso: ma tutte le elezioni si debbano fare, e le risoluzioni si debbano prendere, dai soli Presidenti, Consoli, e Cammerlengo, con sentirne prima il parere di tutti li Mercanti, acciò ognuno possa dire il suo sentimento. E dette Congregazioni si debbano convocare ad arbitrio dei Presidenti, per quel tempo, e luogo, che riuscirà più comodo, con proporre in esse qualunque affare, tante volte alli medesimi parerà, e piaccrà. E destinato fra li medesimi il giorno, possa il Primo Presidente presente, e pro tempore, fare intimare dette Congregazioni, mediante ordine, da diriggersi al nostro Notaro, e Segretario, e da eseguirsi le intimazioni del nostro Mandataro col solito bollettino, dove si prescriva il giorno, e l'ora precisa della Congregazione; e passata l'ora suddetta, debba subito darsi principio alla Congregazione, ancorchè gl' Intervenuti fossero in poco numero. E quello sarà risoluto dalla maggior parte de' Presidenti, Consoli, e Cammerlengo, che si troveranno presenti, abbia la stessa forza, e vigore, come se fosse risoluto dall'intiero numero de' medesimi. E così si osservi in tutti gli affari, che si dovranno risolvere per Congregazioni. In caso poi, che nascesse uguaglianza de voti circa qualche risoluzione da prendersi nelle Congregazioni. Statuimo, ed Ordiniamo, che in tal caso si debbano imbussolare cinque Mercanti, e dal Bussolo estrarne uno, e quello che sortirà, dovrà avere il suffraggio per quella sol volta, con tornare nuovamente a votare, e la maggioranza de' voti opererà la inclusiva, o la esclusiva di ciò che verrà proposto. E così si dovrà osservare tante volte, quante succederà il caso di parità de voti. Le risoluzioni poi, che si prenderanno dai Presidenti, Consoli, e Cammerlengo, ed altri, che votaranno nelle Congregazioni, debbano inviolabilmente osservarsi da tutti i Mercanti sotto pena di Scudi tre per ciascheduna volta.

CAPITOLO IX.

Li Mercanti debbano intervenire alle Congregazioni.

Li Mercanti Madricolati, ed ognuno di loro, come ancora li Consoli, Commerlengo, e Revisori pro tempore, intimati che saranno dal Mandataro, come si è disposto *nel Cap. I.*, e antecedente, siano obbligati intervenire alle Congregazioni sotto pena di bajocchi trenta, da impiegarsi come sopra, e da esiggersi irremissibilmente, purchè quello, che mancarà, non sia legittimamente impedito, e purchè mandi il documento del suo impedimento, senza il quale si debba procedere alla esazione della detta pena, non ostantechè il non Intervenicnte fosse stato in verità impedito. Che poi quello, che manca sia stato intimato a tempo debito, si debba stare all' attestazione giurata del Mandataro del nostro Collegio.

CAPITOLO X.

Li Presidenti possano imporre le pene a chi farà tumulti nelle Congregazioni.

Per togliere le confusioni facili a nascere nelle Congregazioni, sia in arbitrio dei Presidenti imporre la pena di scudi tre a chi non osserverà silenzio, o a chi farà qualche cosa indecente al luogo, ed al tempo, o generalmente che sia di disturbo alli Congregati; E quel Mercante, che contraverrà, sia obbligato irremisibilmente al pagamento della detta pena. E per prova della Contravenzione, si debba avere per sufficiente l'attestato giurato di due Consoli, o dei due Revisori pro tempore.

CAPITOLO XI.

Ciascuno dell' Arte debba ubidire ai Presidenti, e Consoli.

E perchè alle volte è necessario, secondo le contingenze de' fatti, e buon regolamento nella nostr' Arte, che li Presidenti, e Consoli prendano qualche economico provvedimento: così si Statuisce, e Ordina, che ciascheduno dell' Arte sia tenuto osservare, e ubbidire a quel tanto gli verrà ordinato a voce, circa gli affari della nostr' Arte, dai Presidenti, Consoli, e Cammerlengo; però dovranno sempre sentirne l'oracolo dei Presidenti circa le ordinazioni

da darsi; E ricusando ciascuno di ubidire a quel tanto gli sarà stato ordinato, debba pagare la pena di Scudi tre, col semplice attestato giurato di quel Presidente, o Console, che sarà stato disubidito, al quale attestato si debba onninamente stare, rimossa qualunque appellazione, e ricorso, oltre il dover essere tenuto alla osservanza.

CAPITOLO XII.

Li Mercanti siano tenuti accettare li Uffizj.

Niuno de' Mercanti possa ricusare l'Uffizio, a cui verrà eletto dalli Presidenti, Consoli, e Cammerlengo, nelle maniere prescritte, sotto la pena di libre dieci di Cera bianca di Venezia, da impiegarsi nella celebrazione della Festa di S. Ambrogio, purchè però il Mercante eletto non sia legittimamente impedito; Sopra di chè debba starsi al Giudizio dei Presidenti, senza poter ricorrere a verun Giudice, o Tribunale, sotto pretesto di gravame, o altro qualsisia motivo.

CAPITOLO XIII.

Li Consoli, e Cammerlengo siano tenuti render conto, e fare la consegna terminato il loro Uffizio.

Li Consoli, e Cammerlengo dopochè finiranno il loro Uffizio, siano obbligati di render conto, e fare la consegna respettivamente di tutto ciò, che sarà pervenuto nelle loro mani, a quei, che subbentraranno nel loro Uffizio, mediante il loro giuramento, dentro quindici giorni, da computarsi dal giorno della elezione de' nuovi Consoli, e Cammerlengo, sotto la pena di tre libre di Cera di Venezia, da applicarsi per la Festa di S. Ambrogio, a chi ricuserà di venire al detto rendimento de' conti, e fare la consegna.

CAPITOLO XIV.

Delle Visite, e modo da eseguirsi.

Adeffetto che si mantenga con ogni polizia, e senza alcuna frode, ed inganno la nostr' Arte, possano li Consoli, e Cammerlengo, precedente la licenza da ottenersi in voce dalli Presidenti, andare tante volte quante riconosceranno bisognevole, a fare le visite straordinarie privatamente nelle Botteghe dei Mercanti, portando seco i Revisori, ed il nostro Notaro, e Segretario, per riconoscere, se in tutto e per tutto si osservino le disposizioni del presente Statuto. Una volta l'anno poi dovranno fare detta visita generale a tutte le Botteghe, portando allora seco anche il Curiale del nostro Collegio. E per detta visita generale abbiano il comodo delle Carrozze, e Pranzo. Nè il Mandataro per dette visite possa pretendere maggior salario di quello, che gli si da presentemente. E trovandosi in ciascheduna di dette visite delle mancanze, e trasgressioni, si debba procedere, come si è disposto nel *Cap. IV.*

CAPITOLO XV.

Della pena a chi non interviene alle visite.

Ciascun Console, Revisore, e Cammerlengo, che intimato dal nostro Mandataro il giorno avanti ad intervenire alle visite particolari, o alla generale come sopra, e non intervenga, sia tenuto alla pena di bajocchi sessanta per ciascuna volta, purchè non sia legittimamente impedito, da giustificarsi detto impedimento, conforme si è disposto nel Cap. IX; si starà poi all'attestato giurato del Mandataro sulla esecuzione della intimazione. E lo stesso dovrà osservarsi rispetto alle visite straordinarie, che ordinassero li Presidenti.

CAPITOLO XVI.

Che non si possano impedire le visite, nè maltrattare i Visitatori, o Mandataro.

Ogni Mercante Madricolato, come ancora gli stessi Consoli, Cammerlengo, e Revisori, debbano permettere, che si visitino le loro Botteghe, e Magazzeni, ed altri siti, dove si riterranno robe appartenenti all' Arte, e tutti i capi di roba, che più parerà, e piacerà, ai Consoli, e Cammerlengo pro tempore, come si è disposto nei precedenti Capitoli. E in tempo che si faranno dette visite, nessuno possa maltrattare con parole ancorchè menome, e netampoco co' fatti, veruno de' Visitatori. In caso poi d'impedimento alla visita libera come

sopra, o d'ingiurie ancora verbali, sia multato colla pena di scudi dieci di oro per ciascuna volta, giustificatosi l'impedimento, o ingiuria rispettivamente, coll' attestato giurato di quei Uffiziali, a' quali sarà succeduto il caso. E nella stessa pena dovrà incorrere quel Mercante, che maltrattasse con parole, e molto più co' fatti, il Mandataro del nostro Collegio, quando esercita il suo Uffizio: E s' intenda legittimamente provato lo strapazzo del Mandataro, o coll' attestato di due degli Uffiziali dell' Arte, ed in assenza de'medesimi, di due Persone, che si siano trovate presenti, rimossa qualunque appellazione, o ricorso.

CAPITOLO XVII.

Della ricognizione da darsi alli Consoli, Cammerlengo, e Revisori.

Per compensare in qualche modo l'incomodo, che hanno fra l'anno i Consoli, Cammerlengo, e Revisori, debba darsi a spese del nostro Collegio annualmente a titolo di regalo a ciascuno de' Consoli, ed al Cammerlengo mezza libra di Cannella, ed a ciasceduno de' Revisori, una libra di Pepe.

CAPITOLO XVIII.

Delle visite, e regalo da farsi al Mercante gravemente Infermo.

Stando con malattia grave a letto qualche Mercante, che attualmente essercita la nostra Arte, il Cammerlengo subito che ne avrà avviso, debba unirsi coi Consoli pro tempore, e andare insieme a fare una, o più visite di carità all'Infermo, portandogli per una sol volta un Regalo di un Pane di Zuccaro di libre tre a spese del nostro Collegio.

CAPITOLO XIX.

Del Funerale de' Mercanti Defonti.

Morendo poi un Mercante Madricolato, che attualmente essercitava la nostr' Arte, il Cammerlengo pro tempore debba subito far celebrare, a spese del nostro Collegio, Messe trenta di Requie basse per una sol volta in suffraggio del Defonto, in quella stessa Chiesa, in cui il Cadavare starà esposto, e sarà stato sepellito. E se il Defonto era in tempo della sua morte in attuale essercizio dell'Uffizio di Console, alle dette Mese trenta basse debba aggiungersi una Messa Cantata.

CAPITOLO XX.

Del Funerale dei Signori Presidenti Defonti.

Venendo a morire qualc huno de Presidenti, dentro un Mese, dal giorno della morte, a tutte spese del Collegio debba in suffragio dell' Anima del medesimo farsi un Funerale con Messa Cantata, e Messe basse, da celebrarsi nella Chiesa di S. Lucia de' Ginnasi, dove esiste il nostro Altare di S. Ambrogio, in quella conformità, che stabiliranno li Presidenti superstiti, e Consoli, in arbitrio de' quali rimanga ancora la quantità delle spese da farsi in Cera, ed il fissare il giorno, in cui si dovrà fare il detto Funerale. Al detto Funerale poi dovranno intervenire in tempo della Messa Cantata, con preventivo intimo da farsi dal nostro Mandataro, li Presidenti, che saranno rimasti, ed i Consoli, Cammerlengo, e Revisori pro tempore, vestiti datti Consoli, e Cammerlengo con abbito nero da Città; Come ancora vi debbano intervenire tutti i Mercanti Madricolati vestiti propriamente, sotto pena a chi non interverrà di libre tre Cera di Venezia, da applicarsi per la Festa di S. Ambrogio, avuto che si sarà l' attestato del Mandataro, al quale si dovrà credere, purchè per altro non sia legittimamente impedito; Ed in tal caso si dovrà osservare, come si è disposto nel *Cap. IX.*

CAPITOLO XXI.

Del nuovo Presidente da eleggersi.

Accadendo la morte di qualcuno degli odierni Presidenti (che Iddio conservi lungamente per vantaggio del nostro Collegio), li tre Presidenti superstiti avranno la piena facoltà di eleggere in luogo del mancato, un' altro de' Cavalieri Romani, senza che a tale elezione debbano concorrere per conto veruno i Consoli pro tempore, o altri Uffiziali del nostro Collegio; E quello, che da detti tre Presidenti superstiti sarà eletto come sopra per il nuovo Presidente, dovrà essere publicato

dal nostro Mandataro per tutte le Botteghe della nostr' Arte, e lasciarne fede giurata per gli Atti del nostro Segretario. E dopo detta pubblicazione il nuovo Presidente debba come tale essere riconosciuto, e rispettato da tutto il nostro Collegio.

CAPITOLO XXII.

Della Festa di S. Ambrogio.

In ciascun Anno debbasi solennizare la Festa di S. Ambrogio, come si è praticato per lo passato; ed il Cammerlengo pro tempore dovrà invigilare, e soprintendere a detta Festa, con fare quelle spese, che crederà necessarie, sempre però colla intelligenza dei Presidenti, e Consoli pro tempore, per solennizarla colla dovuta proprietà, e divozione. E in detto giorno ciaschedun Mercante Madricolato, e li Consoli, Cammerlengo, e Revisori di quell' Anno siano tenuti intervenire almeno alla Messa Cantata, da celebrarsi nella Venerabile Chiesa di Santa Lucia de' Ginnasi, dov'esiste la nostra Cappella con ogni proprietà, e pulizia, et inquanto alli Consoli con un abbito da Città. Nè sia lecito per tutta detta giornata ad alcuno dei suddetti Mercanti, Consoli, Cammerlengo, e Revisori, tenere, sebbene per poco tempo, la Bottega aperta, lavorare, o spacciare le loro Mercanzie sotto pena in ciascun di detti casi, di tre libre di Cera di Venezia, che servirà per solennizzare la Festa dell'Anno venturo. E dovrà attendersi per prova inquanto all' aperizione della Bottega per l'effetto suddetto, la fede giurata di due testimonj, ed inquanto all' intervento non fatto alla Messa Cantata, la fede del nostro Mandataro. Ed in caso, che qualcuno restasse legittimamente impedito, si debba osservare, come si è disposto al *Cap. IV.*

CAPITOLO XXIII.

Della Tassa da pagarsi da ciascun Mercante.

Ad effetto di poter soccombere alle spese necessarie di detta Festa, ciascheduno della nostr' Arte, che sarà Madricolato, sia tenuto, secondo il consueto, ogni Anno nel giorno 2. di Febraro, pagare in mano del nostro Cammerlengo scudo uno moneta di dieci paoli per scudo; E ricusando qualcuno di pagare detta somma, qualunque Giudice competente, a richiesta del nostro Cammerlengo, debba concedere la Mano Regia per la somma dovuta senza veruna Citazione, dovendo essere sufficiente la intimazione per la esecuzione della medesima, e come meglio si disporrà nel *Cap. LXVII.*, circa la Esazione delle Tasse, e Pene.

CAPITOLO XXIV.

Delle Candele da dispensarsi nel giorno della Purificazione.

In ciascun Anno per li 2. di Febbrajo si debba a spese del nostro Collegio dare ad ognuno dei Presidenti una Candela di Cera bianca di libre tre; E ad ognuno de' Consoli, e Cammerlengo, Procuratore, Segretario, e Computista di una libra; Ed a ciascuno de' Mercanti, ch' esserciti la nostr' Arte attualmente, ed al Segretario, di Mezza libra. Li Consoli poi, e tutti gli altri Mercanti indistintamente nell'atto stesso di ricevere la candela, debbano pagare in mano del Cammerlengo lo scudo per ciascheduno, che si è disposto nel precedente Capitolo; E ricusando pagare, oltre il non potere più conseguire la candela, vengano astretti con Mano Regia al pagamento suddetto; Ed il Cammerlengo dovrà render conto ancora dello Scudo, che lui parimente dovrà pagare, come uno de' Mercanti.

CAPITOLO XXV.

Li. Mercanti di Lana possano fabbricare ogni sorte di roba, in cui entri la Lana.

Sia lecito alli Mercanti Madricolati della nostr' Arte comporre, fabbricare, e far fobbricare Panni mischi, fini, ordinarj, ancora col segreto, mezzani, Saja di ogni sorta, e qualità, Bajette, ed ogni altra sorta di roba, nella cui fabbrica v' entri la Lana, coll' obbligo però, che ciascun capo di roba sia di buona qualità nel suo respettivo genere.

CAPITOLO XXVI.

Delle Lane da non lavorarsi.

Perchè talvolta è accaduto, che alcuni della nostr' Arte si sono fatto lecito lavorare le lane vecchie, e spe-

cialmente quelle de'Matarazzi, le quali per lo più provengono dai Spedali, dove hanno dimorato persone infette di mali perniciosi, così riconoscendo, che mettendosi in opera nella fabbricazione de' Panni le Lane suddette, riescono non solo i detti Panni di cattiva perfezione, e di poca durata, ma ancora possono rendere pregiudizio alla salute di chi con tali Panni si veste, statuimo dunque, e ordiniamo, che in avvenire nessuno della nostr' Arte ardisca lavorare, nè far lavorare le dette Lane vecchie, e levate dai matarazzi di qualsivoglia sorta, e nettampoco le medesime ritenere nelle di loro botteghe, case, magazzeni, nè in qualsisia altro luogo; E ritrovandosi dette Lane tanto lavorate, che non lavorate, ed in qualsivoglia modo meschiate con altre Lane, che fossero di buona qualità, e perfezione, incorra quello, che le riterrà, o in qualunque modo le lavorerà, o farà lavorare, nella pena di scudi cinquanta: e possano li Consoli presenti, e pro tempore subitamente farle brugiare, ancorchè fossero interamente lavorate, e ridotte in pezza. E per venire alla esazione di detta pena, e fare tutto altro, che si è disposto, sarà sufficiente l'attestato, o perizia dei due Revisori; Ed in mancanza di essi, di due Consoli del nostro Collegio, alla perizia, e attestato dei quali si debba onninamente stare, e non reclamare, rimossa qualunque appellazione, e ricorso.

CAPITOLO XXVII.

Regolamento da osservarsi, e ripartimento da farsi della Mezzalana macellata in Roma.

Avendo la esperienza fatto conoscere, che la Mezzalana, o sia lana pelata *della Regola* di Roma, non sia sufficiente per l'intiero bisogno di tutti li Mercanti, e Botteghe della nostr' Arte, dal che ne è venuto l' Inconveniente, che alcuni Mercanti hanno avuto il pieno della quantità di detta Mezzalana macellata, che gli è potuta occorrere, ed alcuni altri ne sono rimasti privi affatto con gravissimo loro danno, e delle loro famiglie; nè è mancato ancora qualche Mercante, che si è fatto lecito di farsi provista di detta Mezzalana macellata per due anni per farne restar scarsezza, e a maggior prezzo; pertanto essendosi riconosciuto giusto e ragionevole, che tra gl' individui di uno stesso ceto, e Collegio, non si prattichi una sì grande, e pregiudiziale disuguaglianza, si statuisce, e ordina, che aderendo in questo all' obbligo sottoscritto da quasi tutti i Mercanti della nostr' Arte sotto il primo Marzo 1756, e prodotto per gli atti del nostro Notaro, e Segretario sotto il dì 17 Marzo di detto anno, che in avvenire debba inviolabilmente osservarsi quanto quì si determina, cioè: Che sia in libertà di ciascun Mercante di comprare quella quantità di Mezzalana macellata di Roma, che più gli parerà, e piacerà, e per quel prezzo, che in sua coscenza crederà giusto; dentro poi il Mese di Luglio di ciascun' anno il compratore sia obligato dare in iscritto negli atti del Segretario pro tempore del nostro Collegio, una nota giurata di tutta la quantità della Mezzalana suddetta, che avrà comprata, e del vero prezzo che l' avrà pagata, esprimendo se ne avrà avuta qualche quantità a titolo di regalo, donativo, e qualunque altro titolo e pretesto, senza pagamento; passato il Mese suddetto di Luglio, li Consoli pro tempore dovranno dividere tutta la suddetta Mezzalana con assegnare a ciascheduno de'Mercanti una porzione maggiore, o minore, secondo che crederanno, avuto però sempre considerazione alla diversità delle Botteghe più antiche, e maggiore, o minore loro bisogno, o consumo. Ciascun Mercante poi dovrà prendere la quantità della Mezzalana assegnatagli, oppure rinunziare ai Consoli quel di più che non gli faccia di bisogno, dentro il mese di Agosto, pagando contestualmente il denaro, ed intiero prezzo della medesima Mezzalana al Vaccinaro per la rata, che gli toccarà. E perchè può facilmente succedere, che nel tempo di detto riparto siano rimaste non comprate altre partite di detta Mezzalana; perciò si ordina, che chiunque Mercante comprarà le medesime, o ciascuna di esse, debba il giorno seguente al contratto assegnarla all' Uffizio, in tutto e per tutto come sopra, ed i Consoli ne faranno susseguentemente altro riparto particolare, osservando sempre quanto si è sopra disposto. Dentro poi il mese di Ottobre di ciascun' anno dovranno i Consoli prendere i prezzi diversi, per cui sara stata in tutto l' anno comprata detta Mezzalana, e ragguagliarsi egualmente, in maniera che a ciascun Mercante di Mezzalana sudetta assegnatale, resti allo stesso prezzo, con restituire il di più di detto prezzo ragguagliato a quel Mercante,

che l' avesse pagato nell' atto della consegna della sua rata, obbligando gli altri Mercanti, che in detta occasione avessero pagato meno del prezzo ragguagliato per la detta Mezzalana da loro ricevuta nel ripartimento, a rifondere quella rata porzione di denaro, che mancarà, per ragguagliare, ed arrivare al prezzo, che sarà fra di loro generalmente fissato, e stabilito, contro de' quali per la esazione si procederà *Manu Regia*, e *more Camerali*. Credendosi poi, qualche Mercante gravato dal riparto, come sopra fatto dai Consoli, non potrà ricorrere se non alli Presidenti stragiudizialmente, e quello che dalla magior parte di detti Presidenti si risolverà, dovrà osservarsi inviolabilmente ancorchè fosse revocatorio, o moderatorio del riparto fatto dalli Consoli, senza che veruno possa sopra di ciò andare avanti qualsivoglia Giudice Ordinario per motivo di riduzione, *arbitrio boni viri*, appellazione, ricorso o qualsivoglia altro pretesto. Ed acciocchè si possa con maggiore facilità eseguire quanto si è qui stabilito, e si levi la occasione alle fraudi, si ordina la inviolabile osservanza del solito circa l' imballare, e portar via la detta Mezzalana, cioè che ciò non si faccia prima del mese di Agosto. Succedendo però, che qualche Mercante abbia bisogno di portare in sua bottega qualche quantità di detta Mezzalana prima di detto tempo per potere intanto venire lavorando, debba ricorrere ai Consoli, in arbitrio de quali sarà il dare la licenza di caricare ancora prima del Mese di Agosto quella quantità di Mezzalana, che crederanno necessaria, purchè sia sotto la quantità, che a quel tal Mercante sia toccata, o possa probabilmente toccare nel riparto generale fatto, o da farsi, e coll' obbligo al Mercante del pagamento del prezzo come sopra. In caso poi di replicata contravensione a quanto si è disposto nel presente Capitolo, o a qualunque parte, benchè menoma del medesimo, il contraveniente sarà tenuto, oltre alla osservanza, alla pena di scudi cinquanta.

CAPITOLO XXVIII.

Della fede da prestarsi ai libri del Negozio dell' Arte per i denari dati a Lavoranti.

Siccome colla esperienza si è riconosciuto, che i Lavoranti Tessitori, Orditori, Conciatori, ed altri, che in qualsivoglia modo lavorano la Lana, per le loro indigenze, ricercano, e ottengono continuamente denari in prestito dai Mercanti della nostr' Arte, e perchè a simili impresititi non si trovano presenti testimonj, ed il ricevitore regolarmente non sa scrivere; si dispone, che sino alla somma di paoli quindici dati come sopra in prestito a qualcuno della nostr' Arte, s'intenda il medesimo prestito sufficientemente provato anche in Giudizio, e coll' attestato di un solo testimonio, e colle partite del libro del Mercante creditore, sebbene non tenuto legalmente, aggiuntovi il giuramento dello stesso Mercante sopra la verità, e sussistenza di tal suo credito. Ed il simile si osservi, e proceda rispetto ai crediti, che i Mercanti della nostr'Arte fanno ai Tintori, Valcatori, Cimatori, e Soppresciatori.

CAPITOLO XXIX.

Che li stigli, ed ordegni dell' Arte della Lana non possano esecutarsi, nè confiscarsi, a tenore del Chirografo di Clemente IX.

Dovendosi procurare di conservare, e mantenere perpetuamente i privilegj conceduti al nostro Collegio dai Sommi Pontefici, ed in ispecie quello di far restare esenti tutti li nostri stigli, e ordegni dalle esecuzioni, e confiscazioni conforme in questa parte si dispone nel Chirografo della San. Mem. di Clemente IX segnato li 4 Aprile 1669, così inerendo al detto Chirografo, si statuisce ed ordina, che chiascheduno dell' Arte debba procurare, che non si faccia esecuzione alcuna sopra li stigli, mobili, e ordegni concernenti l'esercizio dell' Arte, nè sopra le Lane, che si troveranno sopra li telari, ed in altri ordegni dell' Arte, per qualsisiano debiti, purchè non siano contratti per causa dell' Arte, nè li medemi possano essere confiscati, nè cadano sotto la confiscazione per qualsivoglia delitto anche atrocissimo, a tenore di detto Chirografo.

CAPITOLO XXX.

Prelazione competente ai Mercanti della Lana a tenore del Chirografo di Clemente XI.

Succedendo, che un Mercante della nostr' Arte abbia venduti Panni, o altra roba, appartenente alla medesi-

ma, senza esser stato soddisfatto del prezzo, ancorchè abbia avuto fede del medesimo prezzo, tanto in concorso universale, che particolare, sia preferito sulla stessa sua roba a qualunque creditore del compratore, anche per privilegio, sebbene per causa di dote anteriore, istromentario, poziore, ed in qualsivoglia modo privilegiato, inserto *in corpore Juris*, e che richiedesse speciale, e individua menzione, e derogazione; come altresì la stessa prelazione competa a chi avrà impiegati danari, o altro, nelle materie della nostr' Arte sopra a quelle robe, o materie, nelle quali proverà esser stato impiegato il suo danaro, o altro, come si dispone nel Chirografo della San. mem. di Clemente IX. segnato come sopra.

CAPITOLO XXXI

Come si debba procedere nell'ammettere nuovi Mercanti, e Madricole da spedirsi

Inoltre chiunque vorrà ottenere la Madricola di Mercante della nostr'Arte, compiuti che avrà Anni venti, dovrà soggettarsi all'esame per mostrare con esso di avere capacità sufficiente a bene esercitare l'Arte, che vuole intraprendere, ed a tal effetto sarà tenuto di fare inteso uno de'Consoli *pro tempore* il quale sarà obligato partecipare agli altri Consoli, Camerlengo, ed alli Revisori, e stabilire con Essi il giorno, ed ora precisa, come ancora la Bottega di uno di essi Consoli, in cui si abbia da fare l'esame. Fissato dunque, e fatto sapere al concorrente il luogo, giorno, ed ora precisa per detto esame, dovranno unirsi nella Bottega, e tempo stabitito, i Consoli, Revisori, e Camerlengo *pro tempore*, che porteranno seco il Segretario del nostro Collegio, e ciascuno di essi Consoli, Camerlengo, e Revisori, riconosciuto che avranno, che la persona dovrà esaminarsi abbia compiuta l'età di anni venti, debba fare uno, o più quesiti all' esaminando, oppure fargli fare una prova riguardante la nostra professione, ed arte, ad arbitrio degli Esaminatori. Il detto Segretario dovrà porre *in scriptis* tanto il quesito, che la risposta dell'esaminando, e trattandosi di prova, il medesimo Segretario sarà tenuto di scrivere il parere, che ciascuno degli Esaminatori dovrà segretamente dare, mediante il suo giuramento, sopra detta prova, cioè se sia stata fatta, o nò secondo porta l' Arte. Successivamente si dovranno sottoporre agl'occhi dei Presidenti tanto i quesiti, e risposte, quanto le prove fatte, e pareri su di esse dagli Esaminatori presi. Li quali Presidenti riconosciuto che avranno essersi l' esaminando portato bene nell' esame, e nella operazione fatta, e che abbia i requisiti come sopra ricercati, e che sia stato approvato dalli Consoli, Camerlengo, e Revisori, debbano dare gli ordini opportuni, acciò si spedisca la Madricola. Ed in caso che riconoscano al contrario, dovranno negargli la detta Madricola senza che l'esaminato possa pretendere di esser gravato, e ricorrere, sotto qualsivoglia Giudice ordinario per avere la Madricola come sopra negatagli dalli Presidenti. E per detta Madricola come sopra da spedirsi, dovrà pagarsi dall' approvato Scudi dieci, secondo il solito, a benefizio del nostro Collegio per una sol volta. E detta Madricola dovrà registrarsi per gli atti del nostro Notaro, e Segretario, ad affetto che in caso se gli dovesse conferire qualche uffizio, si possa rincontrare, e regolare il tempo, che avrà ottenuta la Madricola, ed esercitata la nostr'Arte, per cui possa esser valida la elezione da farsi, conforme si è disposto *nel Cap. II. III., e IV.* Come ancora sarà obligato prendere un' esemplare del presente Statuto, acciò possa essere informato, e non allegarne ignoranza con sborsare in mano del Camerlengo *pro tempore*, quella rata di danaro, che si fisserà dai Presidenti, Consoli, e Camerlengo per ciascuno esemplare, affine di reintegrare il nostro Collegio della spesa che avrà fatta per la stampa del medesimo. Ed altresì obbligarsi, e rispettivamente giurare per gli Atti del nostro Notaro, e Segretario di osservare li presenti Statuti, e fare tutto altro, che sarà necessario, ed opportuno.

CAPITOLO XXXII.

Del Giuramento da prestarsi dai nuovi Mercanti

Quelli che saranno come sopra ammessi legittimamente a potere esercitare la nostr' Arte, nell'atto di ricevere l'approvazione, e Madricola siano tenuti, e obligati giurare in iscritto in mano del Segretario del nostro Collegio di esercitare la nostr' Arte senz' alcuna frode, ed inganno, e di osser-

vare fedelmente quanto si dispone nei presenti Statuti, sotto le pene in essi contenute, e quanto li Presidenti, Consoli, e Camerlengo avranno stabilito, e determinato, o in avvenire stabiliranno, o determineranno, in cose appartenenti alla nostr' Arte; altrimente ricusando di prestare un tale giuramento, non debba darglisi la Madricola.

CAPITOLO XXXIII.

Che non si conceda la Madricola a chi ritiene Bottega aperta di altr' Arte diversa.

Per impedire le frandi, che potranno commettersi, e collusioni, che potranno recarsi alla nostr'Arte da quei, che avranno la Madricola del nostro Collegio, e riterranno altra Bottega aperta di esercizio diverso, si statuisce, e ordina, che in avvenire non si debba concedere la Madricola a persone, che riterranno Bottega aperta, e saranno aggregati ad altre Università, Collegj, ed aggregazioni di altr'Arte, ed esercizio diverso, se prima non si saranno fatti cassare, e non avranno restituite le Madricole, e Patenti a quelle Università, Collegj, ed Aggregazioni, dove si ritroveranno aggregati, e che ne continueranno lo attuale esercizio diverso, ed esibito per gli atti del nostro Notaro, e Segretario, il documento autentico della cancellazione, rinunzia, e restituzione di altra Madricola, o Patente, altrimente ammettendosi simili persone, siano nullamente ammesse; E subito, che si sarà venuto in cognizione, che tali persone ritengano altre Patenti, o Madricole, con cui possano aprire, oppure abbiano aperta Bottega di altr'Arte diversa, siano forzati, anche con gravatoria, a riportare la Madricola del nostro Collegio, e serrare la Bottega, che avranno aperta della nostr' Arte, ancorchè si esercitasse in una Bottega istessa.

CAPITOLO XXXIV.

Che non s' ammettano persone infami.

Non debba essere ammesso di nuovo ad esercitare la nostr'Arte persona di mala fama, o che abbia esercitata professione infame, e che sia stato inquisito, e moltopiù condannato per delitto, che arrechi infamia, ancorchè ne fosse stato assoluto dal Principe; Ed in caso che in avvenire succedesse, che si spedissero le Madricole a simili persone, senza essergli prima penetrata l'infamia, o il delitto, si statuisce, e ordina, che subito si sarà venuto in cognizione di tali pregiudizj, tali persone debano essere cassate dall' Arte, e costrette a riportare la Madricola sotto pena della gravatoria di scudi tre il giorno da rilasciarsi da qualunque Giudice, giustificata che si sarà l'infamia, o delitto, *et unico contextu* debano essere astrette serrare la Bottega se l'avassero aperta colla pena della stessa gravatoria.

CAPITOLO XXXV.

Che non si debano spedire Madricole a Donne

Siccome le Donne sono incapaci a sopportare li pesi annessi alla nostr'Arte, così si proibisce, che in avvenire non si debano spedire Madricole in faccia delle Donne, ancorchè fossero Figlie de'Mercanti della nostr'Arte, permettendosi solamente, che debano al presente continuare quelle che attualmente hanno la bottega aperta altrimente qualunque Madricola, che si spedirà alle medesime, sia nulla, e di niuna forza, e vigore, come se spedita, e conceduta non fosse, ed in caso che ottenuta la Madricola venissero ad aprire in appresso la Bottega, vengano costrette anche con gravatoria a serrarle.

CAPITOLO XXXVI.

Come si debba procedere nelle Botteghe delle Vedove, e Figlie Femmine dei Mercanti defonti

In caso, che succedesse la morte di qualche Mercante, che venisse a lasciare la Moglie, e Figlie femmine senza maschi, statuimo, e ordiniamo, che possano, e debbano i Presidenti, Consoli, e Camerlengo scegliere una persona esperta, e capace della nostr'Arte, e colla direzione di tal persona far prosaguire l' esercizio di tali Botteghe; maritate poi, o monacate che si saranno le detta Figlie femmine, e che non abitino più con la loro Madre vedova, o altra Sorella zitella, e la vedova, passata che sarà alle seconde nozze, e che non abbia piu con se Figlie zitelle, non si possa continuare nelle Botteghe ereditarie de'Padri, o

mariti l'Arte della Lana, ne tanpoco colla direzione sudetta, se non avranno ottenuta dentro il termioe di sei mesi, dopo contratto il Matrimonio, la nuova Madricola in faccia dei loro Mariti, da esaminarsi, ed approvarsi con tutti quei requisiti, che si richiedono in tutte le altre persone estranee, che vogliono essere ammesse nel nostro Collegio; E tali Botteghe dopo detto tempo restino serrate, ed inesercibili per la nostr'Arte, e il Direttore debba partire sotto pena di scudi tre il giorno; E nella stessa pena dovranno incorrere le Donne fintantochè avranno serrata la Bottega. In caso poi che vi fossero Figli Maschi, e che questi fossero ancora Pupilli in tempo del Maritaggio della Madre, e di tutte le Sorelle, il Direttore debba tuttavia continuare, sinchè il maggiore di detti Pnpilli sarà pervenuto alla età di anni diciotto, come si dirà in appresso, nè sia soggetta la bottega ad essere serrata.

CAPITOLO XXXVII.

Come si debba procedere nelle Botteghe de' Figli Maschi dei Mercanti defonti

Si dovrà parimente dai Presidenti, Consoli, e Camerlengo, mettere un Direttore esperto, e capace in quelle Botteghe, dove dal Mercante defonto saranno stati lasciati Figliuoli Maschi in età pupillare, e incapaci ad esercitare l'Arte della Lana: con che però pervenuto, che sarà il Figliuolo Maggiore alla età di anni diciotto, sia in libertà del medesimo rimovere dalla Bottega il Direttore, che gli sarà stato come sopra assegnato, e destioato, e continuare da per se, colla stessa Madricola del Padre defonto l'Arte suddetta: ed in mancanza del maggiore primogenito possa continuare il minore secondogeoito, con quest'ordine dovrà continuare. Se saranno più fratelli, il maggiore de' medesimi, talmente che nel maggiore di essi debba sempre restar ferma la Madricola del Padre, e con detta Madricola possa in ogni tempo aprire la Bottega della nostr'Arte, ancorchè fosse stata aotecedentemente, e dopo la morte del Padre, serrata, (purchè la chiusura della medesima non fosse seguita per contraveozioni commesse, e secondo le disposizioni del presente Statuto). In caso poi che gli altri Fratelli volessero parimente esercitare l'Arte della Lana, questi dovranno conseguire la Madricola del nostro Collegio, quale gli si dovrà concedere senza Esame, come li dirà in appresso, altrimenti dividendosi dal Fratello maggiore, ed esercitaodo l'Arte seoz' avere ottenuta la Madricola, debbano essere costretti a chiudere la Bottega anche colla gravatoria, e soggiacciano a tutte quelle pene comminate contro coloro, che eserciteranno l'Arte senza Madricola.

CAPITOLO XXXVIII.

Delle Madricole da concedersi a' Figli de' Mercanti.

Qualunque Figlio di Mercante madricolato, maggiore, o minore che sia, il quale abbia lavorato nella nostr' Arte sotto la direzione del Padre, separandosi dal medesimo suo Padre, in tempo che il medesimo viverà, e volendo aprire una bottega della nostr' Arte, non possa farlo senza ottenere precedentemente la solita Madricola, la quale però debba accordarglisi senza esame veruno, e col solo pagamento di scudi dieci: e sia ancora il medesimo obbligato prendere un essemplare del presente Statuto, e pagare la sua rata porzione di danaro, che verrà fissata da' Presidenti, Consoli, e Cammerlengo come sopra, per reintegrare il nostro Collegio delle spese, che occorreranno per la stampa del presente Statuto, e giurara di osservare il medesimo, e tutt' altro, come si è disposto nel Capitolo XXXII. Se poi sarà seguita la morte del Padre, il Figlio maggiore solamente potrà esercitare l'Arte della Lana, come si è detto di sopra, colla stessa Madricola del Padre: e dovrà solamente giurare di osservare il presente Statuto, e tutte le Risoluzioni, che si son prese, e si prenderanno, senza che sia tenuto a spedire altra Madricola; nè prendere, nè pagare la sua rata porzione di danaro per lo esemplare del presente Statuto.

Digitized by Google

CAPITOLO XXXIX.

Che non siano soggetti alla Università de' Lavoranti, nè al pagamento della tassa di detta Università, li Figli, e Fratelli de' Mercanti, che lavorano nelle Botteghe de' Padri, e Fratelli.

Per ovviare quelle dispute, che si sono intese sussurrare, e per ogni buon fine, si dichiara, che i Figli de'Mercanti Madricolati, i quali lavorono nella bottega ritenuta dal loro Padre, o da più Fratelli, che *pro indiviso* tirano avanti la Bottega lasciata dal Padre, ancorchè la Madricola sia in faccia di uno di loro solamente, non potranno, nè dovranno considerarsi come Lavoranti a veruno effetto, e specialmente a quello di contribuire per qualsivoglia titolo alcuna somma alla Università de'Lavoranti medesimi: bensì dovranno considerarsi come lavoranti, ogni qualvolta i Figli lavorino in altra Bottega diversa da quella de' rispettivi loro Padri, e dei Fratelli, che vivano frà loro divisamente, o lavorino in una stessa Bottega diversa da quella del Padre, e debbano in tal caso pagare la tassa, o siano utensili soliti alla Università de' Lavoranti.

CAPITOLO XL.

Che nessuno possa fare cosa appartenente all' Arte della Lana se non sarà Madricolato.

Niuna persona di qualunque Professione si sia, possa in avvenire esercitare la nostr' Arte, o fabbricare qualsisia roba appartenente alla medesima nostr'Arte, per venderla, o in qualsivoglia modo contrattarla se non avrà ottenuta la Madricola del nostro Collegio, sotto pena di scudi cinquanta, e perdita della roba, quale si dovrà fare subastare, e deliberare nella Depositarià Urbana, ed il prezzo debba andare in benefizio della Cappella di S. Ambrogio, e Festa di detto Santo.

CAPITOLO XLI.

Chi non ha la Madricola non possa ritenere Cardi di ferro.

In avvenire niun Conciatore, Rovesciatore, Tintore, Soppresciatore, Cardatore, e qualunque altro della nostra Arte, (eccettuatone solamente i Mercanti Madricolati) ardisca publicamente, o segretamente avere, o in qualsivoglia modo ritenere, Cardi di ferro, cioè Scardazzi, Cardi di ammorrare, e da imprimare la Lana, e qualsivoglia altra sorta di Cardi di ferro, nelle loro botteghe, valche, case, ed in qualunque altro luogo sotto la pena della perdita di detti Cardi, il quali ritrovati che si saranno come sopra alla presenza di due testimonj, che deporanno della esistenza de'medesimi, sia lecito a ciascun Console pro tempore di far trasportare in Depositaria Urbana, ed in essa farli subastare, e deliberare coll' applicarne il ritratto alla Cappella, e Festa di S. Ambrogio. Ed inoltre i Contraventori siano multati colla pena pecuniaria di scudi dieci di oro per ciascuna volta, e per ciascun cardo della qual pena pecuniaria, la terza parte se ne darà all' accusatore, e il resto si applicarà come sopra.

CAPITOLO XLII.

Che non si possano imprestare stromenti a chi non sia dell' Arte.

Sia proibito a ciascun Mercante, ed a chiunque altro della nostra Arte, l' imprestare ordegni, e stromenti di qualsivoglia sorta, riguardanti la stessa Arte, ad altre persone, che non siano della medesima, anche sotto pretesto di averli consegnati per fare i lavori per servizio delle stesse botteghe, sotto pena per ciascuna volta di scudi dieci, da giustificarsi coll' attestato di due testimonj, che depongano aver veduto fare l' imprestito, o consegna.

CAPITOLO XXXXIII.

Che non si possa prestare dai Mercanti a Nessuno.

Non sia lecito a verun Mercante di prestare il suo nome, o merco ad alcuna persona, con permettergli sotto il suo nome, o merco di fabbricare, valcare, e tingere alcuna sorta di panni di calzette, e qualsivoglia altra roba, spettante alla nostra Arte: altrimente facendo, il Mercante sia penato col pagamento di scudi venticinque per ciascuna volta, giustificata che si sarà la detta contravenzione.

CAPITOLO XLIV.

Che non si possa ritenere più di un Spaccio.

Niun Mercante, anche sotto nome finto di altra persona, possa tenere in Roma più di una Bottega aperta per vendere, filare, e contrattare i suoi Panni, o altre mercanzie ad uso della nostr'Arte; e chi contraverrà, sia costretto serrare quella Bottega, che avrà aperta dopo la prima, e per prova di ritenere più di un spaccio, si dovrà credere sufficiente il solo attestato giurato di due Consoli *pro tempore*, i quali depongano della retenzione di due, o più Botteghe; ed inoltre il contraventore sia tenuto alla pena di scudi cinquanta a favore del nostro Collegio da esigersi colla stessa Mano Regia; si avverte però, che s' intende per il presente Capitolo proibita la ritenzione di più Botteghe, e luoghi, nei quali si faccia, e prattichi lo spaccio attuale, e non di quelli, dove si facciano solamente lavori da spacciarsi poi in una sola Bottega, e luogo. E ciò ad effetto di togliere ogni sospetto di frode, ed altresì perchè non siano gravati li Mercenarj lavoranti, e Filatrici per portarsi da una all' altra Bottega per lavorare, a prendere i lavori, col perdere il tempo senza mercede.

CAPITOLO XLV.

Che non si possa crescere il prezzo delle Case, Botteghe, e Posti.

Per ovviare alle competenze tra Mercanti, e togliere l' occasione alle vendette trasversali, e indirette per causa delle Case, Botteghe, e Posti della nostr' Arte, che hanno maggior spaccio, si statuisce, e ordina, che niun Mercante della nostra Arte possa, e debba, o per se, o per mezzo di altri, accrescere il prezzo, o sia pigione, alle Case annesse alle Botteghe istesse, e posti, dove stia attualmente un altro Mercante, e che eserciti in essi la nostra Arte. E volendo i Padroni di Case, e Botteghe, tenute da Mercanti della nostra Arte, incarirle per il tempo avvenire, nè volendo il Mercante inquilino starvi per il crescimento di pigione, e quel tale Mercante partendosi, nessuno della nostra Arte ardisca pigliarle per servirsene per tale esercizio, sotto la pena di scudi trenta, oltre il doversi far chiudere la Bottega.

CAPITOLO XLVI.

Le Bilance, Stadere, e Misure debbano essere giuste.

Ciascun Mercante debba tenere nella sua Bottega, o Case tutte le Bilancie, o siano Stadere, e Misure giuste, in maniera chè corrispondano perfettamente alla Bilancia, e Misura comune di Roma. E perciò sia lecito ai Consoli, e Camerlengo, ottenutone prima il beneplacito dal primo Presidente, visitare, coll'intervento de' Revisori, e nostro Notaro, e Segretario, ogni volta chè gli piacerà, o parerà, le Botteghe, e Case, nelle quali si eserciti la nostra Arte; E non trovando le dette Bilance, o Misure giuste, ed esatte, come sopra, dovranno ricorrere al Giudice ordinario competente, il quale in vigore dell' attestato giurato di due Revisori pro tempore sopra la sussistenza del detto mancamento, dovrà rilasciare contro il delinquente senza veruna citazione, o intimazione, la Mano Regia per scudi dieci di pena, oltre l' obligarlo ad accomodare subito le dette Bilance, e Misure.

CAPITOLO XLVII.

Che non si possano ricevere Lavoranti debitori, partiti dalle Botteghe di altri Mercanti.

Niun Lavorante della nostr' Arte, che sia rimasto debitore di qualche Mercante sotto la somma di Scudo uno e bajocchi cinquanta, debba esser ricevuto a lavorare da altro Mercante della nostra Arte, se non avrà precedentemente soddisfatto al suo debito. Perciò si statuisce, e ordina, che quante volte i Lavoranti partiti da una Bottega si porteranno a lavorare in un altra, e non avranno soddisfatto il debito sotto la suddetta somma, possa il Mercante creditore interpellare il Mercante, che lo avrà ricevuto, avanti qualsivoglia Giudice, per gli atti del nostro Notaro, e Segretario, per il pagamento della somma dovuta, con provare il suo credito coll' attestato di un solo testimonio, oppure colla partita del libro, coadjuvata col giuramento sopra la quantità, o sussistenza, quante volte detto libro non sia tenuto legalmente, e dentro tre giorni dopo tale interpellazione, sia tenuto il Mercante interpellato pagare detto debito, da rivalersene contro il Lavorante, o Lavoranti, oppure mandar

via il debitore, o debitori dalla sua Bottega; altrimente il Mercante interpellato, e che li riterrà nella sua Bottega, in tal caso, passato detto tempo, e non avendo sodisfatto il debito, sia tenuto il Mercante a pagare del proprio, per il quale senz' altra citazione possa lo stesso Giudice rilasciare il mandato esecutivo, e non sia inteso in giudizio, se prima non avrà fatto il deposito.

CAPITOLO XLVIII.

Che non possano ritenersi, nè dare il lavoro alli Lavoranti, che abbiano commesso furto.

Per magiormente tenere lontani i Lavoranti della nostr' Arte dal rubare, ed appropriarsi la roba de' Mercanti nelle Botteghe, nelle quali lavorano, si determina, che niun Mercante possa ritenere, nè dare a lavorare nella sua Bottega al Lavorante, il quale costi coll' attestato giurato della persona derubata, munita almeno colla deposizione di un testimonio, aver commesso qualche furto, sebbene piccolo, in danno di qualche altro Mercante, ancor che ne fosse stato, rispetto alla pena, assoluto dal Principe. E quel Mercante, che avvisato di ciò con interpellazione giudiziale seguiterà il giorno dopo a dare a lavorare a detto Lavorante, soggiaccia alla pena di scudi venti di oro, e ad effetto di venire alla esecuzione di detta pena, basterà ripetere la interpellazione antecedente, e giustificare la continuazione susseguente, coll' attestato di un solo testimonio.

CAPITOLO XLIX.

Che nessuno dell' Arte possa comprare lana filata se non dai Mercanti.

Per evitare in avvenire, che niun Lavorante, Filatrice, o Tessitriee possano rubare, o in altra maniera occulture le lane filate, sbattute, o tagliate a quei Mercanti, co' quali staranno a lavorare, o riceveranno lavori di lana, si statuisce, e ordina che nessun Mercante della nostr' Arte possa comprare, nè ricevere in pegno, anche con pretesto di essere creditore, le lane sudette da simili persone, nè da altri, che non avranno Madricola del nostro Collegio, e non terranno la Bottega aperta dell' Arte della lana, sotto la pena di scudi venticinque, in caso di contravenzione, la quale resterà concludentemente provata coll' attestato giurato di due testimonj, che depongano della compra di detta lana da persone sudette, e non Madricolate, o che pure non avranno la Bottega aperta della nostra Arte. Accadendo poi, che una stessa persona ricada la seconda volta in questo mancamento, oltre la detta pena sia casso, e raso dalla nostr' Arte, nè possa più quella esercitare in qualunque maniera sotto qualsivoglia pretesto di emenda, o altra scusa. Ed in caso che li nostri Presidenti volessero per loro somma bontà reintegrarlo nell'esercizio della nostr' Arte, oltre la pena suddetta, debba pagare altri scudi dieci, come se nuovamente volesse essere ammesso.

CAPITOLO L.

Che non si possano comprare dai Tessitori Pedane, Filacce, nè fabbricare Panno delle medesime

Similmente per evitare, che non si fabbrichino in avvenire Panni di pedane, sfilacci, o filacce, nè si vendano Panni di dette robe, si statuisce, e ordina, che niun Mercante, Artefice, o qualsivoglia altra persona, che eserciti l' Arte della lana, possa comprare da'Tessitori, o Tessitrici simili specie di robe, nè Panni fabricati delle medesime. E niun Tessitore, o Tessitrice, e netanpoco li Mercanti stessi possano fare, nè far fare Panni di veruna, benchè menoma quantità, ove siano meschiate dette pedane, sfilacci, o filacce, ed in ciascuno di detti casi il contraventore dovrà soccombere al pagamento della pena di scudi dieci, oltre la perdita del Panno, se si troverà fabricato di dette robe, che si dovrà vendere in Depositaria Urbana, ed applicarne il ritratto a favore della Cappella, e Festa di S. Ambrogio. E per prova di tale contravenzione, cioè in quanto alla compra di dette robe, e del Panno fabricato dalle medesime, sarà sufficiente l' attestato di un sol testimonio da esaminarsi per gli atti del nostro Notaro, e Segretario, che deponga essersi ritrovato presente alla compra, o vendita delle medesime. In quanto poi alla fabbricazione de'Panni fatti con dette robe, si crederà all'attestato dei Revisori, che depongano della fabrica di simili Panni. E se si trovasse qualche Panno della detta qualità in casa di qualche

Digitized by Google

Mercante Madricolato, debba stimarsi per fatto da lui, e soggiaccia nella stessa pena, e perdita del panno come sopra, ed incorrendosi nella stessa contravenzione per la seconda volta, in quanto alli Mercanti della nostr'Arte debba procedersi come nel Capitolo antecedente, ed in quanto ai Tessitori, e Tessitrici, non se gli debba più dare lavoro, dovendosi a tal' effetto inibire a tutti i Mercanti che non diano più lavoro a quel Tessitore, o Tessitrice, cha avranno contravenuto per la seconda volta come sopra: Eseguita detta inibizione, quel Mercante, che proseguirà a dargli il lavoro, debba incorrere ciascuna volta nella pena di scudi dieci.

CAPITOLO LI.

Che non si possano, ricevere, nè dare in pegno robe dell' Arte.

Non sia lecito ad alcun Lavorante, o altro della nostr'Arte ricevere in pegno dai Mercanti, nè li Mercanti dai Lavoranti di qualsivoglia sorta di Lane, panni, o altre robe, che risguardano l'arte della lana, ancorchè fosse creditore di qualche somma per i lavori fatti, e per qualsivoglia altra causa: altrimenti facendo, sia tenuto alla perdita delle robe senza veruna eccezione, e non ostante che sia ancora creditore, ed inoltre soggiaccia alla pena di scudi dieci, e nella stessa pena incorra il Mercante, che avrà date, e ricevute in pegno le dette robe, da giustificarsi coll'attestato giurato da due persone, che depongono della contravenzione al disposto in questo Capitolo.

CAPITOLO LII.

Che non si possano trattenere in Bottega le Donne, che riportono i lavori.

Niun Mercante quando vanno da lui le Donne, o a prendere da lavorare, o riportare i lavori, già fatti, o per qualunque altro titolo, possano far fare da dette Donne *gratis* altro che spiluccare, rinacciare, e sburrare le Coperte, e Panni, e capare le lane sporche, quando ci fossero; e ciò per un ora solamente, e non più, altrimenti provandosi coll'attestato giurato di due testimonj, che una Donna sia stata impiegata dal Mercante in lavori diversi dalli sopra descritti, oppure trattenuta in essi più d'un ora, sia tenuto il medesimo Mercante alla pena d'uno scudo per ciascuna volta.

CAPITOLO LIII.

Regole da osservarsi dai Tessitori

Niun Tessitore, o Tessitrice possa levare, e far levare dalle Tele, o Pezze, o Stametto alli medemi dati per tessere, qualche posta, o sia portata, o filiuola, senza licenza del Padrone; E similmente non possa mettere, e far mettere nelle stesse Pezze qualche posta, o poste, o portate, ovvero fili doppj nel pettine, oltre otto fili per ogni banda; altrimenti facendo, oltre l'obbligo di restituire al Padrone della Tela quelle poste, portate, o fili, che avranno levati, sia tenuto alla pena di scudi quattro d'oro. E ricadendo per la seconda volta nello stesso mancamento, oltre la detta pena da esiggersi nuovamente, sia inabilitato a più esercitare la suddetta professione.

CAPITOLO LIV.

Li Tessitori non possano ritenere nello stesso tempo di più di due Pezze, o una Tela.

Accadendo continuamente, che li Tessitori, o Tessitrici prendano dai Mercanti dell' Arte della Lana danaro a conto de' lavori da farsi, sotto la promessa di farli subito, ma poi in grave danno, e pregiudizio di detti Mercanti, e loro negozj prolunghino, e diferiscano i lavori contro la propria promessa, ed obligo; perciò s' ordina, e statuisce, che non possano i Tessitori, o Tessitrici tenere nella propria casa, o altrove, nello stesso tempo più di due pezze, o una Tela per qualsivoglia telaro, nel quale lavorassero, nè possano ricevere dai Mercanti della nostr'Arte, altri lavori da tessere oltre le sudette due pezze, o tela. Terminata poi di tessere la pezza del Panno, debbano riportarla al Padrone quello stesso giorno, in cui la tagliano dal Telaro, assieme colla trama, le pedane, ed altro che sarà rimasto; Ed in caso di contravenzione al disposto nel presente Capitolo, ed a ciascuna parte di esso, sia il contraventore multato col pagamento di scudi quattro d'oro per qualunque volta coll'attestato giurato di due testimonj.

CAPITOLO LV.

Li Valcatori, ed altri debbano fare lavori ad uso di Arte.

Tutti li Valcatori, Cimatori, Sopresciatori, Tintori, e Tessitori, e tutti gli altri Lavoranti della nostra Arte, debbano, e siano tenuti diligentemente, e fedelmente accomodare, Panni, valcarli, tesserli, tingerli, ordirli, cimarli, e soppresciarli, ad uso di buoni Valcatori, Tessitori, Tintori Cimatori, e Soppresciatori. E se qualcuno dei medesimi facesse danno in qualche pezza di panno nel tingerla, valcarla, tesserla, ordirla, cimarla, o sopresciarla, nei quali casi ciascuno di essi, oltre l'esser tenuti alla pena di scudi dieci per ciascheduna volta, si dovrà ancora da qualunque Giudice, liquidato che sarà il danno colla perizia da farsi dai Revisori del nostro Collegio, rilasciare la Mano Regia ancora per la emenda del danno, senza che si possa riclamare da detta Perizia, e senza verun' altra appellazione, e ricorso.

CAPITOLO LVI.

Dei Lavoranti dell' Arte, che vorranno far Panno per uso proprio.

Per ovviare alle fraudi, che potrebbero facilmente commettersi, si dispone, che qualche lavorante di un Mercante della nostr' Arte volesse far fare qualche pezza di Panno per uso proprio, e di sua famiglia, debba domandare licenza ai Consoli, e Camerlengo pro tempore, i quali dovranno accordarla subito, e senza verun pagamento *in scriptis*, riconosciuto che avranno, che detto Panno si faccia veramente per uso proprio, e non per venderlo, e dovranno ancora bollare la detta pezza per indennità degli altri lavoranti, con esprimere nel bollettino lo stesso bollo, e purchè la lana da impiegare nel fare detta pezza, o pezzo, sia stata lavorata da qualche Mercante Madricolato della nostr' Arte; altrimente facendosi le dette Pezze senza licenza come sopra, possano queste levarsi, e togliersi dai Consoli coll' intervento di due testimonj, che depongano del lavoro, o invenimento delle medesime e farle subastare, e deliberare, ed il prezzo asigersi dal Camerlengo del nostro Collegio, ed erogarsi, come si è disposto nei Capitoli antecedenti.

CAPITOLO LVII.

Prezzi, e Tasse dei lavori, e loro osservanza.

Affinchè non possa defraudarsi a nessun lavorante la mercede, che gli è dovuta, ed ogni lavorante sappia di quanto vada creditore del Mercante per il suo rispettivo lavoro, si stabilisce, e si pone la seguente Tariffa, da osservarsi inviolabilmente da tutti.

Per Lane pelate, allo Scardazzatore un quattrino per libra di qualsivoglia lana per ogni volta.

All' Ammorratore per Trama di Coperte, Retorcio, Ordimento ordinario, e Trama di Panni Romaneschi due quattrini per libra ogni volta.

All' Imprimatore per dette robe, quattro quattrini per libra.

Per Ammorrare lane fine, cioè Ordimento fino, Trama fina, Lana di celzette, e stamigna, tre quattrini per libra.

Per imprimere dette robe, cioè Ordimento fino, otto quattrini per libra.

La Trama fina, e la Lana di calzette, sei quattrini per libra, e la Stamigna due bajocchi per libra.

Per la Lana tosa Carfagni per scardazzare, un quattrino per libra ogni volta.

Per Ammorrare, mezzo bajocco per libra ogni volta.

Per imprimere, un bajocco, per libra ogni volta.

Per Coperte ordinarie, per ritorcio di filatura, un grosso la libra.

Per Trama, otto libre a grosso.

PER LE FILIERE

Per Filatura di Coperte fine, Ordimento ordinario, tre libre a grosso.

Trama, cinque libre a grosso.

Per Ordimento di Panni da Portiera, e Carfagni, due libre e mezza a grosso di filatura, Trama cinque libre a grosso.

Per Filatura di Stamigna, quattro bajocchi ogni libra, e di lana mezzana, mezzo grosso ogni libra.

Per Filatura di lana di Calzettoni di ogni sorta, tre libre a grosso.

Per Filatura di lana di Bragha di ogni sorta, due libre, e mezza a grosso.

Per Filatura di Ordimento fino per Droghetti, e Riversi, due libre a grosso, e per la Trama quattro libre a grosso.

PREZZI DELLE LAVORATRICI DELLE CALZETTE

Calzettoni ordinarj da Uomo, bajocchi cinque il paro.

Da Donna, bajocchi quattro.

Da Ragazzo, bajocchi due.

Braghe ordinarie, bajocchi due il paro.

Berretti ordinarj, quattro a grosso.

Guanti ordinarj, bajocchi due il paro.

Berrettini mezzani, bajocchi due l' uno.

Calzettoni mezzani, bajocchi dieci il paro da Uomo.

Da Ragazzi, bajocchi cinque.

Calzette fine da Uomo, bajocchi quindici.

Da Donna, bajocchi dieci.

Da Ragazzo, bajocchi sette e mezzo.

Guanti, e Berrettini, bajocchi cinque il paro.

PER TESSITURA DI COPERTE ORDINARIE

Tela di Coperte ordinarie da tre, passini 21, portate 36, da cui il Tessitore deve cavare Coperte diciotto.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	25
Cannelli dei Tessitori	»	—	65
Tessitura	»	5	40
In tutto	Sc.	6	30

Tela da quattro di Coperte, da cui il Tessitore deve cavare Coperte venti, passini 21, portate 12.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	25
Per Cannelli dei Tessitori	»	—	65
Per Tessitura	»	4	40
In tutto	Sc.	5	20

Tela da cinque, da cui il Tessitore deve cavare Coperte 22, passini 21, Portate 48.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	25
Per Cannelli dei Tessitori	»	—	50
Per Tessitura	»	3	85
In tutto	Sc.	4	60

Tela da sei da cui deve cavare Coparte 24, passini 21, portate 46.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	25
Per Cannelli	»	—	45
Per Tessitura	»	3	55
In tutto	Sc.	4	25

Tele da sette, da cui deve cavare Coperte 26, passini 21, portate 43.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	25
Per Cannelli	»	—	42½
Per Tessitura	»	5	35
In tutto	Sc.	4	02½

Tela da otto, da cui deve cavare coperte 28, passini 21, portate 40.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	25
Per Cannelli	»	—	40
Per Tessitura	»	3	—
In tutto	Sc.	3	65

Tela da nove, in cui deve cavare coperte 30, passini 21 portate 35.

Incannatura, e Orditura	So.	—	65
Per Cannelli	»	—	35
Per Tessitura	»	2	77½
In tutto	Sc.	3	77½

Tela da undici, da cui deve cavare Coperte 32, passini 21, portate 33.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	25
Per Cannelli	»	—	35
Per Tessitura	»	2	65
In tutto	Sc.	3	25

PREZZI DI COPERTE FINE

Tela di Coperte 20, passini 21, portate 54.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	60
Per Cannelli	»	—	67½
Per Tessitura	»	7	90
In tutto	Sc.	9	17½

Tela di coperte 20, passini 21, portate 52.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	60
Per Cannelli	»	—	60
Per Tessitura	»	7	60
In tutto	Sc.	8	80

Tela di Coperte 20, passini 21, portate 46.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	45
Per Cannelli	»	—	50
Per Tessitura	»	6	40
In tutto .	Sc.	7	35

Tela di Coperte 25, passini 21, portate 40.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	40
Per Cannelli	»	—	50
Per Tessitura	»	5	85
In tutto .	Sc.	6	75

Tela di Coperte 18, passini 21, portate 60.

Per Incannaura, Orditura, e Cannelli.	Sc.	1	40
Per Tessitura	»	9	20
In tutto .	Sc.	10	60

PREZZI DI PANNI DI PORTIERE, E CARFAGNI

Pezze di passini 12 portate 40.

Per Incannatura, e Orditura	Sc.	—	25
Per Cannelli	»	—	25
Per Tessitura	»	2	40
In tutto .	Sc.	2	90

PREZZI DI PANNETTO

Pezza di passini 10 portate 36.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	20
Per Cannelli	»	—	25
Per Tessitura	»	2	—
In tutto .	Sc.	2	45

PREZZI DI DROGHETTI E RIVERSI

Pezza di passini 11 portate 32.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	20
Per Cannelli	»	—	20
Per Tessitura	»	1	80
In tutto .	Sc.	2	20

PREZZI DI DROGHETTI DI LANA BIGIA, E NERA COL SEGRETO

Pezza di passini 11, portate 31.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	20
Cannelli	»	—	20
Per Tessitura	»	1	80
In tutto .	Sc.	2	20

Per queste due sorti di Droghetti si tollera una portata o di meno, o di più, ma non di vantaggio, sotto la pena di scudi dieci a favore del nostro Collegio, da esigersi *Manu Regia et more Camerali*, oltre la perdita della Pezza, che dovrà colla stessa Mano Regia vendersi in Depositaria, e applicare il ritratto al medesimo nostro Collegio.

PREZZI DI UNA PEZZA DI PANNETTO SOPRAFFINO

Pezza di passini 10, portate 40.

Incannatura, e Orditura	Sc.	—	25
Tessitura, e Cannelli per ogni Passino	»	—	30

Colla dichiarazione, che l' Ordimento deve essere di Libre tre a paolo di Filatura, e la Trama di libre sei a paolo parimente di Filatura, e pagandosi meno dei prezzi come sopra stabiliti, oltre l' esser tenuto ciascun Mercante della nostr' Arte pagare il soprappiù, incorra ciasceduna volta alla pena di scudi dieci moneta.

CAPITOLO LVIII.

Le Mercedi si debbano pagare a denoro contante

Le Mercedi dovute ai Lavoranti, Donne, ed a chiunque altro, che lavora per li Mercanti della nostra Arte, debbano da ognuno pagarsi in danaro contante, e non mai in roba, e molto meno in roba, che non appartenga all' Arte della lana, sotto pena di scudi dieci d' oro per ciascuna volta. Si dichiara altresì per evitare ogni fraude, e tacita coazione, che caderà nella medesima pena ancora quel Mercante, che in pagamento delle mercedi darà roba, benchè il Mercenario, o Mercenaria la domandi, e la voglia ultroneamente. Per prova poi della contravenzione a quanto si è disposto nel pre-

presente Capitolo, si dovrà credere all' attestato giurato di due testimonj che si siano trovati presenti, oppure che abbiano inteso dal Mercante di aver dato roba in pagamento delle Mercedi dovute.

CAPITOLO LIX.

Che i Lavoranti siano pagati in fine di ciascheduna settimana

Tutti li Mercanti della nostr' Arte siano tenuti, ed obbligati, almeno nel giorno di Sabato di ciascuna settimana fare i conti coi suoi rispettivi Lavoranti delle opere, fino a quel punto da loro prestate, e pagare ai medesimi la mercede dovutagli intieramente in danaro contante, come sopra: altrimente facendo, incorrano nella pena di scudi due per ciascheduna volta, giustificato che avrà il Lavorante, con fede di un solo testimonio, autenticato per gli atti del nostro Notaro, e Segretario, di avere lavorato in quella settimana, in virtù di cui chiunque Giudice ordinario ricercatone, possa, e debba spedire, a far esegnire il Mandato di Mano Regia, e Cammerale contro il debbitore, tanto per la somma dovuta al Lavorante, quanto per la pena come sopra incorsa, rimossa qualunque appellazione, o ricorso. Succedendo poi, che il Mercante, o neghi il debito a favore del Lavorante, o porti eccezioni rilevanti, per le quali non debba pagarlo, in tal caso il Mercante, che vorrà portare le sue eccezioni, debba prima depositare tutta la somma del danaro, secondo la petizione fatta dal Lavorante, conforme si dirà in appresso.

CAPITOLO LX.

Il debito litigioso de' Lavoranti debba depositarsi.

Nel caso, in cui, come si è disposto nel precedente Capitolo, che il Mercante, quale sarà stato interpellato per il pagamento, volesse portare le sue eccezioni, e far costare non essere tenuto, il medemo Giudice debba prima di tutto far fare il deposito dell' intiero importo di dette mercedi, di qualunque somma sia, e successivamente, procedere alla definizione della causa sommariamente rimossa qualunque appellazione, o ricorso.

CAPITOLO LXI.

Il Mercante fallito, che riaprirà la Bottega debba prima aver pagato le mercedi.

Succedendo, che un Mercante della nostr' Arte fallisca (che Iddio non voglia), e dopo riapra il Negozio della stessa nostr' Arte, facendolo passare per cosa non propria, ma dotale della sua Moglie, in tal caso debba sodisfare intieramente tutti, e singoli Mercenarj, che vanno creditori delle loro mercedi per lavori fattigli prima del fallimento, dentro quindici giorni, da computarsi dal giorno, in cui avranno ricevuta la interpellazione per il pagamento delle mercedi dovute alli Mercenarj, e giustificata concludentemente la mercede, chiunque Giudice ordinario, e competente debba spedire il Mandato per fargli biffare il Negozio, o sia Bottega, nè il Mercante possa più riaprirla, ancorchè si mostrasse pronto di pagare i Mercenarj sudetti, o li avesse effettivamente pagati, dopo però i detti quindici giorni, rimossa qualunque appellazione, e ricorso dal primo decreto, che dovrà fare il medesimo Giudice, colla dilazione di giorni cinque, per giustificarsi il pagamento seguito come sopra a tempo abile.

CAPITOLO LXII.

Chi vorrà aprire Bottega dell' Arte debba prendere copia del presente Statuto.

Ad effetto di reintegrare il nostro Collegio delle spese fatte per formare il presente Statuto, e delle altre, che occorreranno per la stampa del medesimo, si statuisce, e ordina, che tutte quelle persone, le quali avranno già ottenuta la Madricola della nostr'Arte, e non avranno ancora aperta la Bottega, come ancora quelli, che otterranno le Madricole in avvenire, siano tenuti prima che siegua l' aperizione della medesima, e prima che diano principio all'attuale esercizio dell' Arte della lana, anche privatemente, e nelle di loro case, prendere dal nostro Camerlengo un esemplare del presente Statuto, con pagare quella rata, che si stabilirà, altrimente avutosi notizia che sia stata aperta la Bottega, oppure dato principio all' esercizio della nostra Arte, anche privatamente, e nella di loro case, interpellati, che saranno giudizialmente ad esibire la copia

del presente Statuto, e quella non esibita, un giorno dopo la interpellazione debbano incorrere nella pena di scudi dieci, senzachè possano dare proroga di altro tempo, ed allegare eccezione di sorte alcuna.

CAPITOLO LXIII.

Che ogni contratto di Mezzelane, e Cause appartenenti all'Arte, debbano farsi per gli atti del Notaro, e Segretario dell'Arte.

Acciocchè li Presidenti, Consoli, e Camerlengo possano sempre restare informati di tutte le cose, che passano nella nostr' Arte, statuimo, e ordiniamo, che tutte le cause, e atti giudiziali per ottenere li pagamenti, tanto delle pene, e tasse, quanto per le mercedi dei Lavoranti, e per ogni altra causa dipendente, e appartenente alla nostra Arte: come ancora tutti gli Istromenti di compre, e vendite delle Mezzelane macellate in Roma, si facciano per gli atti del nostro Notaro, e Segretario pro tempore del nostro Collegio, altrimente facendosi per mano di differenti Persone, e per gli atti di altri Notari, incorrano quelli, che li faranno nella pena di scudi tre per ciascheduna volta, che contraveranno.

CAPITOLO LXIV.

Tutti li Mercanti siano obligati osservare le Risoluzioni, e Decreti, che si faranno nelle Congregazioni.

Li Consoli, Camerlengo, e Revisori, e tutti li Mercanti, e qualsivoglia altra Persona della nostra Arte, sia tanuto inviolabilmente osservare, e fare osservare tutte quelle Risoluzioni, e Determinazioni, che si prenderanno nelle Congregazioni dai Presidenti, Consoli, e Camerlengo; e succedendo che qualcuno presumesse di non essere tenuto ad osservarle, a farle osservare, prefisso che gli sarà un unico, e breve termine giudiziale, a dichiarare se voglia stare alla osservanza, e detto termine passato, e non avendo fatta la sua dichiarazione giurata per gli atti del nostro Notaro, e Segretario, gli sia subito proibito l'esercizio della nostr' Arte, e per conseguenza venga costretto a riportare la Madricola, ed a serrare la Bottega, colla gravatoria di scudi tre il giorno, da rilasciarsi da qualunque Giudice, rimossa qualunque appellazione, o ricorso. E volendo essere reintegrato (il che stia in libertà degli stessi Presidenti, Consoli, e Camerlengo) debba pagare la pena di scudi dieci, e di altre, secondo le circostanze dei fatti, e resti obbligato alla osservanza di quanto si è di sopra stabilito.

CAPITOLO LXV.

Li Consoli, Camerlengo, e Revisori, che contraverranno siano puniti al doppio

Perchè i Consoli, Revisori, e Camerlengo in virtù del loro uffizio devono invigilare per l'osservanza dei presenti Statuti, da prestarsi da tutti i Mercanti, è conveniente, che loro stessi siano piu esatti in detta osservanza; pereiò occorrendo, che qualche Console, Camerlengo, o Revisore, durante il suo uffizio, commetta qualche mancanza nell' Arte, oltre il dover essere tenuto alla pena duplicata, cioè al doppio di quella da incorrersi dagli altri Mercanti, che secondo le circostanze de' fatti si sono finora imposte generalmente, debba levarsi eltresì la roba difettosa, ed osservarsi tuttociò che si è disposto nel Cap. IV. per la vendita della medesima, e per tal effetto le Botteghe de'Consoli, e Revisori, e loro lavori, siano soggetti alla visita degli altri Consoli, e Revisori, come si e disposto rispetto alle altre Botteghe; e quel Console, che si crederà reo, non dovrà essere chiamato, nè intervenire alla visita, che si dovrà fare delle robe, e lavori creduti mancanti; e credendosi reo qualcuno de' Revisori, nètampoco questo dovrà esser chiamato, nè possa fare la Perizia, ma questa si debba fare da uno de' Consoli, e dall'altro Revisore. Se poi si credessero contemporaneamente rei ambedue li Revisori, non si debba chiamare veruno de'medesimi, e la Perizia debba farsi da due Consoli. E lo stesso s'intenda, e prattichi rispetto al Camerlengo, sua Bottega, e lavori.

CAPITOLO LXVI.

Che si debba procedere per Inquisitionem contro i delinquenti

Per trovare poi più facilmente i delinquenti, che si faranno lecito ritenere robe della nostr'Arte, parte assolutamente vietate ad ognuno, e parte

da ritenersi dai soli Mercanti Madricolati, oppure fare i lavori contro le disposizioni del presente Statuto, o in qualunque altro modo contravenire al medesimo, si statuisce, e ordina, che ogni qualvolta qualche Console, e Camerlengo *pro tempore* faccia al Giudice costare coll'attestato giurato, sebbene stragiudiziale, di due testimonj, o che la voce sia, che in certo luogo si ritengano da persona, che non sia Mercante Madricolato, robe che si devono ritenere da soli Mercanti Madricolati, oppure ancorchè sia Madricolato, si ritengano robe, che vengano assolutamente vietate, ovvero si facciano lavori contro la disposizione del presente Statnto, o in qualunque altro modo si contravenga al medesimo, si possa, in ciascuno di detti casi procedere *per Inquisitionem, et ex Officio*: e qualsivoglia Giudice, debba dare subito l'ordine per la ricerca da farsi in quel tal luogo designato dai testimonj, coll' ajuto, e assistenza della famiglia armata. E trovato il corpo del delitto, e il delinquente, oppure giustificata concludentemente la ritenzione proibita, e qualunque altra contravenzione, si proceda come si è disposto nei precedenti Capitoli secondo le circostanze de'Fatti.

CAPITOLO LXVII.

Che tutte le pene, e tasse debbano esigersi con Mano Regia.

Essendosi in tutti i precedenti Capitoli, o parte di essi, prescritte le pene a quelli, i quali secondo le circostanze de' casi trasgrediranno le risoluzioni come sopra prese, e stabilita la tassa da pagarsi in ciaschedun Anno, così statuimo, e ordiniamo, che quante volte ciascheduno incorrerà nelle pene sudette, o non pagherà la tassa nel tempo come sopra stabilito, debba procedersi contro il trasgressore per la esazione della medesima, e contro li morosi per il pagamento della tassa per la Mano Regia *more Camerali*; talmenteche dedotto che sarà a notizia al trasgressore, o debitore della tassa per tre gierni avanti qualmente s'intende venire alla esecuzione della Mano Regia, in tal caso, giustificata che sarà in quanto alle pene, negli atti del nostro Notaro, e Segretario, la trasgressione, o mancanza, in quei modi e forma, che s'è stabilito in ciascuno de'precedenti Capitoli, secondo quei casi, nei quali sarà contravenuto, ed in quanto al pagamento non fatto della tassa, eseguita, che sarà detta interpellazione, possa subito fare eseguire la Mano Regia sudetta, da rilasciarsi da qualsivoglia Giudice ordinario, nè possa il reo contraveniente essere inteso avanti qualsivoglia Giudice, se prima non avrà fatto lo attuale deposito, o data idonea sigurtà di tutto quello, che importerà la pena, o la tassa, per cui gli sarà stata intimata detta Mano Regia.

CAPITOLO LXVIII.

Del danaro del Collegio, e Depositi da farsi nel S. Monte di Pietà

Tutto il danaro, che verrà pagato per le Madricole, come ancora per la copia del presente Statuto da quelli, che vorranno essere ammessi al nostro Collegio, e tutto il danaro, che si ricaverà dalle rendite del medesimo, e ad esso in qualsivoglia modo appartenente, si debba depositare nel Sagro Monte della Pietà di Roma in credito di detto Collegio, ed a disposizione dei Presidenti; nè si possa amovere da esso Monte senza l'Ordine sottoscritto da detti Presidenti, Consoli, e Camerlengo *pro tempore* di detto Collegio; il danaro poi, che si esigerà dalle tasse, pene, e fraudi, debba rimanere in mano del Camerlengo *pro tempore* per erogarlo parte in benefizio della Cappella, e Festa di S. Ambrogio, e nelle altre parti, come si dirà in appresso.

CAPITOLO LXIX.

Del danaro, che si ricaverà dalle pene e fraudi, ed in che dovrà applicarsi.

Inoltre si statuisce, e ordina, che tutto il danaro delle tasse da pagarsi come sopra, annualmente dai Mercanti Madricolati, e tutte le pene pecuniarie contenute nel presente Statuto, venendo il caso della loro esazione, si ripartiranno in tre parti cioè, una per l'accusatore, che sarà tenuto segreto, l'altra parte per la Eccellentissima Camera Capitolina, e la terza parte per benefizio della Chiesa. Come ancora tutto il danaro, che si ricaverà dalla vendita delle fraudi, debba rimanere sempre in mano del Camerlengo *pro tempore*, per erogarlo come sopra per la Cappella di S. Ambrogio, e sua Festa, talmentechè qualunque Camerlen-

go, terminato che avrà il suo Uffizio, e fatto, che avrà il suo rendimento di conti di quallo che avrà esatto, e speso in benefizio come sopra, e sodisfatti li terzi delle pene come sopra assegnate, il soprapiù, che rasterà in sue mani, debba consegnarlo al Camerlengo, che subentrerà in suo luogo.

CAPITOLO LXX.

Delle chiavi dell' Archivio, e cose in esso da riporsi

Avendo il nostro Collegio risoluto nelle Congregazioni antecedenti di fare un Archivio, per conservarvi le notizie, ed i privilegj, ed altre scritture appartenenti alla nostr'Arte, ed essendo già l'Archivio perfezionato, e situato nell'Uffizio del nostro Notaro, e Segretario a guisa di Credenzone, consistente in diversi spartimenti, e tiratori dantro al medesimo chiuso a due sportelli con tre chiavi diverse, sotto del quale esiste al di fuori altro tiratore con sue chiavi parimente diverse; così si statuisce, e ordina, che nei spartimenti, e tiratori interiori si debbano riporre tutte le notize, privilegj, lettera, patenti de' luoghi de'Monti, ed altre scritture gelose appartenenti alla nostr'Arte, e nel tiratore asteriore si debbano ritenere altre scritture manuali, il registro delle Congregazioni, e sigillo del nostro Collegio; E le chiavi di detti sportelli si debbano ritenere, una dal primo Presidente, l'altra dal nostro Notaro, e Segretario, e le due del tiratore si debbano ritenere, una dal primo, e l'altra dal secondo Console.

Nos Frater Nicolaus Bielke Alme Urbis Senator

Statuta supra relata, Almae Urbis Senator confirmat, et approbat.

Auctoritate nostri Sacri Senatus Officii, qua in hac parte fungimur, Statuta a Præsidentibus, Consulibus, et Hominibus, nobilis, et antiquæ Artis Lanæ vigore Motus Proprii sa. me. Clementis IX. sub datum 4 Aprilis 1669. postremis hisce temporibus noviter confecta, reformata, et ampliata, ac in præsenti Volumine fol. 52. contenta, atque in Capitulis 70. distinctis, et separatis a nobis visa, ac mature discussa, tamquam juxta, rationique consona, vigore facultatum Nobis a Summis Pontificibus concessarum, ac etiam vigore Statuti Almæ Urbis, tamquam licita, et honesta non autem in detrimentum Reipublicæ, seu contra Urbis Statuta, et monopolium non contineant, illa in omnibus, et per omnia approbamus, et confirmamus, et sub pœnis in eis contentis inviolabiliter servari, ac exequi volumus, et mandamus. Et cum hoc tamen quod in successivis confirmationibus eorumdem supradictorum Statutorum, faciendis in singulis quinquenniis, juxta præscripta a Statuto Urbis, primo loco ad Nos, seu Successores Nostros in Dignitate Senatoria ad confirmaudum deferantur, et deinde ad alios, quemadmodum tali ordine disponit idem Statutum Urbis, et in similibus confirmationibus praxis hucusque servavit. Datum ex nostris Ædibus Capitolinis hac Die 28. Mensis Junii 1658. = Frater Nicolaus Bielke Senator Loco ✠ Sigilli = Joannes Tansius Illmi et Excellmi Domini Almæ Urbis Senatoris, ac Caus. Cur. Capitolinæ Protonot.

Nos Marchio Octavius Hyacinthus de Bubalo, Hieronymus Verospi Vitelleschi, et Marchio Vincentius Origo, Excellentissimæ Cameræ Capitolinæ Almæ Urbis Conservatores.

Eadem Statuta approbationem obtinent Almae Urbis Conservatorum.

Statuta a Præsidentibus, et Consulibus nobilis, et antiquæ Artis Lanæ vigore Motus Proprii sa. me. Clementis IX. sub datum 4. Aprilis Anni 1669 postremis hisce temporibus noviter confecta, reformata, et ampliata, ac in præsenti volumine foliorum 52. contenta, atque in Capitulis 70 distinctis, et separatis a Nobis visa, ac mature perpensa, tamquam justa, ac rationi undique consona, vigore facultatum a SS. D. N. Papa Benedicto XIV. feliciter Regnate, ac etiam vigore Statuti Almæ Urbis concessarum, prout ex Rescripto in supplici libello superius regestrato, approbamus, confirmamus, et omnino servari, ac exequi volumus et mandamus. Datum ex nostro Capitolio hac die 20. Aprilis 1757. = Octavius Hyacinthus de Bubalo Conservator = Hieronymus Verospi Vitteleschius Conservator = Vincentius Maria Origo Conservator = Loco ✠ Sigilli = Cæsar Diamilla Notarius Illustriss. et Excellentiss. Almæ Urbis Conservatorum

Apostolicae firmitatis robur obtinent.

§. 2. Cum autem, sicut aadem expositio subjungebat, dicti Exponentes Statuta hujusmodi, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent, Nos

specialem ipsis Exponentibus, aliisque Universitatis prædictæ Officialibus, et descriptis, gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, et singula Statuta præinserta, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas, ac Statuta præinserta, semper firma, valida, et efficacia existere, et fore: suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ Urbis, nec non Universitatis hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 15. Septembris 1758. Pontificatus Nostri Anno Primo. Pro D. Cardinali Passioneo = Joannes Florius Substitutus = Loco ✠ Sigilli

LXXI.

Quum longa experientia constiterit, Artificibus fabricatoribus *di Bicchieri*, e *Cristalli Ordinarii*, ex libero hujus Artis cuique exercitio, damna, atque incomoda obvenisse, contra ipsius Artis incrementa, Universitatem erigere, et Statuta condere duxerunt, quæ ab Almæ Urbis Senatore, et Conservatoribus approbata, Pontificiæ auctoritatis confirmationem hic obtinent.

Dat. die 5. Maii 1759 Anno I.

Artificum Universitatum statuta, quamplurimi Summi Pontifices approbarunt, et confirmarunt. Sic pro Universitate Tonsorum adest Const. Innoc. XII. edit. 1693. Sept. 25. itemque Clement. XII. const. edit. 1712. Maii 12. Pro Universitate Fabrorum Ferrariorum adest Const. Clement. XI. edit. 1702. Junii 28. Pariterque pro aliis Universitatibus, ut passim videre est in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

§. 1. Ad Pastorale Dignitatis fastigium, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, per ineffabilem Divinæ Sapientiæ, atque Clementiæ abundantiam evecti, illa, quæ pro felici, prosperoque Artium, ac Universitatum artium Almæ Urbis Nostræ, cujus commodis peculiari paternæ charitatis affectu studemus regimine, provide constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

Preces porrectae pro confirmatione Statutorum hujus Universitatis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Universitas, et Homines vulgo *Fornaciari Fabricatori dei Bicchieri*, e *Cristalli ordinarj*; nuncupati de eadem Urbe, quod ipsi pro felici Artis, et Universitatis hujusmodi gubernio nonnulla statuta in unum volumen redigi, et a dilectis filiis Almæ Urbis prædictæ Senatore, et Conservatoribus approbari curarunt, tenoris sequentis, videlicet.

STATUTI

DELL'UNIVERSITÀ DE' FORNACIARI FABRICATORI DE BICCHIERI,

e

CRISTALLI ORDINARJ.

PROEMIO

L' Introduzione delle Arti di qualunque sorte, ed il loro esercizio fù sempre necessario in tutte le Città, tanto per il loro adornamento, quanto per il bene, che ne ritrae il publico, e ciò può facilmente considerarsi con ridurre alla memoria la premura grande, con cui li Principi tutti si sono sempre mossi e trarle dalle regioni più remote per averle ne loro Regni, e Dominj, e per proteggerle, e sostenerle ne hanno creati Maestrati, e Presidenti, e sul riflesso ancora dell'utile, che da dette Arti si ritrae dall' istesso Principato, e dal commodo grande, che ne sentono i sudditi, e Cittadini, quali trovano nelle loro proprie patrie ciò, che con ispesa esorbitante sarebbero costretti provedere da lontani paesi, e gli Artefici, che l'esercitano con onestà mantengono con decoro se stessi, e le loro case, e famiglie. Tra le altre tutte non tiene l'ultimo luogo l'Arte de Fornaciari Fabricatori di Bicchieri, ed eltri lavori di vetro, e Cristalli ordinarj non meno utile, ehe necessaria per l'uso comune a tutte le persone di qualsivoglia stato, grado, e condizione, e specialmente nella nostra Città di Roma, dove li Professori l' esercitano con decoro, e somma esattezza. Il bell'ordine però di questa viene turbato da molti, quali pretendendo essere esperti Professori, si applicano all' esercizio della medema senzo fondamento di sorte alcuna, e solo per recare con le loro robe malfatte, e mal condizionate un grave danno, e pregiudizio non solo alli Uomini di detta Arte, che in quella s' impiegano, ma eziandio a tutto il Publico, che di simili robe si provede. Ma perchè il motivo di tanti abusi, e sconcerti altro non è, se non quella naturale libertà, con cui finora si è esercitata senza avere subordinazione alcuna ad altro Collegio, o Università, e per conseguenza senz' alcun ordine, senza leggi, e senza statuti particolari, che abbiano potuto indurre un buon regolamento; quindi affinchè per l' avvenire si abbia d' aver miglior metodo, e direzzione in questo esercizio, il Publico resti meglio servito, e l'Arte acquisti riputazione, e decoro, adunati insieme tutti li Fornaciari Fabricatori di Bicchieri, ed altri lavori di vetro, e Cristalli ordinarj seriamente riflettendo essere quest'Arte particolare, diversa, separata, e che non ha veruna affinità con tante altre, che si esercitano in questa Città, hanno determinato errigerla in Università indipendente dalle altre, da reggersi, e governarsi con i suoi Statuti, e leggi ad essa convenevoli da approvarsi da respettivi Superiori, e munirsi ancora con conferma speciflea della Santità di Nostro Signore Papa Clemente XIII. felicemente Regnante, che però si prefigono, propongono, e stabiliscono li Capitoli seguenti, e sono

CAPITOLO I.

Dell' osservanza delle Feste, e del Santo Protettore

Dovendo tutte le azioni umane tendere all' onore di Dio, e de' suoi Santi, affine, che colla Benedizione del Signore, causa produttiva d' ogni buon principio, mezzo, e fine, la nostra Università, ed Arte riceva incremento, si esorta ognuno sottoposto alla medesima nostra Arte a onorare le S. Feste prescritte, e da prescriversi dalla Santa Romana Chiesa, e celebrare con ogni amorevolezza, e decenza quella del glorioso S. Antonio Abbate, che si è prescelto perpetuo Protettore di Noi, e di detta nostra Professione. La pompa di detta Festa, e le pie opere, che dovranno farsi, restaranno ad'arbitrio della Congregazione.

CAPITOLO II.

Del Console, suo Officio, e durazione

Quanto sono necessarie le leggi, e li Statuti per il buon regolamento dell' Arte, altrettanto vi è precisо bisogno vi siano Persone, che ne procurino l' esecuzione, ed insieme assistano agl' interessi dell'Università; si stabilisce però, ed ordina, che debba eleggersi un Console, quale sarà Capo di tutta l'Università, e Direttore, ed insieme dovrà

invigilare, ed aver cura della conservazione, eugumento, e regolamento della medema, e procurare l'osservanza de presenti Statuti, ed in oltre evrà piena facoltà di fare intimare le Congregazioni di qualunque sorta, e quando gli parerà necessario di farle intimare. L' officio del Console dovrà durare un' Anno, e finito detto tempo, dovrà eleggersi un' altro Console, ovvero confermarsi il Console vecchio con pluralità de' voti, e circa il modo dell'elezione di detto Console, dovranno la prima volta nominarsi due soggetti, e quello, che avrà maggiori voti resterà Console, il quale finito il tempo del suo officio dovrà nominare due soggetti, per li quali dovrà correre il partito, e quello, che averà più voti resterà eletto per Console, e così dovrà osservarsi ogn' anno in perpetuo.

CAPITOLO III.

Del Camerlengo, e suo officio

Si dovrà eleggere un Camerlengo con servare l' istesso metodo, e forma che si è disposto circa l' elezione del Console. L' officio di esso Camerlengo sarà di tener conto di tutte le rendite, e d' ogni altro provento spettante ella nostra Università, con facoltà ancora al medesimo di esiggere le sudette rendite, e proventi, ovvero assistere, e procurare, che vengano esatti dall' Esattore, che venisse depntato dall'Università, e quelli depositare, e far depositare nel Sacro Monte della Pietà, o Banco di S. Spirito in Sassia di Roma a credito di dette Università, e e disposizione del Console, e Camerlengo pro tempore delle medesima, e non potranno erogarsi detti denari depositati, senza la preventiva risoluzione della Congregazione, e con ordine de sottoscriversi da detti Console, e Camerlengo con doversene registrare tanto le risoluzioni, che li pagamenti nel Libro delle Congregazioni dal Notaro, e Segretario dell'Università.

CAPITOLO IV.

Dell' Infermiere, e suo officio

L' officio dell'Infermiere, che dovrà eleggersi ogn'anno, sarà, che avvisato dell'Infermità di alcuno della nostra Università, si porti subito a visitarlo, e con parole amorevoli, e caritative, esortare l'Infermo alla pazienza, e rassegnazione alle volontà Divina, e prestargli la solita cortesia.

CAPITOLO V.

Del Sindaco, e suo officio

Essendosi proveduto finora degli altri Officiali, e loro officio, si stabilisce, che ogn' enno debba eleggersi un Sindeco, le cura particolare del quale sarà di rivedere i conti, e sindacare il Camerlengo, ed ogn' altro, che avesse esatto denaro, ed altre rendite spettanti a detta nostra Università, ovvero avesse amministrato beni della medesima, come ancora di rivedere e tassare i conti, e fare ogn' altra cose, che suole appartenere ad un simile officio quele parimenti dovrà durare per un anno, possa però essere confermato colla pluralità de voti per un altro anno.

CAPITOLO VI.

Che le Cariche siano compatibili

Essendo al presente la nostra Università composta di pochi soggetti, si stabilisce, che le Cariche di Console, Camerlengo, e Sindaco come incompatibili fra di loro, ciascuna di esse debba annualmente possedersi separatamente, nè giammai più di una delle medesime possa ritenersi da uno stesso soggetto; delle altre Cariohe poi compatibili potrà in un' istesso tempo ritenersene più d' una da un medesimo soggetto, secondo si stimerà opportuno dalla nostra Università.

CAPITOLO VII.

Delle Congregazioni, e Adunanze, e della validità delle medesime

Dovendosi trattare degli affari spettanti a detta Università, imposizione di tasse per servizio della medesima, o prendere qualunque altra risoluzione, in tal caso dovrà convocarsi la Congregazione, o sia Adunanza, e fattane la proposta dal Console, si risolverà colla maggioranza de voti, che dovranno essere segreti; ed' acciò le risoluzioni, che si prenderanno in dette Congregazioni restino valide, ed eseguibili, si stabilisce, che non possano celebrarsi, se l' intervenienti non passono la metà del numero, che dovrebbe intervenire per celebrarle, e restando in tal caso ineffettuata la Congre-

gazione, qualli, che non interverranno, dovranno incorrere la pena da stabilirsi in altro Capitolo a parte. In dette Congregazioni nessuno abbia ardire di promuovere scandalose risse, e tumulti, nè perdere il dovuto rispetto al Console, o in altro modo offendere gli altri Officiali, e Congregati, ma debbasi trà di loro osservaro un' esatta modestia, ad' ognuno debba dire il suo sentimento con rispettarsi scambievolmente, altrimenti sia in arbitrio del Console oltre una condègna, e fraterna correzione, quando l' ingiuria fosse grave ricorrere alli Signori Superiori per una giusta punizione.

CAPITOLO VIII.

Di quelli, che potranno esercitare l' Arte

Tutti quelli, che al presenta esercitano la sudetta arte, ed hanno la fornaci aperte siano tenuti, e debbano prendere la Patente della nostra Università sottoscritta dal Console, e Camerlongo, a munita con il sigillo della medesima con pagare ciò, che per detta Patente sarà stabilito in un Capitolo a parta, e per l'avvenire non sia lecito, nè in conto alcuno possa veruna persona di qualunque stato, grado, e condizione, ancorchè sia dell'Arte, aprire, a fare aprire Fornace, o Fornacino alcuno, tanto in Roma, che fuori di essa per tutto il suo Distretto senza il pieno consenso di tutti li Padronî di Fornace, e che le persone, che vorranno aprire in qualunque de' suddetti luoghi oltre l' approvaziona, e consenso sudetto, debbano avere esercitata la professione di Maestro nella nostra Arte almeno per lo spazio di anni dieci, ed approvate che siano, debbano prendere la solita Patenta, e servare la distanza almeno di canne trecento dalle altre Fornaci più vicine, come pure non possa aprire se non metterà una Fornace di quattro vasi, quali non possano tenere meno di Libre seicento da riconoscersi dal Console pro tempore, e non possano mettersi meno di otto Maestri per ciascheduna Fornace, eccettuata però, e non compresa in detta proibizione la Fornace attualmente esistente in Scandriglia, quale essendo in essere da molto tempo a questa parte, debba rimanere nel suo essere, e nel Privilegio di fabricare i vetrami in tutto, e per tutto come fin' ora ha praticato.

CAPITOLO IX.

Che qualunque Spacciatore, o sia Collataro non possa vendere i Bicchieri, ed altri lavori di vetro senza il bollettino del Console.

Non avendo mai la nostra Arte avuto, nè avere al presente obligo veruno, nè assegna di dare li vetrami alli Spacciatori, ossiano Collatari di Campagna, si stabilisce, che in avvenire nessuna persona possa vendere Bicchieri, ed altri lavori di vetro, e cristallo ordinarj fabricati in Roma, senza il bollettino del Console pro tempore di detta Università sotto pena di scudi dieci moneta da incorrersi per ciascheduna volta, e d'applicarsi come in appresso

CAPITOLO X.

Della Ripartizione delli Rivenditori a Collatari

Di tutti li Rivenditori, e Collatari respettivamente dovrà formarsi un elenco, per raccogliere la quantità de' medesimi, e quelli prescritti dovranno ripartirsi per egual porzione, e ripartiti che saranno, non possano detti Rivenditori, e Collatori provedersi di Vetri in altre Botteghe fuori che in qualle gli saranno state assagnate, nè li Padroni di Fornaci possano dare datti vetrami ad altri Rivenditori, e Collatori, fuori di quelli saranno stati assegnati, alle loro Fornaci, altrimenti li Padroni, che daranno detti vetrami a quelli che non siano stati ad' essi assegnati debbano incorrere nella pena di scudi dieci per ciascheduna volta, d'applicarsi come si dirà in un Capitolo a parte, e detta ripartizione dovrà farsi dalla piena Congregazione.

CAPITOLO XI.

Delle Tasse.

Tutti li Rivenditori di qualunque sorta di roba proveniente dalla nostra Arte in Roma volendo ritenere, a spacciare le medesime, dovranno prendere dalla nostra Università la Patente con pagare per la medesima per una sola volta scudi tre con prefiggersi ad' essi un congruo, e competenta termine tanto a munirsene, quanto per fare esito di quelle robe sudette, che essi si trovano in mano comprate prima delli presenti Capitoli, con condizione però,

Digitized by Google

che simile Patente debba durargli persino, che con vendita, cessione, o altro contratto non passi in altro dominio la loro Bottega, il che seguendo, quello, che subentrerà debba prendere la Patente nel modo, e forma come sopra; qual termine spirato, e non munitisi di detta Patente, spacciando, o ritenendo qualunque capo di dette robe, senza l' accennata Patente, incorreranno nella pena di scudi dieci da ripartirsi, ed applicarsi come si dirà in appresso; Li Padroni poi di Fornace dovranno pagare per il mantenimento della Cappella, e dell'arte come sopra un giulio il mese per ciascheduno, li Collatori, che sono soliti di venire a caricare nelle Fornaci di Roma, li Maestri, e Conciatori di dette Fornaci, un grosso il mese per ciascheduno, e li Serventi, Sochinanti, Tizzatori, e Garzoni di Botteghe, mezzo grosso il mese per ciascheduno.

CAPITOLO XII.

Della Mano Regia

Per esiggere le tasse, ammissioni, Patenti, e pene debba competere all' Università la Mano Regia da spedirsi avanti S. E. il Sig. Senatore di Roma, o di altro qualsivoglia Giudice ordinario, e quella intimata che sarà, per un giorno avanti, si farà eseguire contro li morosi, secondo la nota, che ne darà il Console, o Camerlengo pro tempore, ed eseguita, si faranno portare li Pegni alla Depositaria Urbana, quando non si diano denari per pagarli liberamente in mano del Camerlengo, o Esattore dell'Università.

CAPITOLO XIII.

De' trasporti delle Fornaci

Che sia lecito, e possano li Padroni, concorrendovi la causa legitima, come di Fabriche nuove, ed'altre da approvarsi dalla Congregazione Generale, trasportare le loro Fornaci non ostante la distanza di Canne trecento come sopra stabilita; dovrà sempre però procurarsi, che il trasporto sia fatto in luogo meno dannoso alla Fornace più vicina, da riconoscersi dal Console pro tempore dell' Università.

CAPITOLO XIV.

Di quelli, che partono da una Fornace per andare in un' altra.

Che qualunque Maestro, Giovane, Conciatore, Servente, Sochinante, Tizzatore, e Garzone, che esercita la nostra Arte, e che attualmente serve, per convenzione da qualunque di essi fatta, con un Padrone di Fornace, partendo da questo per andare ad' un altra Fornace, per non volere in tutto, o in parte adempire la Convenzione fatta, o perchè pretenda di più di quella per strangolare il proprio Padrone, a cui serve, o per non volere nelle sue mase, o altro servizio, fare intieramente quel tanto, che porta lo stile nella nostra Arte (come pur troppo l'esperienza ha dimostrato di essere più volte occorso, con sommo pregiudizio delle Fornaci, massime in tempo di lavorazione di esse,) o pure per simili mancanze il proprio Padrone licenziasse qualcuno di essi dal suo servizio, non possano questi essere ricevuti da altri Padroni di Fornace al loro servizio, senza il pieno consenso della nostra Università, sotto la pena di scudi dieci, da applicarsi come si dirà in appresso, ogni volta che li ricevessero senza il detto comune consenso.

CAPITOLO XV.

Di quelli, che ricuseranno gli offici.

Il Console, che ogni anno sara eletto a detto officio, ricusando di volere quello esercitare, incorrerà la pena di scudi dieci, il Camerlengo, e Sindaco di scudi cinque, come pure quelli, che mancaranno alle Congregazioni, e adunanza debbano incorrere la pena di Libre due di Cera per ciascheduna volta, da pagarsi dette pene irremissibilmente con Mano Regia, quando però non abbiano causa legitima da approvarsi dalla Congregazione, e non si ammetterà scusa se non legitima d'Infermità, o assenza da Roma.

CAPITOLO XVI.

Dell' applicazione delle pene.

Tutte le pene spetteranno alla nostra Università a riserva di quelle prescritte nelli Capitoli 9 10 e 14, delle quali la terza parte si applicherà all'Eccellentissima Camera Capitolina, una

Digitized by Google

terza parte alla nostra Università, ed una terza parte all' accusatore, che sarà tenuto segreto.

CAPITOLO XVII.

Delle Patenti

Tutti quelli, che al presente hanno la Fornace debbano, come si è detto nel Capitolo ottavo prendere la Patente dentro il termine di giorni quindici dalla publicazione de' presenti statuti con pagare scudi quattro in mano del Camerlengo di detta Università, e giulj sei al nostro Notaro, e Secretario per la sottoscrizione, e Registro di dette Pateoti, ed il simile dovrà osservarsi per quelli, che io avvenire apriranno la Fornace, da approvarsi però come si è detto nel Capitolo ottavo.

CAPITOLO XVIII.

Del Notaro, e Secretario

La nostra Università dovrà avere continuameute, come le altre un Secretario, quale sarà Notaro publico; l' Officio del medemo sarà d'iotervenire a tutte le Congregazioni, e registrare fedelmeote li decreti, e risoluzioni, che in quelle si faranno con quell'annuo stipendio, che gli verrà destinato da detta Congregazione.

CAPITOLO XIX.

Circa la validità delle Congregazioni, e Adunanze.

Acciò restino valide le Congregaziooi, ed eseguibili le risoluzioni, che si prenderanno, si stabilisce, che non possano celebrarsi se gl' intervenienti non passono la metà del numero, che dovrebbe intervenire per celebrarle, e restando in tal caso ineffettuata la Congregazione, incorrano quelli, che non saranno intervenuti la pena di libre due di Cera, come si è detto nel decimo quarto Capitolo.

CAPITOLO XX.

Dell' Archivio

Per conservare le Scritture si publiche, che private, li libri delle Congregazioni, de Sindacati, degli artisti, della matricola, e qualunque altra Scrittura, si debba fare un Credenzone da collocarsi nel luogo, dove si terranno le Congregazioni, e Adunanze, ed ivi conservare tutte le suddette scritture, sotto tre chiavi, da ritenersi una dal Console, l' altra dal Camerlengo, e la terza dal Notaro, e Secretario, ed uno senza l' altro non possa aprirlo, ed occorrendo estrarre qualche Scrittura da detto Archivio, dovrà quello che la riceve, farne nota di propria mano, e lasciarla dentro il medesimo per lacerarla quando si riporta detta Scrittura.

CAPITOLO XXI.

Delle facoltà della Congregazione, e Adunanza Generale.

Che sia lecito in ogni tempo alla Congregazione, o Adunaoza Generale non solo di moderare, e riformare li presenti Statuti, me ancora formarne altri di nuovo, e prendere altre prudenziali Provisioni, e Ordinazioni giusta le circostanze de' tempi, e successi, che potrebbero nascere, e giusta le facoltà permesse dal Diritto Civile, e Municipale di questa Città di Roma.

CAPITOLO XXII.

Dell' osservanza de' presenti Statuti

Che tutti, e singoli soggetti, ed in qualsivoglia modo addetti alla medesima, de' quali sopra se ne è fatta individua menzione, tanto presenti, che futuri siano obligati all' esatta osservanza de' presenti Statuti, e di altri da farsi in ogni tempo, e siano obligati, e sottoposti alle tasse, pene, e Mano Regia imposte, e da imporsi io avvenire, e gli Officiali da eleggersi dovranno nell' atto di prendere il possesso de' loro rispettivi offici, giurare di beoe, e fedelmeote esercitarli, e di osservare, e fare osservare li preseoti Statuti.

CAPITOLO XXIII.

Che le Congregazioni, e Adunanze non possano adunarsi senza la licenza degli Illustrissimi, ed Eccellentissimi Signori Conservatori, e senza l' intervento di uno dei Fedeli a tenore delli Statuti di Roma Libro terzo Capitolo 44 e non altrimenti ec.

Nos Comes etc. Nicolaus Bielk Almæ Urbis, ejusque Districtus Senator.

Approbatio Statutorum pro parte Excellentissimi Senatoris Urbis.

Præinserta statuta nuper efformata, atque confecta per Fornaciarios, et

Digitized by Google

Fabricatores Calicum Vitreorum, et Crystallorum ordinariorum in præsenti volumine Foliorum XI. = destinctim, ac separatim divisa, a Nobis visa, diligenter examinata, ac mature perpensa, dummodo tamen sint licita, et honesta, monopoliaque non contineant, nec contra Urbis Statuta sint, et faciant, nec in detrimentum Reipublicæ tendant, approbamus, et confirmamus ac omnino servari, et exequi volumus et mandamus non solum isto, verum etiam omni alio meliori modo. Datum Romæ ex Ædibus Nostris Capitolinis hac die trigesima Mensis Aprilis 1759.

A. Bielk Senator

Loco ✠ Signi

Pro D. Prot. Illmi, et Exmi D. A. V. Senatoris

Philippus Maria Monetti Sub. inf. C.

Nos Horatius Falconerius, Philippus de Vetera, et Comes Antonius Soderini Almæ Urbis Conservatores.

Approbatio eorumdem pro parte Illustrium Urbis Conservatorum.

Retroscripta Statuta de recenti formata, et confecta per Fornaciarios, et Fabricatores Calicum Vitreorum, et Crystallorum ordinariorum in præsenti volumine contenta foliorum undecim, distinctim, et separatim divisa in Capitulis viginti tribus a Nobis visa, diligenter examinata, ac mature circumspecta, et accurate perpensa, tamquam justa, ac rationabilia vigore facultatum Nobis concessarum a statuto Almæ Urbis, approbamus, et confirmamus, dummodo tamen sint licita, ac honesta, nec tendant in damnum Reipublicæ, monopoliaque non contineant, neque contra eadem statuta faciant, et ita servari, ac exequi volumus, et mandamus non solum etc. sed omni etc. Datum Romæ in Palatio Nostræ solitæ Residentiæ Capitolinæ hac die 2 Maii 1759.

Nos Horatius Falconerius Cons.
Philippus De Vetera Cons.
Antonius Soderini Cons.

Loco ✠ Signi

Cesar Diamilla Illmorum, et Exmorum DD. Almæ Urbis Conservatorum Notarius.

Supra relata Statuta, Apostolica sanctione approbantur, et confirmantur.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ipsi exponentes Statuta hujusmodi, quo firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent; Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati præinserta Statuta, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes Literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab iis respective inviolabiliter observari sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur contrariis.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Urbis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die quinta Maii Millesimo Septingentesimo quinquagesimo Nono Pontificatus Nostri Anno primo.

LXXII.

Dat. die 6. Maii 1759. Ann. I.

Confirmatio veteris Statuti Civitatis Cæsenæ in ea parte, qua præscriptum reperitur salarium, seu merces Notariorum pro Instrumentorum et Testamentorum confectione, eorumque copiis.

Paulus II. Costit. edit. An. 1465. 12 Kal. Febr. plura privilegia Cœsenatensis Civitatis confirmavit, Comunitati reditus, et Comitatum donavit, et Censum Annuum Cameræ Apostolicœ persolvendum constituit. De Emphytheuticis bonis in Territoro Cœsenae agit Const. Innocentii VIII. edit. 1489. Febr. 20. Statuta Civitatis Cœsenae, et privilegia quamplurima confirmavit, nonnulla de novo concessit Paulus III. constit. edit. 1535, Decemb. 30. Quo ad regulas servandas in Causis primae, et ulterioris instantiae nec non quoad taxam Notariorum Civilium, et Criminalium agit Constitutio altera ejusdem Pontificis anni 1548. Martii 9. De investituris Emphytheuticis habetur Const. Pii IV, edit. anno 1563. Augusti 17. nec non de ipsius Emphytheuticis bonis Constit. altera Gregorii XII. Anni 1575. Maii 3. quae omnes in Bullario Mainardi non reperiuntur insertae.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Petitio pro confirmatione veteris Statuti quoad taxas Notariorum pro Instrumentis, et testamentis.

§. 1. Sinceræ fidei, et devotionis affectus, quem dilecti filii Consiliarii, ac Communitas, et homines Civitatis Nostræ Cæsenaten erga Nos, et hanc Sanctam Sedem gerere comprobantur, Nos inducit, ut eos specialis favore gratiæ prosequamur. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dicti Consiliarii, quod inter Rubricas Statuti Civitatis prædictæ, duæ reperiuntur ad instrumenta, ac mercedem, seu summam, publicis dictæ Civitatis Notariis, pro ejusmodi Instrumentorum rogitu, contractu, subscriptione, et exemplo vulgo exemplatione debitam spectantia, prout constat ex libro impresso statutorum Cæsenæ pag. 51. de Instrumentis per Notarios complendis, et in eorum protocollis extendendis, et per partes reluendis tenoris sequentis. „ Ut utilitatibus tam Notariorum Civitatis Cæsenæ, ejusque Comitatus, „ vel Districtus, ad quos recursus habetur pro Instrumentis, et aliis scripturis per ipsos conscribendis, quam „ etiam singularium personarum ejusdem Civitatis, Comitatus, vel districtus provideatur, salubriter, et „ ut dissidiis, negligentiis, ex parte „ dictorum Notariorum quam pluries „ evenientibus, eo quod cessant instrumenta, et scripturas per eos rogata „ autenticare, et personis, ad quas „ spectant tradere longevas inducias exquirendo, et per hoc jacturas et damna enormia, et non modica eos „ interdum incurrere contigit, similiter provideatur. Statuimus, et præsenti edicto sancimus, quod omnes, „ et singuli Notarii Civitatis, Comitatus, „ et Districtus Cæsenæ teneantur, et „ debeant sub virtute præstiti juramenti, et pœnis aliis arbitrio Domini Vicarii, seu Potestatis, et ejus Judicum auferrendis, scribere, et scribant diligenter, et ordinate in eorum protocollis, seu libris omnia, „ de quibus fuerint rogati. Et quando „ requirantur, ab aliis, ad quos spectant dare, et cum effectu tradere „ sub pœnis prædictis teneantur, et „ debeant, omnia, de quibus rogati „ extiterint, infra quintam diem a die „ requisitionis computandos, nisi justa, et rationabili causa eorum Sacramento probanda excusari meruerint; „ quo casu in pœnam statuti incidisse minime intelligantur. Et hoc pro „ salario convento vel alias in statutis „ Communis, etPopuli contento loquentibus, super solutione Notariorum dictæ Civitatis, et Comitatus, et scripturarum earumdem: Et simili modo statuimus, quod pars, seu partes „ sive persona recipere debens, vel habere aliqua Instrumenta, vel scripturas ab aliquo Notario, teneatur, „ seu teneantur, ipsas scripturas vel instrumenta, quas, vel quæ petiit, seu „ petiierint pubblicari, recipere, et „ etiam petere, et reluere a Notario, „ et solvere eidem salarium conventum, vel alias debitum, et taxatum „ per formam dictorum statutorum, „ infra terminum supradictum quinque dierum ad omnem requisitionem Notarii scribentis, eadem sub „ pæna arbitrio dicti Domini Vicarii, „ seu Potestatis, vel ejus Judicis auferenda. Et teneantur, et debeant Notarii, quoties ipsos Notarios, contractus, seu ultimas voluntates in pubblicam formam redigere contigerit, „ illas, seu illos extense, et intelligibiliter sine aliqua abbreviatura, nul-

„ lo verbo interposito, quod supple- „ tione vel interpretatione egeat, de „ verbo ad verbum, nullo addito, vel „ diminuto, quoad actus substantiam, „ seu naturam mutare habeat, prout „ et sicut actum fuerit inter partes tem- „ pore actus, de quo rogatus extiterit „ celebrari, sub pœna superius expres- „ sa, ponere, scribere, seu notare. Et „ in prædictis fiat ratio, seu jus, tam „ Notario, quam partibus summarie, de „ plano, absque libello, vel alia juris „ solemnitate, etiam tempore feriato, „ et hoc sit præcisum. Addimus, quod „ Notarius, qui fuerit de aliquibus scri- „ pturis, vel Instrumentis rogatus pos- „ sit compellere partes ad illas in pu- „ blicam formam accipiendas, et eidem „ de mercede competenti solvenda, „ non obstante dicto statuto = Reliqua vero ad salarium, seu mercedem pro Instrumentorum confectione ex eodem libro statutorum pag. 101 tenoris sequentis, videlicet „ Excessivas, et inju- „ stas Notariarum exactiones pro In- „ strumentorum, Testamentorum, seu „ aliarum quarumcumque dispositio- „ num confectione refrenantes, et par- „ tim Constitutioni Magalottæ inhæ- „ rentes, disponimus, et ordinamus, „ Notarios de Testamentis, Codicillis „ Donationibus causa mortis, aut cu- „ juslibet alterius ultimæ voluntatis, „ et etiam Donationibus inter vivos ro- „ gatos, pro ejusdem Testamenti, Co- „ dicillorum, Donationis causa mortis, „ seu alterius ultimæ voluntatis, et Do- „ nationis inter vivos publicatione, au- „ tenticatione, seu in publicam, et „ autenticam formam reductione, si „ res donata, seu hæreditas ascende- „ rit ad valorem librarum quinqua- „ ginta, posse, et debere consequi de- „ narios decem pro qualibet libra; ab „ inde usque ad centum, denarios octo; „ ab inde vero usque ad ducentum, „ denarios sex; ab inde supra usque ad „ quamcumque summam, pro qualibet „ libra denarios quatuor, dummodo sa- „ larium, seu merces prædicta, quan- „ titatem decem scutorum non exce- „ dat, quod tamen locum habere vo- „ lumus, ubi essemus in suis hære- „ dibus, vel his, quibus hæreditas de „ qua agitur ab intestato deffertur, vel „ etiam in consanguineis, et affinibus „ testantis, codicillantis, aut alio quo- „ libet modo disponentis, ut supra us- „ que ad quartum gradum: in extra- „ neis vero, et aliis personis, quibus „ hæreditas ab intestato non defferre- „ tur, seu in consanguineis, et affi- „ nibus ultra quartum gradum, No- „ tarii de Testamentis, et aliis dispo- „ sitionibus supradictis, pro eorum „ mercede, ut supra consequi possint, „ et debeant summam, ut supra taxa- „ tam, et tertiam partem plus, ultra „ quam summam Notarius, nec sub „ prætextu peritiæ, nec cujuscumque „ laboris, nec alia quavis ratione, vel „ causa aliquid prætendere possit, sed „ huic sanctioni Nostræ omnino ac- „ quiescere debeat.

Tenor secundæ rubricæ veteris statuti.

„ In publicatione autem, sive au- „ tenticatione aliorum Instrumento- „ rum, servari volumus, et manda- „ mus distinctionem statuti sub Ru- „ brica de solutione Notariorum, du- „ modo tamen merces Notarii, de quo- „ cumque Instrumento rogati, quanti- „ tatem sex scutorum non excedat, eo- „ dem statuto, quoad mercedis quan- „ titatem penitus abrogato.

„ Similiter quoad omnia idem sta- „ tutum observari volumus in Instru- „ mentis tutelæ, curæ, actorum pu- „ pillorum, minorum, furiosorum, et „ aliarum similium personarum, tam „ ubi inventarium conficiendum erit, „ quam ubi non erit conficiendum ju- „ xta ejusdem statuti distinctionem, et „ formam, quibus etiam casibus, in- „ ventariis conficiendis addatur Instru- „ mentum aditionis hæreditatis cum „ beneficio inventarii, cujus merces „ per similes ejusdem statuti casus re- „ guletur; Et ut quoad hoc omnis „ verborum ejusdem statuti ambigui- „ tas removeatur, florenum, de quo „ in hoc proposito statutum loquitur, „ intelligi volumus juliorum quinque, „ abrogata quacumque alia interpreta- „ tione hactenus observata.

„ Declarantes insuper taxationes, „ limitationes, et moderationes præ- „ dictas in relevandis, seu publican- „ dis Instrumentis, Testamentis, et aliis „ quibuscumque dispositionibus intel- „ ligi, et inviolabiliter observari de- „ bere, non solum in rogandis, et pu- „ blicandis in futurum, sed etiam in „ antea rogatis, et confectis. Nam et „ pro illorum autenticatione, quæ su- „ pradicta sunt, observari mandamus.

„ Intelligantur tamen prædicta pro „ primis extractionibus, seu publica- „ tionibus Instrumentorum, Testamento- „ rum, et aliarum dispositionum, pro „ quibus merces supra taxata integre „ debeatur, si vero ultra primam ex- „ tractionem, aliæ postea extractiones „ ad cujusvis personæ instantiam per „ Notarium fieri contingat, tunc pro

„ secunda, vel ulteriori extractione, eam „ habeat mercedem, quam statuimus „ pro simplici copia in authenticam „ formam redacta.

„ Notarius non prohibeatur, partem in Instrumento, Testamento, aut „ alia quavis dispositione interesse habentem, jure medio compellere ad re„ levandum Instrumentum, juxta di„ spositionem statuti sub Rubrica *de* „ *Instrumentis per Notarium complen*„ *dis etc.* dummodo tamen taxationes „ prædictæ serventur, et Instrumentum „ ea contineat, quæ a statuto prædicto re„ quiruntur; et ulterius etiam dummodo „ Instrumentum, vel Testamentum non „ sit cassatum, vel alias non sit tale, „ ex quo pars nullum sentiat de præ„ senti commodum, aut emolumen„ tum, quibus casibus pars, instrumen„ tum, aut aliam dispositionem rele„ vare, et Notario mercedem solvere „ non teneatur, nisi quatenus de ejus„ dem processerit voluntate.

„ Et quia quandoque evenit, ut „ quis Instrumentum, Testamentum, „ vel aliam dispositionem videre, se„ que de juribus suis informare cu„ piat, Notarius autem ostendere, eique „ copiam facere recuset, nisi *releves*, „ et relevationis merces sibi persolva„ tur; volumus, ac decernimus, ut ad „ petitionem cujusque, Notarius, Instru„ mentum, Testamentum, aut aliam „ dispositionem per eum rogatam, ei„ dem ostendere, sibique etiam peten„ ti copiam facere teneatur, quæ ta„ men copia sit simplex sine subscri„ ptione, et signo, substantiam tamen „ dispositionis perfecte continens, et pro „ ejusdem Copiæ mercede, si Testa„ mentum fuerit, habeat Notarius ju„ lios tres; si vero Instrumentum cum „ pactis utilibus, vel cum Decreto, ju„ lios duos; sine pactis utilibus, vel „ sine Decreto Judicis habeat unum ju„ lium tantum. „

Non obstante secunda statuti Rubrica, consuevere Notarii Caesenatenses volentibus tantum Testamentorum, Codicillorum, et Donationum sumpta authentica tradere.

§. 2. Et licet secundo dicta rubrica statutaria semper habita, et observata sit, hac limitatione, prout constat ex publica majoris partis Notariorum Civitatis prædictæ attestatione per quam ipsi declarant, se tantummodo pro testamentis, codicillis, et donationibus, ex quibus partes commodum emolumentumque sentiunt, et percipiunt cogere, et compellere hæredes, legatarios, et donatarios ad recipienda sumta authentica testamentorum, codicillorum, et donationum, postquam tamen sortita fuerunt effectum, sed nunquam cogisse, neque compellere intendunt agentes instrumenta contractuum, aliarumque rerum ad suscipienda exemplaria instrumentorum peractorum, nisi ab illis exquiri possint, et sic se se semper exhibuisse, et exhiberi parati sunt, et alias prout in eorum attestatione uberius dicitur contineri, nihilominus præmissis non obstantibus, dilectus itidem filius Paulus Antonius Boni publicus ejusmodi Civitatis Notarius contenderet, agentes contractus suscipere debere haud restricte sumta authentica quorumcumque Instrumentorum ad quamcumque materiam spectantium per eum gestorum, subscriptorumque, eaque de causa, ipsi exponentes consentaneum esse existimarunt sese etiam judicialiter hanc injustam contentionem adversari, ut Civitas ipsa ab hujusmodi maximis incommodis indemnis remaneret etiam quoad alios Notarios, qui ex dicti Pauli Antonii exemplo moti id ipsum mente concipere, et exequi possent; ex hujusmodi capta resolutione dictus Paulus Antonius perterritus, et melius secum reputans limitatam facultatem per rubricam præscriptam, quam ipsius Civitatis Notarii habent, qui quempiam postquam aliquod instrumentum confecit ad suscipiendum illius exemplar in publicam formam redactum obligare nequeunt, esse exequendam, a sua sententia recessit, et tam suo, quam dilectorum quoque filiorum Petri Antonii, et Gregorii Casimiri Boni natorum suorum, Civitatis prædictæ Connotariorum nomine in forma juris valida se se obstrinxit se ullo unquam tempore similes contentiones promovere.

Ad praecidendas quascumque contrarias praetensiones, Consilium Caesenae a medio tollere secundam duxit Rubricam statuti super coactiva traditione Authenticorum sumptuum.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dicti exponentes abusus quoscumque, qui tractu temporis in præmissis irripere possunt, juxta resolutionem in generali dictæ Civitatis die x. Decembris MDCCLVII. habito consilio, de medio auferre secundodicta rubrica statutaria per Nos confirmari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutam fore censentes, hujusmodi

supplicationibus inclinati, præinsertam de salario, seu mercede Notariorum rubricam statutariam, ac omnia, et singula in ea contenta, et expressa auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, omnesque, et singulos tam juris, quam facti etiam substantiales defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus, et quatenus opus sit auctoritate et tenore præsentis perpetuo statuimus, et declaramus, ne ullo unquam tempore, Notarii Civitatis Cæsenaten. hujusmodi, partes quascumque tam de confectis, quam in posterum conficiendis instrumentis super quibuscumque contractibus (exceptis tamen de Testamentis, Codicillis, et Donationibus) ad recipienda sumta authentica dictorum Instrumentorum, nisi sponte requisiti fuerint, compellere possint.

Apostolica Auctoritate Statuti sanciones supra relatæ confirmantur, et declarantur, exceptis Testamentis, Codicillis, et donationibus, neminem a Notariis esse compellendum ad authentica sumpta recipienda invitum.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judiciari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Civitatis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus; et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die Sexta Maii Millesimo Septingentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri Anno primo.

Contrariorum derogatio

LXXIII.

Dat. die 25. Jun. 1759. Ann. I.

Interdicitur, et prohibetur ne in Ecclesiastica Ditione, post obitum Romani Pontificis, extraordinarii Magistratus, aut militum Duces eligantur, neque milites conscribi possint; idque ad Civitatem Velitrarum extenditur, decedente Cardinali Decano.

De militibus in Urbe adscribendis, deque confirmatione Magistratuum, et Officialium universæ Ditionis Pontificiæ, Sede Vacante, agit Const. Clem. XII. edit. 1732. Octob. 5., illiusque Chirographum diei 24. Decembr. ejusdem Anni.

Clemens Papa XIII.
Ad futuram rei memoriam

Exordium

Inter multiplices Officii Nostri curas, quibus non solum ad universæ Ecclesiæ regimen, sed simul etiam ad recte moderandam temporalem Ecclesiæ Romanæ ditionem pro viribus intenderc tenemur, eam necessario suscipiendam atque præcipuo studio adhibendam censemus, ut subditorum populorum perpetuæ quieti et tranquillitati consulamus, sublatis abusibus, qui eam perturbare facile possent; nec non statutis, privilegiis, aliisque quibuslibet indultis, quæ licet alias, quum primum confecta, sive concessa, aut confirmata fuerunt, publicæ utilitatis, rectique ordinis conservationi profutura forte viderentur, attamen immutata postmodum rerum, et temporum conditione, ad excitandas potius, fovendasque perturbationes idonea detecta sunt; reformatis, moderatis, seu respective cassatis et abrogatis, prout cum præsenti Reipublicæ statu, et recte constituti gubernii forma magis congruere, et ad veram, solidamque populorum felicitatem, experientia ipsa docente, salubriter expedire judicamus.

§. 1. Sane cum primum, superiore anno, vacante per obitum San. Mem. Decessoris Nostri Benedicti Papæ XIV. Apostolica Sede, in Urbem pervenimus, multa narrari audivimus de turbis, atque tumultibus, quæ in nonnullis Civitatibus, et Terris Ecclesiasticæ Ditionis acciderant, dum earum Cives, et In-

Enunciantur turbæ, et tumultu, postrema Sede Vacante, suscitati in Ecclesiastica ditione.

colæ arma temere cœperant, sub specie eas custodiendi, continendique in obsequio erga ipsam Apostolicam Sedem, atque efficiendi, ut justitiæ administratio recte, ut par erat, exerceretur: Mox autem Conclave ingressi, quum jampridem Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium ad consultandum super negotiis Status Ecclesiastici deputatorum adscripti essemus, ideoque specialibus Congregationibus interfuerimus, quæ eas ob causas ibidem sæpe habitæ sunt; de prædictis perturbationibus, et consequentibus inde gravissimis incommodis certius, distinctiusque cognovimus. Itaque postquam inscrutabili Divinæ Providentiæ consilio ad Summi Pontificatus apicem, quamvis immerentes, evecti, Ecclesiastici Principatus habenas suscepimus, nihil habuimus antiquius, quam ut accuratam Nobis rationem reddi juberemus de his, quæ in singulis locis, in quibus post obitum laudati Prædecessoris Nostri aliquid novatum fuerat, patrata, aut attentata fuisse dicebantur.

Commissariis prius ablegatis pro opportunis inquisitionibus, veniam deinde delinquentibus Apostolica benignitate concedit.

§. 2. Cum autem, non sine maximo animi Nostri dolore, acceperimus, perturbationes et scandala multo graviora, quam vulgo creditum fuerat, extitisse, eademque etiam aliqua ex parte nondum extincta esse, haud opportunum duximus præterita omnia oblivioni tradere, ac generalis veniæ indultum evulgare, quemadmodum pro ingenitæ Nobis clementiæ instinctu, et pro paterno Nostro erga subjectas Gentes amore, optatissimum Nobis fuisset sed justitiæ rigorem misericordiæ studio temperantes, id consilii cœpimus, ut ad unum, et alterum Ditionis tractum, ubi majores, et magis perniciosi motus extiterant, duos ab Urbe Præsules Commissarios ablegaremus, qui opportunas inquisitiones, sive processus instruerent, atque conficerent, cæterorum vero erratis, quamvis non levibus, dissimulando clementer ignosceremus. Hanc autem agendi lenitatem, et moderationem tunc cumulavimus, quum absolutis per Commissarios injunctis sibi muneribus, atque processibus per eos confectis, in Congregatione particulari per Nos ad id specialiter deputata libratis, atque discussis, quamvis hæc in eam sententiam convenerit, ut severioribus pœnis plecterentur, ac respective damnarentur plerique reorum, qui vel carceribus inclusi detinebantur, vel delictorum suorum conscientia in fugam acti, contumaces erant, Nos nihilominus, eos omnes promeritarum pœnarum interminatione ad saniorem mentem reduxisse, pacatisque Provinciis, quietem restituisse, contenti, illos quidem e carceribus liberos dimitti, hos autem ulterius non molestari mandavimus. Cæterum in eam curam studia nostra convertimus, quam providi et paterni animi Principem magis decere existimavimus, ut opportuna potius pararemus remedia, quibus futura mala præcaverentur, quam ad præterita crimina vindicanda publicæ animadversionis aciem intenderemus.

Veteri abrogata consuetudine, prohibetur ne Sede Vacante ulla fiat immutatio circa consuetum Gubernium Ecclesiasticæ Ditionis sub perduellionis pœna.

§. 3. Itaque præ oculis habito diverso rerum statu, et longe mutata temporum conditione, ob quam, licet alias utile forsan, vel saltem ferendum videri potuerit, ut vacante per obitum Romani Pontificis Apostolica Sede, Ecclesiasticæ Ditionis Subditi suarum respective Civitatum quoddam veluti gubernium assumerent, easdemque pacatas, in ipsius Apostolicæ Sedis fide servandi curam in se susciperent; nunc tamen hujusmodi agendi ratio nec ullo modo necessaria dignoscitur, et in publicæ potius quietis atque securitatis detrimentum vergere deprehenditur: aliisque justis de causis per Nos matura deliberatione pensatis; nec non Motu proprio, et certa scientia, ac de Apostolicæ, et Supremæ Nostræ potestatis plenitudine, præsentium Literarum tenore, omnibus et singulis quarumcumque Civitatum, Oppidorum, Terrarum Castrorum, aliorumque Locorum Ecclesiasticæ Ditionis, Nobis, dictæque Sedi Apostolicæ immediate, vel mediate subjectorum (præterquam Almæ Urbis et Bononiensis, ac Ferrariensis Civitatum, ac Legationum, quibus jam per Prædecessores Nostros Romanos Pontifices opportune consultum fuit, et Nos uberius providere non omittemus, quoties ita necessitas postulare videatur) Communibus, et Hominibus, eorumque Magistratibus, Ordinibus, et Consiliis, etiam Generalibus, Populisque universis, districte, ac perpetuo prohibemus, et interdicimus, ne postquam Nos, Deo disponente, ex hac vita migrare contigerit, et successivis temporibus quotiescumque Apostolica Sedes per obitum Romani Pontificis vacaverit, temporarios quoscumque Civitatum, aut Populi Magistratus, sive Rectores, aut Militum Duces, seu Regionum Capita, vulgo *Caporioni*, vel aliter nuncupatos Officiales eligere aut constituere, neque Milites conscribere, aut Militiam Urbanam armare, neve aliud quidquam

circa consuetum gubernii, statum, et ordinariam regiminis methodum innovare, aut mutare audeant seu præsumant; Declarantes, omnes et singulos, quicumque hanc nostram Constitutionem, districtamque prohibitionem sive seorsim singuli, sive conjunctim cum aliis violaverint, aut eidem facto contraire tentaverint, perduellionis, et læsæ Majestatis in primo capite reatum incurrere; proindeque ultimi supplicii et publicationis omnium bonorum pœnis, ipso jure ac ipso facto obnoxios fore, et censeri; iisdemque cum effectu puniri debere; sublata cuilibet aliter judicandi, et statuendi facultate, et auctoritate.

Abrogantur quæcumque indulta, et privilegia præcedenter concessa, et præsenti sanctioni contraria.

§. 4. Utque omnia prorsus hujusmodi perturbationum, et scandalorum germina, quæ futuris aliquando temporibus iterum pullulare possent, radicitus evellantur; Nos simili motu, scientia, et potestatis plenitudine, omnia et singula dictarum Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Castrorum, et Locorum Statuta, etiam juramento, confirmatione Apostolica, licet in forma specifica, vel quovis alio firmitatis genere roborata: privilegia quoque, et indulta, eisdem, eorumque Communibus, Magistratibus, Consiliis, et Hominibus, etiam per Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, eorumque auctoritate, et mandato, quavis occasione, vel causa, etiam onerosa, aut alias speciali, et individua mentione digna, et singularium meritorum, aut servitiorum eidem Apostolicæ Sedi præstitorum intuitu, sub quacumque forma concessa, ac pluries confirmata et innovata, nec non consuetudines, quantumvis longissimi, et immemorabilis temporis usu continuatas, quatenus earumdem præsentium sanctioni adversari dicantur, abrogamus irritamus, penitusque delemus, ac de medio tollimus per præsentes, quum maxime pleraque hujusmodi statuta, privilegia, et consuetudines, quæ ad sustinendum præfatum morem allegari solent, nequaquam subsistere seperta sint; si qua vero firmiori fundamento forsan innixa videantur, ea aut originem duxerint a retroacti temporis necessitatibus, quæ mutato rerum statu jamdiu cessarunt, aut in abusum et corruptelam conversa, ad publicæ utilitatis conservationem revocari, et aboleri mereantur.

Urnæ, seu *Bussoli de Caporioni* pro regimine suscipiendo Gubernii, Sede Vacan. te aboleantur, et proscribantur.

§. 5. Cum itaque Nostræ intentionis sit, et absolutæ voluntatis, ut prædictarum omnium Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Castrorum, et Locorum Ecclesiasticæ Ditionis, gubernium regimen, et administratio, tam in Politicis, et Criminalibus, quam in Civilibus, et Œconomicis, Apostolica Sede vacante, nulla penitus innovatione, aut mutatione facta, apud eosdem Jusdicentes, Ministros, et Officiales, sit et permaneat, qui Sede plena, eidem legitime præpositi erant, et præesse debebant; idcirco per easdem præsentes statuimus, præcipimus, et mandamus ut ubicumque mos erat, etiam ex statuto, privilegio, aut consuetudine, ut singulis annis, vel alio recurrente termino, conficerentur, aut renovarentur Urnæ quædam Rectorum, aut Ducum Populi, aut Militum, vulgo *Bussoli de' Caporioni*, seu alio nomine nuncupatæ; in eum scilicet finem, ut eveniente Romani Pontificis morte, statim sortitio fieri posset eorum Civium, qui ejusmodi munera assumerent, aut alia quacumque ratione, in jurisditionis et gubernii exercitio, et in publicarum rerum administratione se ingererent, ejusmodi Urnæ, seu *Bussoli*, ex nunc imposterum amplius non conficiantur, aut renoventur: quæ vero jam confectæ sint, quam primum confringantur, deleantur, et omnino aboleantur.

Publica affixio, et annualis lectura hujus Constitutionis in primo Generali Concilio cujuscumque loci demandetur.

§. 6. Præterea, ut præsens Nostra Constitutio perpetuis futuris temporibus inviolabiliter servetur, nec ulla umquam oblivione aut negligentia, quidquam de ipsius effectu, aut vigore depereat, volumus, et præcipimus, ipsarum præsentium Literarum authentica exempla, una cum earumdem italica versione, non solum in singulis dictarum Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Castrorum, et Locorum Apostolicæ Sedi immediate vel mediate subjectorum, Officiis, seu Cancellariis Criminalibus, et Prioralibus affixa proponi, et perpetuo retineri, sed etiam Codicibus, seu libris Statutorum inseri, et alligari, ita ut eorum partem constituant, et constituere censeantur; ac insuper in primo cujusque anni Concilio publice legi, earumque observantiam, et exequutionem ab omnibus et singulis Consiliariis, quum primum electi fuerint, antequam ad offici munera exercenda admittantur, nec non a novis quibusque Magistratibus Gonfaloneriorum, Priorum, Antianorum, Sapientum, Massariorum seu alio quocumque nomine nuncupatorum, in ipso actu capiendæ possessionis proprii cujusque Magistratus, et Officii, in manibus Gubernatorum, seu Locumtenentium, aut Potestatum, aliorumque Superiorum ibidem ad tempo-

rale gubernium, et regimen a Sede Apostolica constitutorum, jurejurando interposito, sponderi et promitti, sub pœna nullitatis omnium, et quorumcumque actuum, quos ii peragerent, qui se non præstito prius hujusmodi juramento, in prædictorum officiorum exercitio immiscerent, nec non immediatæ remotionis ab eisdem, ac perpetuæ inhabilitationis ad eadem officia deinceps assequenda.

Pro Civitate Velitrarum eveniente obitu Eminentissimi Episcopi, extenditur præsentis Constitutionis sanctio.

§. 7. Quoniam vero abusus ejusmodi, qui in cæteris Ecclesiasticæ Ditionis Civitatibus, et Locis, obeunte Romano Pontifice, acciderunt, aut accidere poterant, iidem plane in Civitate nostra Velitrarum, eveniente obitu S.R.E. Cardinalis Episcopi Ostiensis, et Veliternensis, qui temporale quoque ejusdem Civitatis gubernium et regimen obtinet, et alias accidisse, et futuris quandoque temporibus evenire posse noscuntur; idcirco Nos pari motu, scientia, et potestatis plenitudine, quæcumque superius pro cæteris Ecclesiasticæ Ditionis Civitatibus, et Locis præscripsimus, prohibuimus, statuimus, et mandavimus, eadem omnia et singula, pro dicta quoque Civitate Velitrarum præscripta, prohibita, statuta, et mandata esse, et censeri decernimus, ac earumdem præsentium tenore ad eamdem Civitatem, ejusque statuta, ac privilegia quæcumque, nec non consuetudines, et ad ipsius Magistratum, Consilium, et Homines expresse extendimus, sub iisdem pœnis, legibus et sanctionibus, quibus præmissa interdiximus, abrogavimus, et respective jussimus, atque præcipimus. Et quia facultates Ministrorum, et Officialium a Cardinali Episcopo pro tempore deputatorum, eodem decedente, expirarent, atque deficerent; ideo Nos, ex nunc, prout ex tunc, quoties et quibuscumque vicibus Ecclesiam, et Civitatem Velitrarum, per obitum Cardinalis Episcopi, consueto regimine viduatam manere contigerit, volumus, et statuimus, eosdem Gubernii temporalis Ministros, et Officiales, qui a Cardinale novissime defuncto constituti fuerant, in demandatorum sibi munerum exercitio, donec Episcopatus, et regiminis temporalis possessio a Successore Episcopo Cardinale realiter capta fuerit, cum iisdem facultatibus, et jurisdictione, quibus in vim deputationis a Prædecessore habitæ gaudebant, ad beneplacitum Romani Pontificis, et cum debita dependentia a prædicta Congregatione Cardinalium super Consultationibus Negociorum Status Ecclesiastici deputatorum, permanere, dictisque jurisdictione, et facultatibus uti, eodem plane modo, quo dum Cardinalis Episcopus viveret, ea exercebant, iisque respective utebantur.

Decretum irritans

§. 8. Volumus demum, has Nostras Literas, omniaque, et singula in eisdem statuta, atque præscripta, semper valida, et firma existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus in singulis respective locis, et casibus superius expressis perpetuo sortiri et obtinere, et ab iis ad quos pro tempore quandocumque spectabit, plenissime observari; sublata omnibus et quibuscumque, etiam S.R.E, Cardinalibus, etiam de latere Legatis, ac eorumdem Cardinalium Congregationibus aliter decernendi, et statuendi potestate, et si secus super his per quoscumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac etiam communibus Provinciarum, Ducatuum, Comitatuum, et Regionum prædictæ Ditionis Ecclesiasticæ statutis, constitutionibus, privilegiis, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus: quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis eorumque integris tenoribus, ac formis, occasionibus, et causis specifica, et individua, non autem per clausulas generales, mentio, et expressio habenda foret, ad præmissorum effectum dumtaxat, satis derogatum esse, et fore decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 10. Præsentium autem Literarum transumptis etiam impressis, manu Dilecti Filii Secretarii præfatæ Congregationis super Consultationibus Negociorum Status Ecclesiastici, vel etiam alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eamdem fidem ubique, in Judicio, et extra adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostesæ.

Sanctio pœnalis

§. 21. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum prohibitionis, declarationis, abrogationis, derogationis, statutorum, præceptorum mandatorum, decretorum, et voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis Anno Incarnationis

Dominicæ millesimo Septingentesimo Quinquagesimo nono, Septimo Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Primo = C. Card. Pro-Datarius = D. Card. Passioneus = Visa de Curia J. C. Boschi = Loco ✠ Plumbi = L. Eugenius.

LXXIV.

Dat. die 7. Jul. 1759. Ann. II.

Archiepiscopo Farsaliæ, Generali in Regnis Hispaniarum Inquisitori gratulatur, quod in proscriptos a Sancta Sede libros sub titulis *Histoire du Peuple de Dieu*, et de *l'Exprit* sua auctoritate animadverterit, nec non contra scripta Societati Jesu calumniosa

Pontificia Decreta, queis proscribuntur libri de quibus in præsenti Epistola sermo est, habes supra sub Num. XXIII. et XXXIV.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem

Sacram in Hispanicis Regnis Inquisitionem commendatur pro impenso studio ad sarctam tectam Catholicam Religionem servandam.

§. 1. Præclaram, quæ jam antea Nobis inerat opinionem, persuasionemque de eximia studii zelique contentione, qua ab isto sacræ Inquisitionis Tribunali, et a te præsertim Venerabilis Frater (quem magna cum Nominis Tui laude eidem præsse lætamur) assidue advigilatur, tum ad Sartam tectamque servandam in istis Catholicis Regnis Sacrosanctæ Religionis puritatem, tum ad arcenda propulsandaque ea omnia, quæ ipsi detrimentum afferre possunt, ac potissimum ad præcavendos Christifidelium animos a corruptione pravorum librorum, qui vel erroris, vel scandali ansam præbere possunt, mirum in modum confirmarunt obtequentissimæ Fraternitatis Tuæ literæ, quas die XXII. proxime præteriti mensis Maij ad Nos datas summa cum Pontificii cordis Nostri voluptate excepimus. Iis enim Fraternitas Tua non solum Nobis significavit quidquid a te gestum et pro publicatione, et debita omnimodaque observantia Apostolicorum decretorum contra secundam, et tertiam Populi Dei Historiæ partem, et contra librum *de l'Exprit* inscriptum ab hac Sancta Sede Apostolica editorum, tibique a Ven. Fratre Hieronymo Archiepiscopo Laodiceæ Ordinario Nostro et memoratæ Sedis in Hispaniis Nuntio, jussu nostro redditorum exequutione; verum etiam quidquid agere opportunum duxisti quoad scripta quædam Societati Jesu calumniosa, quæ ut asseris, olim proscripta, rediviva apparuerant, nec non et alia, quæ ad suscitandas controversias antiquas jam finitas ab ejusdem Societatis emulis in lucem revocata fuisse judicasti. In quo pariter obsecundare te profiteris his, quæ prædictus Nuntius Noster Fraternitati Tuæ exposuerat de animi nostri sensibus, quibus erga Societatis prædictum Institutum, non aliter, quam Prædecessores Nostri Romani Pontifices affecti sumus.

Causam exprimit cur Apostolico in Hispaniis Nuntio eccitamenta fuerint data, ut Pontificis sensus erga Societatem Jesu aperiret.

§. 2. Neque vero aut Nostra voluntate, aut aliorum impulsu adducti fuimus, ut de Fraternitate Tua, aut de Tuo Tribunali, quasi in vestro munere deficeretis, aliquo modo dubitaremus, sed potius ad satisfaciendum officio nostro excitati candide aperiendam declaramdamque duximus veram mentem, sentemtiamque Nostram, de qua ob varias assertiones in regionibus tam longe a Nobis positis disseminatas, dubietas oppido non contemnenda in Populo orta erat. Quemadmodum vero hac de re rogati fuimus a pluribus istorum Regnorum Prælatibus, et Antistitibus, quorum quidem expositionibus plurimum deferendum esse arbitramur, tum ob existimationem honoremque, quo totum Venerabilium Fratrum Catholicæ Ecclesiæ Antistitum Ordinem prosequimur, tum propter fidem, quam iidem merentur, tunc præsertim cum sibi commissarum Ecclesiarum necessitates oculis Nostris subijciant, ita necessarium omnino reputavimus laudato Hieronymo Archiepiscopo, et Nuntio Nostro committere, et mandare, ut ubi, et cum quibus opus esset, id, quod Nos ad justitiæ veritatisque tramites de propositis ab illis materiis sentiremus, et cogitaremus declararet. Cæterum exploratum habentes, quod Tu quoque, Venerabilis Frater, pari æquitate, prudentiaque judicia actusque Tuos moderando, gravissimi, quod exerces ministerii partes omnes implere non prætermittas; [illegible] proinde reliquum Nobis est, quam merita eapropter Apostolicarum laudum præconia Fraternitati Tuæ tribuere, eamque de singulari nostra benevolentia certam reddere. Hujus interim pignus esse volumus Apostolicam Benedictionem, quam Tibi, Venerabilis Frater, peramanter impertimur. Datum

Digitized by Google

Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVII. Julii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Secundo

---

LXXV.

Dat. die 27. Jul. 1759. Ann. II.

Monasteria S. Christophori, et S. Marthæ. Civitatis Brixien a subjectione Ministri Provincialis Provinciæ Brixiæ Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia eximit, et immediatæ curæ, atque regimini Episcopi Brixien. supponit.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei Memoriam

Regimen, curam, et gubernium Monasteriorum S. Christophori, et S. Marthæ Brixien, quæ Minoribus de Observantia subjecta erant, abdicare in Pontificis manibus postulatur.

§. 1. Injuncti Nobis per abundantiam divinæ gratiæ Pastoralis officii sollicitudo postulat, ut ad ea, per quæ prospero Monasteriorum devoti fæminei sexus statui, quod nobis integrum est, opportune consulitur, ejusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Clemens a Panormo Minister Generalis Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum ad sui notitiam pervenerit, et experientia compertum habeat, quamplurima ex regimine, cura, gubernio, et administratione Monasteriorum Monialium Sancti Christophori, et Sanctæ Marthæ Civitatis Brixien ejusdem Ordinis Sancti Francisci sub regula Sanctæ Claræ pro tempore existenti, Ministro Provinciali Provinciæ Brixiæ ipsius Ordinis subjectorum, tam Ministro Provinciali, et Provinciæ Alumnis, quam Monialibus prædictis incommoda exoriri, et afferri, ac propterea proprium, et consentaneum esse ducit curam, regimen gubernium, et administrationem dictorum duorum Monasteriorum a Provincia, et Ministro Provinciali, et Ordine prædictis abdicare, et in manibus nostris remittere. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Postulatam Monasteriorum abdicationem, et demissionem Pontifex admittit, et recipit.

§. 2. Nos pijs ejusdem Clementis Ministri Generalis votis hac in re, nec non curæ, regimini, gubernio, et administrationi prædictis quantum cum Domino possumus providere, ac consulere, nec non, peculiari Nostra erga quæcumque Sanctimonialium Monasteria charitate, quibusvis incommodis occurrere cupientes, eumque Clementem Ministrum Generalem a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, abdicationem, demissionemque memoratorum Monasteriorum Sancti Christophori, et Sanctæ Marthæ Civitatis Brixien Ordinis Sancti Francisci sub regula Sanctæ Claræ, per memoratum Clementem Ministrum Generalem sponte, et libere factam, auctoritate Apostolica tenore præsentium admittimus, et recipimus, ipsaque Monsateria vix abdicata, et dimissa cum omnibus, et singulis illorum bonis, juribus, annexis, et connexis, ac pertinentiis universis, ab omni prorsus cura, regimine, gubernio, et administratione moderni, et pro tempore existentis Ministri Provincialis Provinciæ Brixiæ dicti Ordinis, ac Fratrum ab eo deputatorum, auctoritate, et tenore præfatis dismembramus, et separamus, ac dismembrata, et separata esse, et fore decernimus, atque declaramus.

Superioribus, et Fratribus de Observantia prohibet ne imposterum ullam vel spiritualem, vel temporalem, Monasteriorum directionem gerere debeant, neque cum Monialibus ullo modo communicare sub excomunicationis poena.

§. 3. Atque omnibus, et singulis ejusdem Provinciæ, Superioribus, Fratribus, et personis quacumque auctoritate, Superioritate, et Dignitate fungentibus, et futuris in virtute sanctæ obedientiæ prohibemus, ne quispiam, eorum sub quovis quæsito colore, causa, ingenio, et ratione deinceps in cura, regimine, et administratione, atque gubernio sive spirituali, sive temporali Monasteriorum prædictorum, aut alterius eorum, illorumque Monialium, ac aliarum in eis degentium, quomodolibet se se immiscere, neque ad Monasteria prædicta, vel ad eorum crates accedere, neque per epistolia et literas sive directe, sive indirecte cum dictis Monialibus, aliisque in Monasteriis præfatis commorantibus communicare sub excommunicationis pœna latæ Sententiæ, a qua nemo nisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existenti, præterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium obtinere queat, et suspensionis a Divinis ipso facto, absque alia declaratione incurrendæ, aliisque Nostro et Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio imponendis pœnis, audeat, seu præsumat.

Digitized by Google

Monasteria sic dimissa, et abdicata, curæ regimini, et gubernio submittit Episcopi Brixiensis, illiusque pro tempore successorum.

§. 4. Vicissim vero, plurimam de Venerabilis Fratris moderni Episcopi Brixien fide, prudentia, pietate, dexteritate, integritate, et Religionis zelo ex Regularis Disciplinæ observantia fiduciam habentes, quemadmodum de illius successoribus Nobis pollicemur, et in Domino confidimus, immediatæ illius curæ, regimini, gubernio, et administrationi, Monasteria præfata Sancti Christophori, et Sanctæ Marthæ Civitatis Brixien, atque illorum Moniales, aliasque personas in eis degentes cum omnibus, et singulis ad Monasteria præfata, illorumque curam, regimen, gubernium, et administrationem in spiritualibus, et temporalibus nunc et pro tempore quandocumque spectantibus, et pertinentibus, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo subjicimus, et supponimus, atque subjecta, et supposita esse, et fore volumus, decernimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ, et Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis approbatis, et innovatis; Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima septima Julii 1759. Pontif. Nostri anno secundo.

LXXVI.

Poloniæ Regem Illustrem hortatur, ut penes Aulam Constantinopolitanam curet cessationem vexationum illatarum a Græcis schismaticis in Civitate Hierosolymarum degentibus, Fratribus Ordinis S. Francisci Minoribus de Observantia, et capitulationum, conventionumque exequutionem urget.

Dat. die 27. Jul. 1759. Ann. II.

Pontificis sollicitudinem pro Catholicæ Religionis tutamine, et Principum Catholicorum auxilio implorando, demonstant Epistolæ supra relatæ sub Num. XIX., et XX. De præsenti materia habentur sub hac ipsa data Epistolæ aliæ conscriptæ Regibus Galliarum, Portugalliæ, Sardiniæ, Siciliæ, et Venetiarum Reipublicæ, quæ omittuntur utpote huic exemplo conformes.

Clemens Papa XIII.

Carissime in Christo Fili Noster Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Persequutiones a Græcis Schismaticis Religiosis Minoribus de Observantia illatas enumerat.

§. 1. Ad coeteras Pontificii animi Nostri sollicitudines ac molestias, illa accessit longe acerbior, quam ex insana Græcorum Schismaticorum in Sancta Hierosolymorum Civitate degentium protervia, temeritateque suscepimus. Hi enim post gravissima damna ac præjudicia Dilectiis filiis Fratribus Ordinis S. Francisci Minoribus de Observantia nuncupatis, sæpe illata eousque paucis ab hinc annis progressi sunt, ut eosdem ex nonnullis Ecclesiis vi ejectos, ab ipsa quoque Cappella Ecclesiæ, in qua Sacrum Jesu Christi Sepulchrum, summa semper ab eis invicem religione, diligentiaque cultum custoditur, non solum excluserint, positis custodibus, qui ipsos Fratres ab ingressu abigerent, verum Sacra Supellectilia, Chimeliæ, et Thesaurum surripuerint. Nec his contenti, omnem operam se daturos apud Othomanos minantur, ut a tota terra ejusdem Domini Nostri Jesu Christi vestigiis, miraculis et prætiosissimo cruore consecrata, iidem Fratres expellantur,

Poloniæ Regi Religiosos viros commendat, ejusque auxilium penes Aulam Constantinopolitanam exquirit.

§. 2. In hac igitur amaritudine Nostra amarissima nullum opportunius mœrori Nostro solatium, nullum efficacius validiusque gravissimo huic malo remedium invenimus, quam ad Majestatem Tuam confugere, ad eamque non solum memoratorum Fratrum, sed universæ Catholicæ Ecclesiæ lacrymas, gemitusque deferre. Ea propter majori qua possumus contentatione per viscera Misericordiæ Domini Nostri Jesu Christi, de cujus honore, et gloria agitur, Majestatem Tuam petimus, et obsecramus, ut qua potes auctoritate (potes autem plurima) apud Othomanam Aulam eniti velis, quo laudati Fratres in ablatarum sibi Ecclesiarum, ac præsertim in Cappellæ Sancti Sepulchri possessionem citius quo fieri poterit, denuo immittantur, atque omnia sibi erepta in integrum restituantur, nullaque in posterum ab ipsis infensissimis suis hostibus molestia, contumeliaquæ afficiantur, sed omnia intacta juxta capitulationes, conventionesque, occasione tractatuum pacis habitas, confirmatasque omnino custodiantur.

Similes Literas cœteris Principibus Chatholis a se perscriptas significat.

§. 3. Quo circa minime dubitamus quin ubi hae nostræ preces Majestati Tuæ fient manifestæ, statim ea mandata, Tuo apud Constantinopolitanam Aulam Oratori perferenda sedulo jubeas, quæ Nobis quidem curarum levamentum, vexatis Fratribus malorum remedium, Catholicis omnibus lætitiam, Tibi denique Carissime in Christo Fili Noster, novam apud homines gloriam, et majus apud Deum meritum afferant. Nos interea, dum alios Catholicos Principes et Reges Illustres, ad eadem interponenda salutaria officia excitamus, ad optatissimi eventus auspicium Majestati Tuæ, totique Regali Familiæ Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII Julii MDCCLIX. Pontificatus Anno Secundo.

LXXVII.

Confirmatio resolutionis Congregationis Episcoporum, et Regularium, qua statuitur Monialibus Cappuccinis Oppidi de Cologna Vincentinæ Dioecesis, licere bona quæcumque recipere, et retinere in communi ad congruam substentationem, juxta Constitutionem Urbani IV.

Dat. die 2 Aug 1759. Ann. II.

Constitutio Pauli IV. Anni 1263. de retinendis in comuni bonis stabilibus pro decenti Monialium substentatione; itemque altera Pauli V. Anni 1616. qua erectum fuit Monasterium Cappuccinarum Oppidi de Cologna sub regula S. Claræ; tandem postrema Urbani VIII. Anni 1628. præcedentis confirmatoria, non reperiuntur impressæ in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Preces porrectae pro facultate possidendi bona in comum.

§. 1. Alias pro parte dilectarnm in Christo Filiarum Abbatissæ, seu Superiorissæ, et Monialium Cappuccinarum nuncupatarum Oppidi, seu loci de Cologna Vicentinæ Dioecesis, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium exposito, quod earum Monasterium Anno MDCXVI. vigore quarumdam fel. rec: Pauli Papæ V. Prædecessoris Nostri sub Plumbo expeditarum Literarum, qnas quidem Literas rec. ma. Urbanus Papa VIII. Prædecessor Noster per alias suas Literas Anno MDCXXVIII. confirmavit, erectum fuerat, et licet in fundatione, et erectione dicti Monasterii, et in dictis Pauli Predecessoris prædicti Literis nulla alia cautio pro Monialium ipsius Monasterii pro tempore existentium alimento, et manutentione remansisset capta, quam oblatio sponte facta a tunc in humanis agentibus Josepho Dominico, et Laurentio Fratribus Manzoni, et Bernardino Soprana tam proprio, quam suorum hæredum nomine in perpetuum suppeditandi eidem Monasterio, et illius Monialibus totum id, quod pro tempore necessarium foret, nihilominus per communicationem omnium privilegiorum a Sede Apostolica Monasteriis Monialium sub Regula Sanctæ Claræ concessorum in dictis Literis factam, illud

inter cœtera reperitur concessum a rec. me. Urbano Papa IV. Prædecessore quoque Nostro Anno MCCLXIII, ut Moniales prædictorum Monasteriorum bona Stabilia in communi pro eorum decenti manutentione consequi, et obtinere, ac possidere possent, remedium allatum esse videretur cuicumque perturbationi quæ tractu temporis accidere poterat tam propter incapacitatem dictorum expromissorum, quam propter defectum eorum bonorum, prout vere acciderat postquam memoratæ Familiæ Manzoni, et Soprana pluribus ab hinc annis defecerant, ipsæ exponentes nullam notitiam habebant, quinam essent hæredes, minusque qui illorum bona possiderent, eaque de causa miseriis, et angustiis premebantur eo magis quod Monasterium prædictum erectum reperitur in loco, in quo pauci habitatores existunt, et necessarium eis præbere nequeunt, ipsæque exponentes cogebantur eleemosynas sibi comparare per Sorores Conversas mendicantes per loca, et terras, quarum duæ in Civitate Venetiarum semper retinere pergebant, et interea in summa calamitate minime redactæ erant, quippe quæ earum indigentiis consulebant tam ex fructibus nonnullorum censuum, et fundorum, seu capitalium, a Christifidelium pietate, et charitate relictorum, quæ ab initio fundationis, et erectionis sui Monasterii hujusmodi, et usque ab anno MDCXXIX. pacifice possidebant, quam ex fructibus subsidiorum Dotalium per ipsas Moniales ipsi Monasterio præstitorum in actu suscipiendi habitum, quæ in Monte Pietatis dicti Oppidi, seu loci de Cologna reinvestita sunt, juxta Decretum a tunc existente Episcopo Tarvisin in actu Sacræ peragendæ Visitationis editum; et in eadem expositione subjuncto, quod sicuti ipsæ exponentes quædam parva bona stabilia in communi ab initio fundationis ipsius Monasterii possidere perrexerant, in possessione hujusmodi plurimum remanere cupiebant, non obstante quod aliquis dubitaret de facultate possidendi, attento Cap. 6 Regulæ ejusdem Monasterii, quo id vetitum reperitur; emanatum ab eadem Congregatione Cardinalium decretum tenoris sequentis, videlicet = Sacra Congregatio Emorum, et Rmorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præposita, attento Voto Emi Feroni, censuit rescribendum, prout rescripsit, ac decrevit = licere Oratricibus in communi, redditus, et possessiones, bona immobilia, legata, census, et similia ad congruam earumdem sustentationem recipere, et habere, ac libere retinere juxta Constitutionem S. M. Urbani IV. et ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini, non obstantibus quibuscumque. Romæ prima Aprilis 1757. Loco ✠ Signi C. A. Card. Cavalchini = P. H. Guglielmi Secretarius.

Decretum S. Congregat. Episcoporum, et Regularium, quo bonorum possessionem declaratur licere retinere Monialibus Cappuccinis, confirmatur, et approbatur.

§. 2. Cum autem sicut dictæ exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsæ Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent; Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum Decretum, ac omnia, et singula in eo contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, salva tamen in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Clausulæ sublata, et decretum irritans

§. 3. Decernentes easdem præsentes Literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro pro tempore spectabit plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Monasterii prædicti, et illius Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et

innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die Secunda Augusti Millesimo septingentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXXVIII.

Dat. die 4. Aug. 1759. Ann. II.

Gratum Pontificium animum ostendit Imperatrici electæ Mariæ Theresiæ pro iis, quæ provida ratione mandaverat, ad præcidendam Græcorum Schismaticorum contra Christifideles persequutionem in Civitate Hierosolymarum, propriamque curam, et sollicitudinem exprimit, atque significat.

De hac eadem materia adest Epistola alia Poloniæ Regi perscripta, et supra relata sub Num. LXXVI. ubi cæteræ aliæ recensentur Epistolæ Catholicis Principibus missæ.

Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ Reginæ Apostolicæ, nec non Bohemiæ Reginæ Illustri in Romanorum Imperatricem Electæ.

Clemens PP. XIII.
Carissima in Christo Filia Nostra Salutem et Apostolicam Benedictionem

Gratias Imperatrici reddit pro Religiosa ejusdem pietate.

§. 1. Dilectus Filius Thomas Moranviczkius Ordinis Minorum S. Francisci Frater expresse professus, atque Commissarius, Nos tuo nomine adiens, dilucide exposuit Nobis, detrimenta, ac præjudicia quæ suis in Civitate Hierosolymitana, et alibi Fratribus degentibus, atque e Cappella Ecclesiæ in qua Sacrosanctum Jesu Christi Redemptoris Nostri Sepulchrum custoditur procul expulsis a Græcis Schismaticis ablata fuerunt; nec non opportunas providentiæ rationes eum Majestate Tua initas. Nos autem quos æque ac Prædecessores Nostros Romanos Pontifices eadem de re sollicitos, Pontificium animum Nostrum commovet exposita rerum series, primum quidem tollentes manus Nostras in cœlum, facere non possumus, quin meritis Apostolicæ prædicationis laudibus, et gratiarum actionibus prosequamur Religiosissimam Majestatis Tuæ pietatem, et Catholicum zelum.

Eidem rationes reddit de Officiis penes Catholicos Principes habitis contra Græcos Schismaticos.

§. 2. Deinde vero Majestatem Tuam de Nostris una cum ipso Thoma susceptis consiliis certiorem quam brevissime reddere non omittimus. Nam ad Supremas Catholici Orbis potestates, et Reges Illustres, Apostolicas Nostras in simili forma Brevis literas dedimus, quibus exoravimus ut suam quoque auctoritatem, opemque quisque apud Constantinopolitanam Aulam conferret. Mandata etiam nostra Ordinariis nostris, et Apostolicæ hujus S. Sedis apud illos injunximus, ut Nostris precibus obsecundarent. Ipse vero Thomas Frater Commissarius cum iis litteris Nostris iter instituit Neapolim primum, tum Lisbonam, deinde Subaudiam, inde Lutetiam, mox Poloniam, tandem Constantinopolim. Cæterum Nos, omnem Nostram fiduciam in Deum nostrum bonorum omnium largitorem, et Deum pacis collocantes, in Tua præsertim studiosissima pro Catholicæ Religionis, et Sacrosanctæ Ecclesiæ honore, et augumento semper præclaris rebus, et gestis comprobata charitate, et cura reponimus optatissimum eventum. Interim Majestati Tuæ cælestis præsidii auspicem, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Augusti MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno secundo.

LXXIX.

Dat. die 9. Augusti 1759. Ann. II.

Confirmatio Decretorum Ministri Generalis Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia quoad jura, et privilegia Custodum Fratrum Penitentiæ Tertii Ordinis in Provinciis ipsius S. Francisci, et S. Yvonis Congregationis Gallicanæ cum opportunis declarationibus.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exordium.

§. 1. Ecclesiæ Catholicæ regimini meritis licet imparibus, per ineffabilem divinæ sapientiæ, atque bonitatis abun-

dantiam præsidentes ea, quæ pro felici, prosperoque Regularium Ordinum in Ecclesia Dei pie, sancteque institutorum, ac bonorum operum fructus assidue proferre satagentium statu, ac gubernio provide, prudenterque constituta, et ordinata esse noscuntur, ut firma semper atque inviolata persistant, Apostolici munimis Nostri præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

Preces porrectæ pro confirmatione Decretorum Ministri Generalis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii moderni Ministri Provinciales, Custos Provinciæ S. Francisci, Diffinitores, et ex Provinciales Fratrum Penitentiæ Tertii Ordinis ejusdem Sancti Francisci Provinciarum ipsius Sancti Francisci, et Sancti Yvonis Congregationis Gallicanæ, quod in dictis Provinciis variæ et permultæ ortæ sunt difficultates circa officium, et jura Custodis ad Capitulum Generale deputati; Iste nempe deputatus, qui in Constitutionibus dictæ Congregationis Discretus Provincialis nominatur, ex eo quod in Custodem eligatur, et sic vocetur in suis litteris obedientialibus, identidem præsumit omnia sibi jura competere, quæ veris Custodiarum Custodibus tribuuntur. Iis interea potitus est juribus, quibus Diffinitores Provinciales frui solent bona quidem fide, et nemine reclamante, sed immerito, quia huic deputato nihil Constitutiones præfatæ tribuunt, præter vocalitatem in Capitulis Generalibus, et Provincialibus. Quia vero eisdem privilegiis parum contentus majora prætendebat dictus deputatus, ad coercendos vero illius prætensiones in Capitulis Provincialibus, utriusque Provinciæ supradictæ unanimiter declaratum fuit, ejusmodi Custodem deputatum tamquam primum Diffinitorem juribus dumtaxat frui debere, et Provinciis Diffinitorum Provincialium; nec inde jurgia sedata fuerunt: sustinuit, et nunc etiam contendit (præcipue Custos deputatus dictæ Provinciæ S. Yvonis) maxima Custodum privilegia hujusmodi decretis Capitularibus perperam et injuste resecari, præsertim cum illa decreta Constitutionibus prædictis derogent, neque ab Apostolica hac Sancta Sede fuerunt confirmata, dicti vero exponentes ea de causa ad dilectum etiam filium Clementem a Panormo Ministrum Generalem totius Ordinis, ejusdem S. Francisci juxta præscriptum per Constitutiones dicti Ordinis recursum habuerunt, ut suprascripta dubia interpretaretur dum ipse Custos ad eumdem Clementem Ministrum Generalem pro sua parte seorsim confugit, dubia vero exposita, sunt sequentia nempe = Primo = *An deputatus ad ferendum suffragium in Capitulo Generali totius Ordinis, et electus sub nomine Custodis in Capitulo memoratæ Provinciæ (S. Yvonis) anno 1736 celebrato, sit et haberi debeat in numero eorum qui Custodiam aliquam per se administrant; vel potius sit inter Custodes annumerandus qui eliguntur ad suffragium una cum Provincialibus in Capitulo Generali?* = Secundo = *Quænam jura Custodi taliter electo competere valeant?* = Tertio = *Utrum idem Custos actualis, omnes Diffinitores actuales etiam in Religione antiquiores præcedere, debeat, ipsisque post suam, et illorum absolutionem, aliqua Diffinitione vacante, debeat pariter in subrogatione præferri?* = Ultimo = *Num potuerint Diffinitorii Patres, præfato Custodi primi Diffinitoris jura attribuere?* et consequenter = *An sustinendum sit Decretum Provincialis Capituli 1751, quo in illius favorem cautum est, ut omnibus privilegiis tamquam primus Diffinitor gaudeat, quibus frui, et gaudere solent Diffinitores?* = Ipse vero Clemens Minister Generalis ad ipsa dubia respondit, ut sequitur, videlicet = Ad primum = *Custos electus modo, ut præfertur, tamquam deputatus ad ferendum suffragium in Capitulo Generali, haberi nullo modo potest ut Custos Custodiæ, sed Custodibus Capituli Generalis suffragatoribus accenseri dumtaxat debet* = Ad secundum = *Item Custos tam in actualitate quam in habitualitate, omnibus privilegiis gaudere debet, quæ Diffinitoribus Provinciæ sunt attributa, quantum ad suffragium, praecedentiam et subrogationem* = Ad tertium = *Praecedentia illi in actualitate debetur respectu Diffinitorum in eodem Capitulo Provinciali electorum, juxta illam, quam cum eisdem habebat priusquam in Custodem eligeretur, quod intelligendum est etiam de ipsius in subrogatione praeferentia* – Ex quo = Ad Ultimum = *Non potuisse Diffinitorii Patres privilegia dicto Custodi attribuere tamquam primo Diffinitori cum in familia Ultramontana hujusmodi Custos, istius muneris ratione, primus Diffinitor non sit; hine sustinendum non esse Provinciale Decretum 1751, ne cœteris Diffinitoribus ipsa in religione antiquioribus injuria irrogetur, illorumque jus quæsitum tollatur* =.

Dubia proposita resolutioni Patris Ministri Generalis.

Resolutiones Ministri Generalis dubiis ut supra propositis.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes

Novum dubium resolutioni proposi-

tum et successive Ministri Generalis decisio.

non solum præinsertas ejusdem Clementis Ministri Generalis resolutiones, quo firmius subsistant et serventur exactius, renuente semper dictæ Provinciæ Sancti Yvonis Custode, verum etiam aliud dubium ipsi Clementi Ministro Generali proposito utrum *an scilicet duo in primo vel secundo Consanguinitatis gradu constituti in uno, eodemque Diffinitorio collocari possint* = ad quod sepedictus Clemens Minister Generalis respondit = *Et demum Provinciale decretum, ut nempe duo Consanguinei in primo, sive secundo gradu nequaquam simul in uno, eodemque diffinitorio collocari auctoritate nostra approbamus, et confirmamus, atque ita in virtute præsentis Decreti volumus, decernimus et declaramus*, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent.

Resolutiones et decreta Ministri Generalis confirmantur, opportunis declarationibus additis.

§. 4. Nos igitur ipsorum Exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Negotiis, et Consultationibus Episcoporum et Regularium præpositorum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, referente Dilecto Filio Nostro Prospero Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diacono Cardinali Sciarra Columna nuncupato, qui relationem ipsius Clementis Ministri Generalis eisdem Cardinalibus factam attenderunt consilio, præinsertas dicti Clementis Ministri Generalis resolutiones, et decretum ad proposita sibi pro parte eorumdem Exponentium dubia, Auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris et facti etiam substantiales defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus et sanamus: ac insuper auctoritate et tenore præfatis declaramus et decernimus, quod Custodes admissi, et ad Capitulum Generale deputati, licet nullo modo possint haberi, ut Custodes Custodiæ, tamen omnibus quidem, sed solis privilegiis, quæ Diffinitoribus Provinciæ sunt attributa, tam in actualitate, quam in habitualitate gaudere debeant quantum ad suffragium, præcedentiam et subrogationem; demum omnia Capitula, aliosque actus Provinciales cum interventu, et voto prædictorum Custodum hactenus celebrata, eadem Auctoritate, et tenore præsentium, quatenus opus sit, sanamus, et revalidamus, illaque et illos valida et firma fore, et esse volumus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciarum et Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, quel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Augusti MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Digitized by Google

LXXX.

Dat. die 11. Aug. 1759. Ann. II.

Facultatem facit Tribunali nuncupato *Regiæ conscientiæ* pro Portugalliæ, et Algarbiorum Regnis, cognoscendi causas læsæ Majestatis etiam contra Ecclesiasticas personas tam Seculares, quam Regulares.

Pluries Summi Pontifices ad petitionem Catholicorum Principum, et Republicarum facultates tribuerunt Tribunalibus Laicis procedendi contra Ecclesiasticos gravis criminis Reos, nonnullis peculiaribus regulis servatis. Sic pro Portugalliæ Regnis adsunt Const. Leonis X. Anni 1516, Pii IV. Anni 1562 Julii 18, et Anni 1563 Octobris 3; nec non Gregorii XIII. Anni 1583 Octobr. 25. Pro Republica Januensi habentur Constit. Julii III., itemque Clementis VIII. Anni 1531 Junii 16, et Pii V. Anni 1563 Oct. 6. Tandem pro Hispanicis Regnis videndæ sunt Constit. Leonis X. Clementis VII. Pauli III. Pii V., Quæ tamen omnes in collectione Bullarii Mainardi prœtermissœ sunt.

Dilectis filiis Presidenti, *et Deputatis* Mensæ Conscientiæ Charissimi in Christo Filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algarbiorum Regis Fidelissimi.

Clemens Papa XIII.
Dilecti Filii salutem,
et Apostolicam benedictionem.

Exponitur horrendum scelus commissum in personam Fidelissimi Portugalliæ Regis.

§. 1. Exponi Nobis fecit dilectus Filius Procurator Generalis, et Procurator Fiscalis Coronæ Charissimi in Christo Filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algarbiorum Regis Fidelissimi, quod detestanda quorundam hominum perfidia, horrendum facinus contra Regiam ipsius Fidelissimi Regis personam, et vitam perpetraverit, quod licet magna ex parte vindicatum fuerit eorum supplicio, qui Laici existentes, vel Fratres Milites Ordinum Militarium hujusmodi criminis rei, per competentes respective Judices comperti, et condemnati, debitas tanti sceleris pœnas luerunt, non adhuc tamen omnino expiatum fuerit in Personis aliorum, qui Clericali, ac etiam Sacerdotali caracthere insigniti, ejusdem fortasse sceleris contagione polluti censentur. Cumque sicut eadem expositio subjungebat, publica atque urgens necessitas flagitet, ut pœnarum severitate, criminis adeo immanis scandalum penitus extingnatur, ne qui deinceps spe impunitatis, aut cujuscumque immunitatis præsidio fulti, tam exitialia flagitia admittere audeant; aliunde vero constet fel. record. Prædecessorem Nostrum Gregorium Papam XIII. per suas Apostolicas literas in forma Brevis datas die xxv. Octobris MDLXXXIII. tunc, et pro temporo existentibus Deputatis Consilii, seu Tribunalis Vestri, in quo Præsbiteri, et Religiosi viri adjunctio, utriusque juris peritissimis Senatoribus, judicium exercent, et de Ecclesiastici controversiis, Militarium Ordinum istius Regni, et personarum eorumdem Ordinum, etiam Clericorum, et Presbyterorum, jam legittima auctoritate suffulti decernebant, licentiam, et facultatem concesserint, ut quoscumque dictorum Ordinum Fratres, tam Milites, quam Cappellanos, etiam in Sacris Ordinibus constitutos, quos in personas Regum, aut in statum Regnorum Lusitaniæ ex tunc imposterum conspirasse, et ad id populum commovisse, ipsis legittime constaret, juxta Canonicas sanctiones, condignis pœnis affectos, abque alicujus censuræ, vel pœnæ Ecclesiasticæ, seu irregularitatis notæ incursu, servata juris forma curiæ Secularis, puniendos tradere possent, et valerent, prout in dictis Gregorii prædecessoris literis, latius, et distinctius accepimus contineri; idcirco pro parte dicti Procuratoris, et Promotoris, Nobis humillime supplicatum fuit, quatenus in præmissis, opportune provvidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Gregorius XIII. facultatem fecit Tribunali nuncupato Mensæ Conscientiæ procedendi contra Ecclesiasticos reos læsæ Majestatis.

Prælaudato Tribunali facultates tribuuntur procedendi contra Ecclesiasticos, quos reos criminis patrati contra Regis personam invenire contigerit.

§. 2. Nos igitur, qui ex Officii nostri debito, justitiæ relatores esse debemus, quique prædicti Fidelissimi Regis personæ, ejusque Regnorum, et Universis Status securitati, et tranquillitati, quantum in Nobis est, consulere optamus, improbos, atque scelestos homines, qui præfati criminis, atque flagitii reatum in se admiserint, Ecclesiasticæ libertatis, et immunitatis beneficiis, et favoribus indignos censentes, discretioni vestræ, ut absque alicujus censuræ, vel pœnæ Ecclesiasticæ, seu irregularitatis, notæ incursu, quoscumque Ecclesiasticos homines tam seculares, quam cujuscumque Ordinis, etiam Mendicantium, seu Militiæ etiam Hospitalis, aut Congregationis, Societatis, et Instituti, etiam ut infra expresse nominandi, Regulares in Sacris, Presbyteratus Ordinibus constitutos (non autem Episcopos, sive superiores Præ-

latos) quos per legittimas probationes ad Sacrorum Canonum, et juris comunis præscriptum, præfati criminis in personam Charissimi in Christi Filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algarbiorum Regis Fidelissimi impie patrati auctores, exequutores, aut complices, fuisse, et hujus delicti juridice convictos, aut confessos esse vobis coostiterit, condignis pœnis, vigore specialis facultatis, et auctoritatis, vobis ad id per presentes tributæ, servato juris Ordine damnatos (prævia degradatione per eum ad quem pertinet juxta Canonicas sanctiones decernenda ac respective quoad eos; qui majoribus Ordinibus initiati, sint realiter exequenda) curiæ Seculari puniendas tradere, libere, et licite possitis, et valeatis, Apostolica, qua fungimur potestate, tenore præsentium, facultatem, et anctoritatem concedimus, tribuimus, et impertimur; utque præterea ob tradictionem hujusmodi, etiam si ex illa membrorum mutilatio, vel hominum cædes subsequantur, nullæ censuræ, vel pænæ Ecclesiasticæ, aut irregularitatis nota per quempiam vestrum incurri possint, aut debeant, eisdem auctoritate, et tenore indulgemus, et respective vobiscum dispensamus.

Derogatur cuicumque Ecclesiasticæ constitutioni præsenti indulto contrariæ.

§. 3. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, et Synodalibus Consiliis editis, generalibus, et specialibus constitutionibus, et ordinibus, et quarumcumque Ecclesiarum, dictorumque ordinum Mendicantium, et non Mendicantium, etiam S. Antonii Viennensis, et undecim Congregationum Monasticarum, Militiarum quoque Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum Clericorum Regularium, Societatum, etiam Societatis Jesu, et Institutorum quorumcunque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis stabilimentis, statutis, usibus, naturis, et coosoetudinibus, privilegis quoque, indultis, et literis Apostolicis, illis, illarumque Præsulibus, et Capitulis, Superioribus, Administratoribus, et Magnis Magistris, seu Præpositis, Canonicis etiam Regularibus, Cappellanis, Presbyteris, aliisque Professoribus quibuscumque, seu quibusvis aliis personis quomodolibet concessis confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, illorumque totis tenoribus, in præsentibus Literis specifica, et individua mentio, seu quævis alia forma observanda, vel habenda foret, tenores hujusmodi pro expressis habentes; illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, et ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xi. Augusti MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno II.

Una cum supra relatis Literis in forma Brevis, Epistolas binas Clemens XIII. transmisit Portugalliæ, et Algarbiorum Regi sub eadem die, et Anno datas, quarum prima, Fidelissimum Regem hortatur ne in Ecclesiasticas personas, quas fortasse Majestatis criminis delinquentes invenire contigerit, publicarum pœnarum austeritate sevire permitteret; altera vero, prælaudatum Fidelissimum Regem e concepto proposito ejiciendi Jesuitas ab Portugalliæ, et Algarbiæ Regnis dissuadere conatur, ne videretur, nonnullorum individuorum intuitu, Universam Societatem Jesus proscribere, cujus Instituti præstantiam, atque utilitatem laudibus comendat. Harum Epistolarum mentionem habet Guerra in celebratissima ad Romanum Bullarium Epitome. Easdem italico sermone traductas referunt Ecclesiasticæ contemporaneæ Historiæ scriptores, et præsertim Historici Bercastellii continuator Tom. 32 §. 415 ad 418 Venetæ editionis Josephi Antonelii. Quum vero ob temporum præteritorum injurias, illarum Archetypa, vel deperdita, vel scripturis aliis fortasse permixta invenire in Vaticanis Archiviis datum minime fuerit, hinc prætermittere cogimur, Lectoresque poterunt ad opportunitatem easdem in citatis locis consulere.

Digitized by Google

LXXXI.

Dat. die 17 Augusti 1759. Ann. II.

Confirmatio pactorum, et conventionum initarum in Capitulo Provinciali Ordinis B. M. de Monte Carmelo inter Magistros Conventus Carmeli Majoris Civitatis Neapolitanæ, et Magistros aliosque Fratres totius Provinciæ super electione Prioris Provincialis, Socii, Diffinitorum, Custodis, aliorumque Officialium prædicti Ordinis.

Quæstiones nonullæ exortæ, super observantia Constitutionum hujus Ordinis quoad Provinciam Romanam, resolutæ fuerunt a peculiari Cardinalium Congregatione; resolutiones vero, Apostolica auctoritate confirmatæ, a Clemente XII. Constit. edit. Anno 1735 Decembr. 9 relata in Bullario Mainardi.

Clemens Papa XIII.
Ad futuram rei memoriam

Exordium

§. 1. Suprema Apostolicæ charitatis providentiæque Nostræ erga omnes Christifideles, atque eos potissimum, qui e fluctibus seculi ad tranquillum Religionis portum confugerunt, adhibenda a Nobis cura maximopere postulat, atque exigit, ut omnem Pontificiæ benignitatis, auctoritatisque operam, consiliumque in hoc studiosissime collocemus, quo contentionibus, litibus, dissidiis, partiumque studiis procul amotis, atque eliminatis, ubi opus esse constiterit, omnia inter viros præsertim religiosos in pace fient, et omnia ad Divinum cultum adaugendum, Regularem disciplinam confirmandam, procurandamque æternam animarum salutem componantur, constabilianturque.

Preces porrectæ pro confirmatione pactorum et conventionum statutarum in Capitulo Provinciali.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Prior Provincialis Provinciæ Neapolitanæ, ac Prior Conventus Majoris Civitatis Neapolitanæ, nec omnes Diffinitores, ac Vocales tam Provinciales, quam Conventus Carmeli Majoris præfati Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, quod cum pluribus ab hinc annis quædam dissidia, et dissentiones inter Magistros dicti Conventus Carmeli Majoris ex una, et Magistros, aliosque Fratres totius Provinciæ hujusmodi ex altera partibus verterent super electione Prioris Provincialis, Socii, Diffinitorum, Custodis, aliorumque Officialium; Dilectus itidem filius Joachimus Maria Pontalti Prior Generalis ipsius Ordinis, Neapoli interessens anno proxime præterito occasione peragendi ipsius Ordinis visitationem, Capituloque Provinciali memoratæ Provinciæ tunc habendo personaliter præsidere intendens, ac dissidia, dissentionesque hujusmodi, ac partium studia penitus evellere, stabilemque inter partes præfatas, ac Fratres dictæ Provinciæ concordiam inducere, ac inire, nec non inductam perpetuo conservare desiderans in sessione secunda ejusdem Capituli Provincialis publice proponi, ac legi curavit nonnulla pacta, et conventiones a Magistris, Alumnisque ejusmodi Conventus, et Provinciæ in usu habendas, adhibendas, ac in posterum semper observandas tenoris sequentis videlicet » Ad » perpetuam ineundam, et conservandam pacem Neapolitanam inter hanc » Provinciam, et Carmelum Majorem; » attentis etiam, quæ hactenus in prioribus Capitulis proposita fuerunt, conventionibus, quæ tamen alterutra reclamante parte, inobservatæ remanserunt, » et consultis hinc inde prudentioribus » Patribus, Rmus Pater Prior Generalis Ordinis, sequentem vicissitudinis perpetuæ ordinem, universis Capituli Patribus proposuit observandum. Et quoniam in Capitulo Provinciali Anno » MDCCXL celebrato, sessione septima, » altera alternativa stabilita fuerat, quæ » tamen jura Provinciæ læsisse dicebatur, hinc, sublatis, quæ huic parti » videbantur onerosa, ex his, quæ » tunc stabilita sunt, et firmata, et ex » noviter superadjectis, hujusmodi concordiæ formula conceinnata est. = Primo = Provincialis alternatim eligatur. » Primo ex Magistris Carmeli Majoris, » tum ex Magistris Neapolitanæ Provinciæ, ordine, et successione perpetua = » Secundo = Socius Provincialis pro Sacra Visitatione semper nominetur ex » parte altera; videlicet, si Provincialis » sit ex Carmelo Majori, Socius erit ex » Provincia Neapolitana, et vice versa = » Tertio = Secretarius Provincialis semper sit nominandus ex Patribus Provinciæ = Quarto = Quoniam ex Carmelo Majori habentur Diffinitores perpetui omnes pro tempore Priores, at » ex Priores omnes, qui sunt Magistri; » ideo in Diffinitores actuales Provinciæ » eligantur semper tres ex parte ipsius » Provinciæ, unus vero ex parte Carmeli Majoris. Inter hos vero facta » comparatione, qui plura habuerit suffragia, ipse erit Primus Diffinitor, » qui pauciora, secundus, et qui ite-

Referuntur pacta, et conventiones de quarum hic confirmatione agitur.

„ rum pauciora, Tertius; et sic ete. = „ Quinto = Quia Priores Actuales Carmeli Majoris habent locum, et suffragia in Capitulis Generalibus, ut duo „ ex parte una, duo etiam ex parte altera perpetuo Capitulis Generalibus „ intersint; quando Provincialis erit ex „ Carmelo Majori, duo Socii Capituli „ Generalis ambo erunt de Provincia; „ quando vero Provincialis erit de Provincia, Socius alter erit ex Carmelo „ Majori = Sexto = Custos Provinciæ, „ et Provincialis, qui dicitur *Casu quo*, „ indiscriminatim pro utraque parte eligi possint; ita tamen, ut in eam Mortis, Assumptionis, et Renunciationis, „ Vicarius Provincialis eligatur semper „ ex parte, quæ Provincialatu fruebatur = Septimo = Capitulum Provinciale eum eligendus erit Provincialis ex „ parte Carmeli Majoris, in aliquo Conventu Provinciæ erit indispensabiliter „ celebrandum; quando vero eligendus „ erit ex parte Provinciæ, celebrabitur in Carmelo Majori. Cæterum, „ quando celebrabitur in Carmelo Majori, ratione magnæ familiæ ibidem „ degentis, et paupertatis Provinciæ, „ ipsamet Provincia non solvet Taxas, „ nisi Ducatorum centum quadraginta „ octo. Cum vero celebrabitur in Conventu Provinciæ, Conventus Carmeli „ Majoris, solvet Taxam Ducatorum quadraginta = Octavo = suffragia pro Religionis defunctis fiant vicissim; ita „ ut omnes Sacerdotes celebrent pro „ anima defuncti, sive ipse fuerit Provinciæ, sive Carmeli Majoris =.

Pacta, et conventiones supra relatæ ab omnibus Vocalibus Capituli Provincialis approbatæ, Apostolica Auctoritate confirmantur, et roborantur.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, Exponentes præfati, præinsertam ab omnibus Vocalibus libenter in sessione septima ipsius Capituli Provincialis habita approbatam, admissamque concordiam, quo firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere cupiant. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium præpositorum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, qui relationem ejusdem Joachimi Prioris Generalis eisdem Cardinalibus factam attenderunt consilio, præinsertam concordiam per ipsum Joachimum Mariam Priorem Generalem initam, et ab omnibus Vocalibus Provinciæ prædictæ in dicto Capitulo Provinciali, ut præfertur admissam, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus et approbamus; illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, Conventus, et Provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVII Augusti MDCCLIX Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXXXII.

Dat. die 25 Aug. 1759. Ann. II.

De asperrimis contra Catholicam Ecclesiam temporum conditionibus, deque Societatis Jesu persequutione agit cum Cardinali Rothario, ejusque commendat filialis, et religiosissimi Animi sensus.

Dilecto Filio Nostro Janni Baptistæ Tituli Sancti Chrysogoni Presbytero S.R.E. Cardinali Rothario

Clemens PP. XIII.
Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem

Lætitiam exprimit pro Epistolis a Cardinale acceptis.

§. 1. Præcipua Pontificii Cordis nostri voluptate, atque existimatione, qua Te dilecte Fili Noster, hic commorantem accipiebamus, eadem prorsus obsequentissimas Tuas literas die prima currentis mensis Augusti ad Nos datas accepimus, atque intimos, candidosque filialis, ac religiosissimi animi Tui sensus in eis Nobis pandentem, explicantemque audivimus. Ut vero eadem ingenuitate Tibi dilecte Fili Noster, paterni animi Nostri recessus aperiamus.

Suum dolorem significat propter asperrimam temporum conditionem, sollicitudinemque Pontificiam pro totius Ecclesiæ utilitate, et levamine.

§. 2. Verbis satis æquare non possumus, quot angoribus, ac sollicitudinibus obruamur propter asperrimam præsentis temporis conditionem, totiusque Catholicæ Ecclesiæ mestissimam faciem. Sed qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, atque dilectissimæ sponsæ suæ nullo non tempore adfuturum, et opitulaturum esse promisit, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis Nos unice sustentat, ac confirmat, numquam fore ut Nos nimium affligi permittat. Quapropter Tibi dilecte Fili Noster persuasum esse cupimus, Nos neque privatis, neque publicis precibus, atque omnibus Apostolici Ministerii Nostri Officiis, tum communibus totius Ecclesiæ necessitatibus, tum peculiaribus dilectorum Filiorum Alumnorum Societatis Jesu angustiis, sicuti hactenus non defuisse, ita neque in posterum (quoad nobis integrum erit) fore unquam, benedicente Domino, defuturos, in eodem confidentes, ut tandem imperet ventis, et mari, quo fiat exoptata tranquillitas.

Se Prælatis Ghelini a Cardinali commendato, rationem habiturum promittit.

§. 3. Cæterum de dilecto filio Thoma Maria Ghelino, utriusque Signaturæ nostræ Referendario, atque Congregationis super terrarum, oppidorum ac Civitatum status nostri Ecclesiastici consultationibus præpositæ Ponente, prout temporum, rerumque conditio patietur, rationem habebimus. Interim Omnipotentem Deum enixe obsecrantes, ut Te ad illius honorem, et gloriam tanta vigilantia excubantem, totisque viribus incumbentem, bonis omnibus in longam annorum seriem augeat, et cumulet, Tibi, dilecte Fili Noster Apostolicam Benedictionem, ex intimo corde depromptam elargimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIV. Augusti MDCCLIX. Pontificatus nostri Anno secundo

---

LXXXIII.

Dat. die 5. Sept. 1759. Ann. II.

Allocutio Summi Pontificis in Consistorio, qua Ferdinandi Catholici Hispaniarum, et Indiarum Regis mortem significat, illius virtutes, et merita enarrat, et Caroli III. illius Fratris, et Siciliæ Regis successionem in Hispanicis Regnis denunciat.

Venerabiles Fratres

Suum dolorem exprimit prosequuta Catholici Regis morte

§. 1. Non ambigimus, Venerabiles Fratres, quin statim atque ad aures vestras pervenit acerbissimus nuntius immaturæ sane mortis Carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi dumviveret, Hispaniarum Regis Catholici tantam religiosissimis animis vestris molestiam, doloremque exceperitis, quantum gravissima hujusmodi jactura requirere et postulare videbatur. Pro eximia enimSapientia vestra, nemini vestrum latere posse arbitramur, quanta in eo uno amiserimus. Amisit primum Apostolica hæc Sancta Sedes filium obsequentissimum, qui per omnem suam ætatem nihil habuit antiquius, quam eidem assidua vere filialis amoris, et summæ suæ adhæsionis argumenta præbere. Amisit Catholica Religio eximium cultorem, vindicem acerrimum, propagatorem præclarissimum, qui gloriosissimum Catholici cognomen, et titulum ab suis inclytis Majoribus hæreditario jure acceptum, gestis suis piissimis, magis illustratum ad posteros, Successoresque transmissit. Amiserunt florentissima Hispaniarum, Indiarumque Dominia, Regem providentissimum, et vigilantissimum, qui nihil sibi reliqui fecit, ut subditis suis numero frequentissimis, natura, indole, regionibusque diversissimis, terrenam

felicitatem afferret, ut procuraret æternam.

Defuncti Regis virtutes et merita enarrat, et solemnes exequias in Pontificio Sacello habendas indicit.

§. 2. Quæ cum ita sint, quo tandem animo noscimus, in hoc funestissimo eventu, levius erit Fraternitatibus vestris, de paternis Nostris sensibus probe consciis, intelligere, quam Nobis explicare. Verum hæc ipsa, quæ hactenus commemoravimus, sicuti amaritudini nostræ amarissimæ aliquam aspergerunt suavitatem, ita dolori vestro solatium attulisse non dubitamus. Tot namque egregiæ, singularesque defuncti Regis virtutes, et ea præsertim luculentissima, quæ edidit patientiæ, fortitudinis, et omnimodæ in Divina voluntate acquiescentiæ in longissimi molestissimique morbi perpessione, et in adventantis mortis expectatione, exempla, sperare Nos jubent ut a caducæ hujus mortalisque vitæ fluctibus ereptus, per infinitam Dei misericordiam, et immensa Jesu Christi Domini Nostri merita, terrenum cum Cælesti Regno commutarit. Sed quoniam judicia hominum a Divinis, quæ sunt abyssus multa quam longissime distare plerumque solent, si quid eapropter e mundano pulvere, quo etiam religiosa corda sordescunt, aliquid pientissimæ illius Animæ luendum superest, ut quantocius abstergatur, quemadmodum hactenus, privatas preces afferre non omisimus, nec Vos omisisse pro certo habemus, ita statas hujus Sanctæ Sedis consuetudine, publice habendas mandavimus. Idcirco dum ex hoc loco, laudabilem Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum more, sequuti, de ipsius morte piissime obita, Vos certiores reddimus eorumdem vestigiis insistentes, solemnes pro illius Anima in Pontificio Nostro Sacello, die 11 hujus Mensis celebrandas exequias Fraternitatibus vestris indicimus.

Defuncti Regis Fratris Epistolas accepisse significat, qua Catholici Regni successionem ad se delatam Pontifici nunciat.

§. 3. Porro carissimus in Christo filius noster Carolus Hispaniarum Catholicus, nec non utriusquæ Siciliæ et Hierusalem Rex Illustris, dignissimus demortui Regis frater, qui in tot ab illo relicta amplissima florentissimaque Regna hæreditario jure successit, humanissimas ad Nos dedit Literas, quas Venerabilis Frater Noster Joachimus Ferdinandus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Portocarrerus Episcopus Sabinensis, meritissimus Collega vester detulit. Satis autem superque vobis Venerabiles Fratres, notum est, quanto ipse Carolus Rex, Catholicæ Religionis zelo ferveat, quantum erga Apostolicam hanc Sactam Sedem obsequium profiteatur, quantis aliis Christianis, Regiisque virtutibus refulgeat. Quapropter quidquid in illius commendatione afferre possemus, et vobis, Venerabiles Fratres, minime novum accidere, et ipsius meritis inferius esse probe scimus. In hac vero præclarissima Nostra de illo opinione, atque existimatione amplius Nos confirmarunt laudatæ Literæ, quibus et interitum lectissimi Fratris sui Nobis significavit, et suum filialem erga Nos amorem, et præcipue erga eamdem Sanctam Sedem commostrandi cupidum se semper foro testatur. Quæ omnia Nobis prolixe pollicentur, imo certos Nos reddunt, fore nimirum ut cœptis consiliis actibusque tanti Regis, Divina favente gratia non solum egregia tot Catholicorum Regum facta æmulari, et superare debeat, verum etiam omnia ad majorem Dei gloriam, ad Catholicæ Religionis Incrementum, ad Ecclesiæ decus, et commodum, ad Populorum tranquillitatem, et æternam salutem redundent, quod unice in votis habemus, quodque in humilitate cordis Nostri jugibus, ferventibusque precibus non desistimus exorare a bonorum omnium largitore, et totius consolationis Deo.

LXXXIV.

Damnat, et ne legatur prohibet opus in plures Tomos distributum, cujus est Titulus: *Encyclopedie, ou Dictionaire raisonné des Sciences, des Arts, et des Metiers par une societé de Gens de Lettres mis en ordre, et publié par Monsieur Diderot de l'Academie Royale des Sciences, et des belles Lettres de Prusse; et quant a la partie Mathematique, par Monsieur d'Alembert de l'Academie Royale de Sciences de Paris, de celle de Prusse, et de la Societé Royale de Londres.* Dat. die 3. Sept. 1759. Anno II.

Quoad perniciosorum librorum proscriptionem vide quæ supra notavimus in Constit. hujus Pontificis relata sub Num. XXXIV., nec non Constit. alteram Pontificis ejusdem sub. Numer. XXIII.

Clemens Papa XIII.
Ad futuram rei memoriam

§. 1. Ut primum in lucem prodiit spissum opus in plures Tomos tri- Perniciosum hoc Opus decreto Sacræ

Congregationis Indicis diei 5. Martii 1759. fuit condemnatum.

butum, cujus est titulus = *Encyclopedie, ou Dictionaire raisonné des sciences, des Arts, et des Metiers par une societé de Gens de Lettres mis en ordre, et publié par M. Diderot de l'Academie Royale des sciences, et des belles Lettres de Prusse; et quant a la partie Mathematique, par M. d'Alembert de l'Academie Royale des sciences de Paris, de celle de Prusse, et de la Societé Royale de Londres* = non publico tantum rumore, sed gravissimorum quoque hominum Fidei, et Religionis, zelo flagrantium judicio accepimus, plurima in eo afferri, ac contineri, quæ non solum christianæ pietati, ac morum disciplinæ quammaxime obessent, sed quæ Religionem ipsam impeterent, eamque vel ex imo convellere niterentur, vel summa certe ejus capita, ac dogmata labefactarent: quapropter instituto, a Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Congregatione Indici Librorum prohibendorum, atque expurgandorum præposita, accurato ejusdem operis examine, atque judicio, inter Libros ab Apostolica Sede damnatos, atque proscriptos referendum esse decretum est die 5. Martii proxime præteriti

Eadem opinio habita de editione altera, licet mendis aliquibus expurgata, notisque munita, quæ tamen veneno etiam nunc infecta, dignoscitur.

§. 2. Fuere interea nonnulli qui e publica rei literariæ, et Christianæ quoque utilitate fore putantes, si, correctis, quibus scatet, erroribus, nova editione recusum, emendatumque prodiret, ad eam adornandam aggressi, adjectisque ad certa capita, seu articulos notis, idoneum periculo, ac malo omni, remedium attulisse arbitrati sunt: sed diffusum, ac serpens in opere universo venenum, cum tale non esset, quod leni curaretur antidoto, irrito plane studio, ac labore operam ii suam luserunt; neque enim legentium periculo, ac detrimento satis consultum, neque opus satis correctum expurgatumque prodiisse compertum est. Novæ subinde, ac graves adversus utramque editionem querelæ ad Apostolatum Nostrum delatæ sunt, quæ pro rei gravitate auctoritatis, et vigilantiæ Nostræ opem flagitare videntur. Primum igitur in amaritudine cordis Nostri vehementer dolemus, jam ad ea, quæ prædixit Salvator, devenisse Nos tempora, in quibus refrigescente charitate, atque in deterius labente morum disciplina, tum exundante per effrænam philosophandi scribendique licentiam fallacium, impiarumque doctrinarum illuvie, fides quoque ipsa, et cui innititur Divina Revelatio, impudentissime oppugnatur. Incredulitas vero jam non tantum admittitur, sed et palam, aperteque docetur, lateque adeo propagatur, ut, si fieri posset, quam usque ad consummationem seculi permansuram Christus Jesus promisit, Ecclesia impiorum hominum doctrinis everteretur funditus, ac tolleretur; cum enim sit Civitas illa fortis per Isaiam descripta, in qua, ut exponit Hieronymus = *ponitur murus bonorum operum, et antemurale rectæ fidei, ut duplici septa sit munimento* = perversa, ac præpostera cum agendi, tum docendi ratione murum pariter, et antemurale disjicere, ac dissipare moliuntur.

Post novum maturum examen, primam, et alteram editionem proscribendam esse censuit Sacra super Inquisitione Cardinalium Congregatio.

§. 3. Nos vero, quos posuit Dominus custodes, ac vigiles super muros Hierusalem, ut iis fortiter obsistamus, qui dicunt = *exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea* = pro loci, ac muneris Nostri ratione silere, diutius nec possumus, nec debemus, sed creditum Nobis Fidei, ac Religionis depositum, omni, qua possumus, ope, ne quid detrimenti capiat, custodire, ac tueri volentes, ne latius maneat in Ecclesiæ, animarumque perniciem exitialis operis lues, Venerabilibus Fratribus Nostris ejusdem S.R.E. Cardinalibus in tota Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus adversus hæreticam pravitatem auctoritate Apostolica deputatis, opus ipsum cum adjectis quoque notis, seu correctionibus novo examini subjiciendum commisimus, qui consultis primum Theologis ad censuram ferendam designatis, eorumque judiciis mature expensis, in Congregatione deinde Generali coram Nobis habita feria V. die 11. Augusti nuper elapsi, quid de opere ipso statuendum foret, per sua Nobis singillatim suffragia exposuerunt,

Hoc opus ubique, quocumque Idiomate, et etiam cum notis, et correctionibus impressum, damnatur et prohibetur Pontificia Auctoritate.

§. 4. Itaque, exceptis eorum sententiis, inspectisque Theologorum censuris, Motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, opus prædictum ubicumque, et quocumque idiomate, etiam cum notis, seu declarationibus, ac correctionibus quibuscumque hactenus impressum, aut imposterum imprimendum, tamquam continens doctrinam, atque propositiones falsas, perniciosas, et scandalosas, ac incredulitatem, et Religionis contemtum inducentes, morum corruptelæ, atque impietati viam facile aperientes damnamus, ac reprobamus, ipsumque legi, retineri, et quocumque etiam idiomate describi prohibemus

omnibus et singulis Christifidelibus etiam specifica, et individua mentione et expressione dignis, sub pœna excomunicationis majoris quoad personas seculares, quo vero ad ecclesiasticas, etiam regulares, sub pœna suspensionis a Divinis, ipso facto, abeque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem, et respective relaxationem Nobis et Successoribus Nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, excepto dumtaxat quoad excommunicationem prædictam mortis articulo, reservamus: Mandantes omnibus et singulis Christifidelibus sub iisdem excomunicationis respective, et suspensionis pœnis, qui ejusdem opus apud se habuerint, seu in quorum manus subinde pervenerit, ut illud, statim ac præsentes nostræ Literæ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, seu eorum Vicariis tradere teneantur, qui exempla sibi tradita illico flammis abolenda curent. In contrarium facientibus non obstatibus quibuscumque.

Præsentis Constitutionis publicatio indicitur.

§. 5. Ut autem eædem præsentes Literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam pertexere possit, volumus, ac mandamus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, et Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curiæ generalis in Monte Citatorio, et in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui: ipsarum etiam præsentium Literarum transumtis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate canstitutæ munitis eamdem prorsus fidem tam in judicio, quam extra illud ubicumque locorum haberi quæ ipsis originalibus Literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die III. Septembris MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno secundo,

LXXXV.

Dat. die 12. Septemb. 1759 Ann. II.

Celebrationem Officii, et Missæ sub ritu semiduplicis in honorem S. Laurenti Justiniani, quam facultative indulxit Innocentius XII. eamdem sub eodem ritu semiduplicis, sed de præcepto pro omnibus Christifidelibus ampliavit Clemens XIII.

Officium, et Missam in honorem S. Raymundi de Pennafort sub ritu secundæ Classis indixit Innocent. XI. Constit. edit. Ann. 1687. *April.* 18 *ut videre est in Bullario Mainardi, itemque Officium, et Missam in honorem B. Joannæ Franciscæ Fremiot de Chantal, pro certis determinatis locis concessit Benedictus XIV. constit. edit. ann.* 1721. *Nov.* 13 *nec non Missam de Spiritu Sancto pro gratiarum actione indulxit Pontifex idem in die depositionis B. Bertrandi Aquilejensis Patriarchæ celebrandam Constit. edit. Ann.* 1756. *Jun.* 18. *perlegend. in hujus Pontificis Bullario.*

DECRETUM

Urbis, et Orbis.

Cum S. Memoriæ Innocentius Papa XII. sub die 11. Augusti 1691. obsecundans piis precibus Serenissimæ Reipublicæ Venetiarum, facultatem concesserit, ut in Ecclesia Universali recitari, et respective celebrari posset sub ritu semiduplicis Officium, et Missa S. Laurentii Justiniani Primi Patriarchæ Venetiarum, modo SS. D. N. Clemens Papa XIII. pro sua erga præfatum Sanctum pietate decrevit, ut ab omnibus Christifidelibus utriusque Sexus, qui ad horas Canonicas tenentur in posterum die 5. Septembris sub ritu semiduplicis de præcepto, prædicti Sancti Officium, et Missa recitari, et celebrari debeat. Die XII. Sept. MDCCLIX.

P. F. Cardinalis Tamburinius Præfectus
M. Marefuschius S.R.C. Secret.

LXXXVI.

Dat. die 15 Septemb. 1769. Ann. II.

Confirmatio resolutionis cujusdam Congregationis particularis Eminentissimorum, et Reverendissimorum Cardinalium super jure eligendi Collegiales supranumerarios in Collegio S. Bonaventuræ Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci.

Collegium S. Bonaventuræ erexit, et dotavit Sixtus V. Constit. edit. Anno 1587 Dec. 17, quæ legitur in Bullario Mainardi. Constitutiones prælaudati Collegii, confirmavit Pontifex idem Constit. altera Anni 1590 April. 13, quæ in præfato Bullario non reperitur impressa.

Clemens PP. XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Enunciatur deputatio habita coram particulari Congregatione.

§. 1. Emanavit nuper a Congregatione nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Nostris S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus a Nobis specialiter deputata in Causa Romana prætensi juris eligendi Collegiales sopranumerarios, et exequutionis Rescripti fel. record. Benedicti XIV. Prædecessoris Nostri die XXVIII. Novembris MDCCLV. inter dilectum Filium Nostrum Alexandrum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconum Cardinalem Albani nuncupatum, Collegii Sancti Bonaventuræ etiam nuncupati in Conventu Sanctorum Duodecim Apostolorum de Urbe Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum a rec. mem. Sixto Papa V. Prædecessore itidem Nostro erecti, et instituti apud Nos, et Apostolicam hanc Sanctam Sedem Protectorem, ex una, et tunc existentem Ministrum Generalem Ordinis præfati nomine ejusdem Ordinis ex altera partibus vertente, ad proposita infrascripta

Referuntur dubia disputationi supposito.

Dubia = I. = An Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinali Protectori Collegii Sancti Bonaventuræ competat jus admittendi Collegiales supranumerarios, et quomodo sit consulendum Sanctissimo in casu etc. = II. = An sit locus ulteriori exequutioni Rescripti, de quo agitur, vel potius sit consulendum Sanctissimo pro illius revocatione in casu etc. = Die XII. Augusti proxime præteriti, partibus prius plene au-

Propositorum dubiorum resolutio.

ditis, et informantibus, Resolutio, seu Decretum tenoris sequentis; videlicet = Ad Primum = Non competere Eminentissimo Protectori jus admittendi Collegiales Supranumerarios, sed tantummodo substituendi in locum, et in casu deficientiæ alicujus Collegialis aliquem ex approbatis in concursu, qui superfuerit, et consulendum Sanctissimo pro omnimoda observantia Bullæ erectionis ejusdem Sixti Prædecessoris incipien. = Ineffabilis Divinæ Providentiæ Altitudo ec. = Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDLXXXVII. Kalendis Januarii Pontificatus sui Anno tertio, Constitutionum Collegii prædicti a clar. mem. Alexandro, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ Cardinali Montalto nuncupato, ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellario, ejusdemque Collegii tunc Protectore editarum, et a memorato Sixto Prædecessore per alias suas sub Plumbo motu proprio, incipientes = Cum nuper etc. = Datum Romæ apud Sanctum Petrum Idibus Aprilis Pontificatus sui Anno quinto expeditas confirmatarum, ac Decretorum Sacræ Congregationis Episcoporum, et Regularium, seu Resolutionum in Causa Romana juris laureandi vertente inter Eminentissimum Azzolinum, Collegii Sancti Bonaventuræ de Urbe Protectorem ex una, et Religionem Minorum Conventualium Sancti Francisci altera ex partibus = Referente Eminentissimo Columna, partibus informantibus alias editarum, quibus censuit = Quoad studium, faciendum esse tantum in quatuor Libris Sententiarum Sancti Bonaventuræ ad formam Constitutionis san. mem. Sixti V., et Collegii; quo vero ad tempus laureandi, distulit resolutionem. Romæ VIII. Augusti MDCLXXXI., et die XX. ejusdem mensis, et Anni, proposito iterum in eadem Sacra Congregatione negocio, partibus itidem informantibus, referente Eminentissimo Columna, censuit = Quoad tempus laureandi, servandas esse Constitutiones san. mem. Sixti V., et Collegii, et signanter in paragrafo, Manebunt autem in Collegio etc., et recurrendum in casibus particularibus, signanter super conditione necessaria ad consequendam Lauream Doctoralem explendi integrum triennium in Collegio = Ad secundum esse locum ulteriori exequutioni Rescripti san. mem. Benedicti XIV. Novembris MDCCLV. nempe Sanctissimus, attento extraordinario numero eorum, qui in præsentis Anni concursu pro Collegio Sancti Bonaventuræ Collegiales numerarii, aut supranumerarii locum obtinere meruerunt,

Digitized by Google

ne quid detrimenti, aut perturbationis exinde in universi Ordinis systemate oriatur, decrevit, priores octo ex iis, qui supra numerum approbati sunt, consuetis prærogativis, et juribus gaudere, quibus gavisi sunt alii supranumerarii in anteactis Concursibus approbati. Reliquos autem (nisi novum sui experimentum præbere velint in Concursu Religionis, ubi habita ratione approbationis per eos obtentæ super quatuor Theologiæ Tractatibus, per ipsos indicandis, dumtaxat examinari debebunt) reliquos, inquam, omnes ad suos Conventus, seu alios per Superiores Ordinis ad complendum Studiorum curriculum, sibi assignandos reverti, ibique nulla alia prærogativa, præcedentia, aut exemptione frui debeant, præterquam ea, ut post lapsum triennii ineuntis, suffragante sibi Superiorum, et Magistrorum, seu Lectorum, aut Regentium testimonio, tam super moribus, quam super continuata in Studiis diligentia, in idem Collegium Sancti Bonaventuræ pro futuro triennio, sine alio præcedenti examine admitti valeant, contrariis quibuscumque non obstantibus, attentis peculiaribus facti circumstantiis de illo tempore a Sanctitate Sua perpensis, firma tamen remanente pro futuris temporibus resolutione primi Dubii = J. Cardinalis Spinellus = Loco ✠ Sigilli =

Preces porrectæ pro relatæ resolutionis confirmatione.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus Filius modernus Minister Generalis memorati Ordinis Nobis exponi fecit, ipse Resolutionem, seu Decretum dictæ Congregationis Particularis, quo firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos igitur ipsum Ministrum Generalem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertam ejusdem Congregationis Particularis a Nobis deputatæ Resolutionem, seu Decretum, ac omnia, et singula in eo contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, illorumque observantiam commendamus.

Clausulæ subiectæ, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Collegii etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenore præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XV. Septembris MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXXXVII.

Dat. die 17. Septemb 1759. Ann. II.

Epistola ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, et Episcopos super Observantia Canonicarum Sauctionum adversus Clericos negotiatores, et saecularibus negotiis se immiscentes editarum.

Quod Clericorum bona ex illicita Negociatione quaesita ad Cameram Spoliorum pertineant jussit Pius IV. Constit. edit. Anno 1560 Nov. 5 Mereaturam, et negociationes seculares, Ecclesiasticis personis, praesertim in Indiis Orientalibus, et America existentibus, sub excomunicationis poena interdixit Urbanus VIII. Const. edit. Ann. 1633 Febr. 22 §. 8. Quae sane dispositiones confirmatae fuerunt a Clemente IX. Const. edit. Ann. 1669 Jun. 17, ut videre est in Bullario Mainardi. Tandem praecedentes poenas a Romanis Pontificibus indictas contra Clericos Negociatores renovavit, et ampliavit Benedictus XIV. Const. edit. Anno 1741 Februarii 25, quae legitur in hujus Pontificis Bullario.

Venerabilibus Fratribus, universis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis et Episcopis, gratiam et communionem Sedis Apostolicae habentibus.

Clemens PP. XIII.
Venerabiles Fratres salutem,
et Apostolicam Benedictionem.

Exordium

§. 1. Cum primum incomprehensibili Pastoris aeterni judicio in Beati Petri Cathedra constituti, Dominici Gregis curam suscepimus, complures audivimus Ecclesiastico zelo ferventes Viros, praesertim Animarum Pastores, et Verbi Dei praecones, qui Civitates atque Provincias peragrant, poenitentiam Populis, et morum emendationem indicentes, quorum unanimis conquestio fuit, inter abusus et corruptelas, quas pro Ministerii sui officio notarunt, pro viribus reformare studuerunt, reprehendendam sibi frequenter occurrisse quorundam Ecclesiasticorum avaritiam, habendique cupiditatem. Quae quoniam malorum omnium radix a Spiritu Sancto appellatur, nil mirum, si eos omnes, quorum semel animos imbuit, utut in atrociora crimina uon abripiat, talem in Dei cultu, propriaeque vocationis muneribus obeundis socordes reddat, et ad saecularia desideria conversos, mundanis addicat curis et occupationibus, quibus abrenunciare se publice adixerunt, quum inter sacrae initiationis mysteria, solum Deum haereditatis suae partem agnoscere professi sunt. Hinc etiam litigiosi uecessario fiunt, atque omnia miscere parati, ne vile aliquod lucrum, sive speratum, sive jam partum amittant. Hinc se ad abjecta quaelibet officia et ministeria, in gradus et ordinis sui dedecus, demittere non erubescunt. Quo fit ut laicorum plerique, non eos ipsos dumtaxat, qui talia agunt, sed saepo etiam universum Ecclesiasticorum coetum, contemnant; quin et amaro aversoque animo sint erga illud hominum genus, quorum lites et contentiones, ob temporalia negotia, sustinere coacti sunt, vel a quibus praerepta sibi viderunt honesta media, per quae suae, suorumque sustentationi consulere potuissent.

Ad corruptelam, et scandala removenda sollicitudinem suam Pontifex exprimit.

§. 2. Horum relationibus, quas sanctis superque veritati innixas existimamus, quibusque nonnullos etiam designari censemus Regulares Viros, qui aliquando ab imposita sibi sollicitudine de temporalibus Communitatum suarum emolumentis, ultra Ecclesiasticae moderationis fines ferri se sinunt, excitari Nos quidem intelleximus, ut Apostolica, qua immerentes fungimur, auctoritate, husmodi corruptelam, unde Fidelis Populi scandalum, aliisque noxii consequuntur effectus, de medio tollere satageremus.

Constans Ecclesiae disciplina fuit, ut Ecclesiasticae personae a temporalium lucrorum cupiditate se abstineant.

§. 3. Verum quum ab ipsis Ecclesiae incunabulis usque ad haec nostra tempora, nihil apertius, nihil districtius, aut Conciliorum Decretis, aut Praedecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Constitutionibus statutum legatur, nihil a Sanctis Patribus, Ecclesiarumque Pastoribus frequentius aut impensius inculcatum appareat, quam ut Ecclesiae Ministri, cum Clerici, tum Monachi, a temporalium lucrorum cupiditate abstinere, et a saecularium uegociorum sollicitudinibus arcere se debeant: Cumque non solum spiritualles censurae, sed etiam gravissimae temporales poenae in eos decretae fuerint, qui Canonicas Regulas hac in re infringere aut violare praesumserint; omnibus mature perpensis, nihil Nobis reliquum esse judicavimus, nisi ut Vos, Venerabiles Fratres, de constanti enixaque voluntate Nostra, Predecessorum Nostrorum menti, Ecclesiaeque spiritui per omnia inhaerentes, commonefactos, Paternis, Frater-

Digitized by Google

nisque hortationibus excitaremus, ut debitam sacrarum legum observationem ab omnibus Ecclesiasticis, tam Ordinariæ Vestræ, quam Delegatæ Vobis Jurisdictioni subjectis, ad formam Sacrorum Canonum, et Decretorum Apostolicæ Sedis, ac respective Synodalium uniuscujusque Diœcesis Statutorum, exigere studeatis, ac reipsa obtinere curetis.

Enumerat, et confirmat Constitutiones omnium Pontificum adversus Clericos negociatores evulgatas, pœnasque, et censuras in illis contentas approbat, et amplíat.

§. 4. Ut igitur clarius innotescat perpetuum Nostrum et Apostolicæ Sedis studium, pro religiosa prædictarum legum custodia, simulque vis omnis adimatur contrario cuilibet usui, stilo, aut consuetudini (quæ corruptelæ potius, et abusus, servata legitima vocabulorum proprietate, appellari debent), quibus Ecclesiastici quicumque criminosam suam in negocijs curisque sæcularibus immixtionem obtegere, aut excusare contenderent; Nos, omnes et singulas Canonicas leges, et Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutiones, adversus Clericos negociatores, et sæcularibus negociis se se immiscentes, præsertim a Pio IV. Urbano VIII. et Clemente IX. latas atque editas, usque ad novissimam quam S.M. Decessor Noster Benedictus Papa XIV. sub Dat. v. Kal. Martii MDCCXLI. Pontificatus sui Anno I. evulgavit, cum omnibus item et singulis pœnis, atque Censuris per eas respective indictis, perinde ac si Decreta omnia in præmissis contenta, eorumque pœnales sanctiones, præsentibus Nostris Literis de verbo ad verbum inserta forent, per easdem præsentes approbamus, confirmamus, et innovamus; decernentes ac declarantes, prædictis omnibus legibus ac pœnis subjici, ac subjectas censeri debere omnes et singulas personas Ecclesiasticas, non solum e Sæculari Clero, sed etiam e Regulari, cujuscumque sint Ordinis, Congregationis, Societatis, et Instituti, amplissimis licet et singularibus Indultis, Privilegiis, et Exemptionibus muniti, et cujus etiam expressam et individuam mentionem fieri oporteret; ita ut quicumque adversus hujusmodi leges deliquerint, statutas in ipsis pœnas incurrant, ac respective ab iis, ad quos pertinet, juxta casuum distinctionem, et procedendi methodum alias a Tridentina Synodo, seu ab Apostolica Sede præscriptam, cum effectu multari et puniri debeant; non obstante contrario quolibet, usu, stilo, aut consuetudine, etiam immemorabili, quæ aliquo in Loco, Diœcesi, aut Regione inolevisse dici posset; quam quidem Nos, veluti damnabilem abusum, et imperscriptibilem corruptelam, earumdem præsentium tenore, damnamus, proscribimus, et viribus omnibus vacuamus.

Committit procedi debere etiam ex Officio contra non obedientes.

§. 5. Deinde Vos omnes, Venerabiles Fratres, hortamur et in Domino obsecramus, ut pro Ecclesiasticæ Disciplinæ integritate, et Animarum salute advigilantes, in Clericorum omnium, Vobis tam Ordinario quam Delegato jure subjectorum, agendi rationem sedulo inquiratis; ac, si quos forte hujusmodi avaritiæ labe infectos, adversus Canones et Apostolicas Constitutiones peccasse comperietis, in eos, ad formam eorumdem Canonum, et Constitutionum, cum omni severitate, etiam ex officio, procedere non omittatis.

Cavendum est ne per interpositam personam, aut ex charitatis officio erga conjunctos Clerici in illicitis se immisceant negociationibus.

§. 6. In quo sane duo Vobis magnopere cavenda erunt: Primum videlicet, ne subdolis delinquentium artibus diligentiam vestram eludi patiamini. Sæpe enim contingit, ut qui legum scita non ignorant, res suas ita fraudolenter componant, ut quatenus eorum crimen in judicium adducatur, tueri possint, se nihil contra leges ipsas admisisse. Modo enim, interposita alterins, sibi, suæque cupiditati inservientis, persona, aut alieno nomine tabulis et rationum libris inscripto, negotiationem, aut conductionem, de qua quæritur, ad se nequaquam pertinere contendent: Modo, scientes intra quos fines districtior legum censura coerceatur, ita se gerere studebunt, ut si de lucrosis quæstibus a Superiore arguantur, defendere possint, non se turpi cupiditate adductos, ad lucrum captandum primario animum intendisse, sed provido consilio de damno vitando unice laborantes, insperatum emolumentum fortuito temporis beneficio adeptos fuisse. Aliquando etiam non sua, sed suorum, aut sanguinis aut alio necessitudinis vinculo sibi conjunctorum, bona, negociationibus implicita, ad eorum sustentationem, ex charitatis officio, et directionis titulo, procurare se prædicabunt.

Episcopi assiduis exortationibus, et investigationibus hanc Canonicam violationem impedire curent.

§. 7. Quamvis autem, propria etiam experientia in Episcopalis officii muneribus obeundis, satis edocti simus, quam difficile sit judicium ferre de peculiaribus quibusdam casibus, in quibus potiorem sibi partem vindicat bona vel mala fides illius, qui de illicita negociatione accusatur; non ideo tamen censere debetis, diligentiam vestram omni effectu vacuam fore, ubi saltem Ecclesiastici intelligant, vos minime conniventes esse super hujus gravissimi Ecclesiasticæ Disciplinæ capitis

violatione. Magnum enim fructum capietis ex eo ipso, quod vestram, Ecclesiæque mentem ab oscurioribus etiam eorum prævaricationibus abhorrentem sæpius testatam facietis; iisdemque, oblata opportunitate, graviter denunciabitis, haud irrideri Deum, qui hominum renes et corda scrutatur, nihilque apud Supremum illius Tribunal profuturas aliquando cavillationes, quibus nunc Ecclesiæ Præsulem decipere, indictasque legibus pœnas declinare satagunt. Cæterum non omnino impossibile erit, latentem rei veritatem plerumque agnoscere, occultumque crimen revincere; si debita cura atque solertia expendantur hominum mores, qui ex universo eorum vitæ tenore se produnt, rerumque, et casuum adjuncta, quæ allatas excusationes probabilius admittendas, rejiciendasve suadent. Id quod exemplis illustrare facile possemus, nisi de Fraternitatum Vestrarum sapientia, et rerum usu, quantum par est, in Domino confideremus.

Si de natura contractus an liciti vel interdicti judicandum erit, ad S. Sedem recurrendum pro definitione quæstionis.

§. 8. Alterum vero, quod æque cavere debetis, illud est, ne pravas Canonicarum legum interpretationes, quibus earum rigor enervatur, aut indulgentia præter fas extenditur, præter mentem et spiritum Ecclesiæ, ex privatis opinionibus adventas, et sine legitimi superioris assensu, ad proprii cujusque casus opportunitatem accommodatas, apud Vos ullo modo valere sinatis, ubi Clericorum Sæcularium aut Regularium negociationem, vobis Judicibus, ad trutinam revocari contingat. Si enim quæstio sit de ipsa natura contractus, qui aliqua in Diœcesi ab Ecclesiasticis iniri soleat, an scilicet ipsis licitus, vel potius interdictus censeri debeat, haud æquum erit pro judicandi norma accipere vel frequentiam ipsorum actuum, de quorum natura quæritur, vel ipsam contrahentium opinionem; sed ad tollenda dubia, reprimendamque opinantium licentiam et audaciam, expeditissima erit via recurrendi ad hanc Apostolicam Sedem, quæ sicuti alias complures hujus generis quæstiones, per organum præsertim Congregationis S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum definivit, ita etiam in posterum quid de propositis casibus sentiendum sit, decernere non omittet, idoneis editis responsis, ex quibus agendi judicandique regula desumi valeat.

Cambium activum Ecclesiasticis vetitum uti actus veræ negociationis,

§. 9. Quo in genere, quum acceperimus, perspicuam nostram et Apostolicæ Sedis declarationem desiderari super eo, an Clericis liceat Cambium activum contrahere; quamvis non aliam fere rem dubitationi minus subjectam putemus, nihilominus, ad omnem causandi occasionem amputandam, præsentium litterarum tenore declaramus ac definimus, Cambium activum, natura sua, esse actum veræ et propriæ, negociationis; ideoque Ecclesiasticis omnibus vetitum censeri debere, tam proprio nomine, quam per interpositam personam, illud contrahere; quicumque vero e Sæculari vel Regulari Clero, Cambium activum contraxerit, omnibus obnoxium fieri pœnis atque censuris, quæ in Clericos negociatores constitutæ noscuntur.

Conjunctorum indigentia Clericos a Negociatorum poenis minime eximit, nisi Sanctae Sedis, vel Ordinarii dispensationem obtinuerint.

§. 10. Si autem Ecclesiasticorum quispiam, ad se excusandum, quod Sæcularibus negociis se immisceat, necessitatem proferat indigentiæ, non quidem suæ (quandoquidem unicuique Clerico, canonicus Ordinationis Titulus, vel saltem congruum sufficiens patrimonium esse debet, quo se sustentet; iisque forsan deficientibus, debet ipse honestioribus artibus, suæque professioni conformibus, propriis necessitatibus consulere) sed aut Parentum, aut Sororum, aliarumque Personarum, quibus ex naturalis Officii debito opem ferre teneatur; primum volumus atque decernimus, hujusmodi excusationem a Superiore Ecclesiastico nequaquam admitti, eidemque Clerico minime suffragari posse, quominus ad Canonicæ legis prescriptum pro modo culpæ puniatur, nisi doceat se antea præfatas necessitates Apostolicæ Sedi, si intra Italiam et Insulas adjacentes existat, si vero in remotioribus Regionibus versetur, saltem Ordinario loci exposuisse, earumque intuitu, opportunam dispensationem, et facultatem prædictas personas industria sua juvandi, vel ab eadem Apostolica Sede, vel respective ab Ordinario, impetrasse.

Clericis negociandi indultum non alter concedendum, quam sub conditione quod causæ veritati nitantur, et modi honestiores, moderatione servata, præscribantur.

§. 11. Deinde, pro eo quod pertinet ad hujus Curiæ nostræ Officia, notum facimus, nostram mentem et voluntatem esse, ut hujusmodi dispensationes et facultates nunquam concedantur, nisi cum ea conditione, quatenus adductæ causæ veritati nitantur, et nisi simul constet prædictas indigentias nulla alia ratione levari posse; eoque etiam casu nunquam Ecclesiasticis permittatur, ejusmodi negociationis genus assumere, cujus administratio Clericalem statum et characterem dedeceat; quin immo in ipsis Indultorum Rescriptis et Litteris, indicentur ac præscribantur honestiores modi, quibus Cle-

ricus, justa moderatione servata, et intra veram indigentiæ mensuram pauperibus consanguineis opem præstare valeat. Quæ omnia similiter Ordinarii, ad quos pertinet, in hujusmodi dispensationibus et facultatibus concedendis observare debebunt: Hoc insuper advertentes, ne ea quæ vel ab ipsis, vel ab Apostolica Sede, peculiaribus quibusdam Clericis hoc in genere aliquando permissa, et justis concurrentibus causis, frequentius forsan indulta dignoscuntur, (exempli gratia, ut Ecclesiarum fundos, certa annua pensione conventa colendos, exercendosque conducerent); eadem a reliquis Ecclesiasticis, tamquam generaliter omnibus concessa, absque justa causa, et sine speciali Indulto usurpentur.

Revocata intelligenda est hæc facultas dum cessaverit indigentia.

§. 12. Cæterum facultates ipsas, etiam ut supra dictum est obtentas, semper quoad tempus revocationi obnoxias censeri decernimus, ita ut pro irritis, et revocatis ipso jure habeantur, quoties allegatæ Conjunctorum indigentiæ cessaverint, vel alia legitima se offerat ratio iisdem opportune prospiciendi. Super quorum omnium tum exequutione, tum observantia, Ordinariorum localium vigilantiam, atque conscientiam onerari volumus, et re ipsa oneratam fore denunciamus.

In suorum bonorum administratione debent Clerici quadam prudentia se gerere, ne hujus seculi curæ omnino dediti appareant.

§. 13. Verum non uni dumtaxat negociationi tribuenda est, quæ nunc temporis cernitur Ecclesiasticæ Dignitatis depressio. Sunt alii quidam abusus, quibus Ecclesiastici Viri proprium decorem, totiusque cœtus et ordinis existimationem eo frequentius, atque securius abjicere dignoscuntur, quod eos norunt non tam aperte adversari litteræ Sacrorum Canonum, et Constitutionum ab Apostolica Sede editarum; proindeque se censuris et pœnis ibidem statutis nequaquam subjiciendos fore confidunt. Plurimi enim, ut ex prædictorum relatione cognovimus, in ipsa bonorum suorum administratione, eorumque cultura, in distractione fructuum, animalium, et cœterorum, quæ in propriis Ecclesiæve fundis enascuntur, seu aluntur, nec non in comparandis rebus, quæ vel ad proprios usus, vel ad fundos prædictos instruendos sunt necessaria, adeo indecoris actibus se ipsos exercere conspiciuntur, adeo se totos curis et sollicitudinibus hujus sæculi deditos, ac temporalibus lucris inhiantes ostendunt, ut qui sacræ dignitatis præstantia supra humanæ conditionis sortem evecti, merito reputantur, infra ipsos abjectissimi status homines sese demittant; et qui Filii lucis esse et apparere deberent, sæculi filios, terrenæ aviditatis anxietate, superare videantur. Hos ajebant, omnibus Nundinis, atque Mercatibus, laicali propemodum apparatu, ac specie, se sistere, nec quidquam minus, quam Clericalis moderationis, atque modestiæ, vel Ecclesiastici decoris, et gravitatis, specimen præferre.

Ordinarii exortantur, ut Clericorum turpitudinibus, et cupiditatibus, opportunis decretis occurrant, et salutaribus pœnitentiis.

§. 14. Quibus Nos quidem palam edicimus, nihil per Nos interdictum iri, quod ipsis, pro recta, et provida Ecclesiastici Patrimonii administratione, quoad ipsam actus naturam, permissum dignoscitur, vel etiam a Sanctis Patribus, et Ecclesiasticarum legum Conditoribus eorum deligentiæ commeodatum. Verum sicut alia complura sunt, quæ Clericis, quoad rei substantiam, non prohibentur, et tamen eorum usus sub certis dumtaxat modo et forma, iisdem permittitur, iis autem qui præscriptum modum excesserint, statutamque Ecclesiasticæ disciplinæ formam violaverint, tum temporales pœnæ, tum etiam spirituales censuræ, a Sacris Canonibus infliguntur; cujus rei innumera extant exempla in generalibus Canonici juris legibus, ac etiam in peculiaribus Diæcesum statutis, quæ plura de vita et honestate, de habitu et tonsura Clericorum, sive observanda, sive vitanda, præscribunt: ita Vos, Venerabiles Fratres, oportet, Ecclesiasticorum omnium, qui in Diæcesibus Vestris versantur, agendi rationem circa præmissa circumspectantes, si quid Vobis constiterit frequentius ab iis admitti, quod Clericalem statum dedeceat, non solum eos idoneis instructionibus docere, ut collatæ sibi dignitatis celsitudinem cogitantes, non sibi licere putent indecoris actibus eam deturpare, debitamque Ecclesiastico Ordini existimationem, et reverentiam, quæ etiam spiritualibus populorum utilitatibus plurimum prodest, ex laicorum animis abolere; utque memores se in sortem Domini vocatos esse, non tam quæ sua sunt, quam quæ Jesu Christi, quærant et curent: Sed præterea, quatenus opus esse noveritis, opportunis Decretis, conditis, ac severioribus Edictis propositis, ejusmodi Clericorum turpitudini et cupiditati obviam ire; ac delinquentium culpas, habita minoris majorisque scandali ratione, nunc quidem increpando arguere, nunc autem salutaribus pœnitentiis emendare, nunc demum districto pœnarum ac etiam censurarum gladio, ad cæterorum exemplum, coercere et punire.

Damnat Ecclesiasticos, laicorum servitio eorum operam, et industriam impendentes.

§. 15. Et parem quidem, vel etiam majorem Pastoralis zeli Vestri sollicitudinem atque constantiam requirit aliud corruptelæ genus, quod plures Ecclesiasticos Viros inficere, et ab Ecclesiæ servitiis abductos, ad sæculi curas convertere accepimus. Sunt enim, qui industriam operamque suam, quam totam Divino cultui, et proximorum utilitatibus, ex charitatis lege, impendere deberent, Laicorum obsequiis abjectisque servitiis addicere, aliquando etiam eorum negociis administrandis curandisque, pro temporali, eaque satis vili mercede, locare non recusant. In quo difficile est judicare, an magis deflenda sit eorum cæcitas, qui proprii gradus dignitatem ipsi proculcant, an potius repræhendenda sit Laicorum præsumptio, qui Sanctuarii Ministros, a quibus Christianæ vitæ documenta, æternæque salutis subsidia petere deberent, tam parvipendunt, ut eis in domesticis officiis sibi dicto audientes, servilibus ministeriis adhibere non vereantur.

Ad Sacros Ordines, nemo promovendus, nisi vero potitus sit patrimonio, justa Synodales, et Dioecesanas Constitutiones.

§. 16. Verum quod altius animum nostrum sollicitat, illud est, ne forte hujusmodi malum ex alio non minus detestabili abusu profluat; quod nempe aliquibus ad Clericalem statum temere adspirantibus quandoque contingat, fallacibus corruptisque documentis Ordinarium suum decipere, confictoque sibi Patrimonio, cujus fructus aut nulli sint, aut ad ipsos non vere pertingant, ad Sacros Ordines, absque reditibus ad honestam vitæ sustentationem sufficientibus, promoveri. Quare ne quis Vestrum miretur, Venerabiles Fratres, si hac occasione arrepta, Vos omnes et singulos enixe hortamur, atque monemus, ut cautiores hac in re oculatioresque Vos præbeatis, ne cui Subditorum Vestrorum detur ad Sacram Ordinationem obrepere, qui ex Beneficio Ecclesiastico, vel Ecclesiastica Pensione, aut ex Patrimonio sibi constituto, in casibus a jure permissis, omni submota collusione ac fraude, eam reipsa non percipiat annui redditus summam, quæ Synodalibus cujusque Diœcesis statutis, aut legitima consuetudine definita dignoscitur.

Revocandi ad vitae Ecclesiasticae instituta Clerici, et Saeerdotes in saecularibus et illiberalibus negociis occupati.

§. 17. Clericos autem et Sacerdotes in Laicorum Domibus ejusmodi ministeriis addictos, quæ eorum gradum et professionem dedeceant, quæque eos a Divinis obsequiis, et propriæ perfectionis cultura, ad illiberarium occupationum, et sæcularium negociorum agitationem traducant, quantumvis honestioribus in speciem titulis susceptum servitii genus aliquando obtegere adnitantur, ne patiamini quietos in suo dedecore insordescere, aut forte obfirmatos, de sua ab Ecclesiæ castris defectione impune gloriari; sed omni Pastoralis sollicitudinis studio, et quatenus opus sit, tota ordinariæ ac delegatæ jurisdictionis auctoritate, servatis servandis, eosdem ad Ecclesiasticæ vitæ instituta, et ad Clericalis Militiæ munera revocare curetis.

Episcopos ortatur et nihil omittant quæ ad illorum, circa praescripta, sollicitudinem spectat.

§. 18. Hæc sunt, Venerabiles Fratres, quæ pro Apostolici Ministerii Nostri officio, ad Ecclesiastici Ordinis honestatem dignitatemque tuendam et vindicandam, sollicitudini Vestræ suggerenda, enixeque commendanda judicavimus. Hac enim in re, quæ ex peculiaribus actionum circumstantiis maxime pendet, Vestras omnino partes primas esse oportet, utpote qui Subditorum Vestrorum facta, eorumque adjuncta, regionum necessitates, et personarum mores, quidque apud prudentes et probos viros, honesti, aut indecori speciem habeat, in singulis locis præsentes constitui, et melius agnoscere, et securius æstimare potestis. Ut autem liberum Vobis sit in hoc rerum genere inordinata quæque corrigere et reformare, quodcumque dispensationis aut facultatis Indultum circa præmissa a quolibet Romanæ Curiæ Officio hactenus concessum, prudenti arbitrio Vestro moderandum permittimus; nullum vero imposterum concedi volumus, nisi auditis prius Fraternitatum Vestrarum relationibus, et votis, adjectisque eidem Indulto ejusmodi formulis et conditionibus, per quas integrum Vobis relinquatur arbitrium de illius exequutione et effectu ita cognoscendi, ut nemini Ecclesiasticorum liceat, illius prætextu negocium ullum, aut ministerium minus honestum, contra interdictum Vestrum assumere, aut susceptum retinere et protrahere. Interim in Pastorali zelo Vestro acquiescentes, Fraternitatibus Vestris Apostolicam Benedictionem ex animo impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XVII Septembris MDCCLIX. Pontificatûs Nostri Anno Secundo.

Digitized by Google

LXXXVIII.

Dat. die 17. Sept. 1759. Ann. II.

Approbatio Decreti Congregationis Propagandæ Fidei, nec non resolutionis Capituli Generalis Ordinis Fratrum Exalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum quo Collegium Romanum de Propaganda Fide B. M. Virginis ad Fornaces prope, et extra Mænia Urbis aggregatur Familiæ Matris Redemptoris extra Hispaniam.

Literæ in forma Brevis Clementis XI. diei 8 Nov. 1720, et Innocentii XIII diei 4 Augusti 1721 de quibus in præsenti fit mentio, non reperiuntur impressæ in Bullario Mainardi.

Clemens Papa XIII.
Ad futuram rei memoriam

Exordium

§. 1. Injuncti Nobis per abundantiam Divinæ Gratiæ Pastoralis Officii sollicitudo postulat, atque exigit, ut in his, per quæ Christifidelium sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium prospero statui consulitur, ejusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Refertur tenor Decreti Sacræ Congregationis de Propaganda Fide.

§. 2. Emanavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Negotiis Propagandæ Fidei præpositorum Decretum tenoris sequentis, videlicet = Decretum Sacræ Congregationis Generalis de Propaganda Fide habita die xx Augusti MDCCLIX. = Referente Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinali Ferono preces Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum ExcalceatorumSanctissimæTrinitatis Redemptionis Captivorum, quibus, nomine totius sui Ordinis postulabat, ut Sacra Congregatio dignaretur confirmare Decretum editum in Comitiis Generalibus celebratis Mediolani die xii mensis Maii currentis Anni circa regimen Collegii, sive Seminarii B. M. V. ad Fornaces prope, et extra mænia Urbis, quod est tenoris sequentis, videlicet =

Refertur tenor resolutionisCapituli Generalis.

Decrevit Venerabile Capitulum Generale Ordinis, omnibus suffragiis, quod Collegium Romanum de Propaganda Fide B. M. Virginis ad Fornaces aggregetur Familiæ Matris Redemptoris (id est, extra Hispanæ), et ab hinc dependeat a Superiore Generali dictæ Familiæ, qui curam, et sollicitudinem habebit, cum sua Familia, ut debita exolvantur, exonerando ab his Familiam Jesu Redemptoris (idest intra Hispanam), servatis in suo robore Decretis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide = Eminentissimi Patres responderunt = Pro approbatione Resolutionis factæ per Capitulum Generale, facto verbo cum Sanctissimo =.

Decretum Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Apostolica auctoritate confirmatur

§. 3. Hinc est quod relata Nobis per dilectum Filium Magistrum Nicolaum Antonelli Secretarium Congregationis eorumdem Cardinalium illius Sententia, Nos inviolabili ejusdem Decreti robori, et efficaciæ providere volentes, supplicationibus eorumdemCardinalium, Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, præinsertum ejusdem Cardinalium Congregationis Decretum, ac omnia, et singula in eo contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris et facti defectus, si qui desuper in memorato Capituli Generalis dicti Ordinis Decreto quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, ac quarumdam fel. rec. Clementis XI. die viii. Novembris MDCCXX., et Innocentii XIII. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum die iv. Augusti MCCXXI. in simili forma Brevis respective observantiam omnino præcipimus, et mandamus; salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

Clausula sublata et Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit Nostra, et Cancelleriæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Collegii, Ordinis et Congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et litteris Apostolicis

Digitized by Google

in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVII. Septembris MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXXXIX.

Dat. die 18. Sept 1759. Ann. II.

Deputatio Visitatoris Apostolici in quibusdam Locis Diœcesum Aleviensis, Marianensis, et Acciensis, atque Nebiensis in Insula Corsicæ.

Clemens PP. XIII.
Venerabilis Frater Salutem
et Apostolicam Benedictionem

Insula Corsicæ diuturnis malis afflicta, Pontificis auxilium et spiritualem medelam implorat.

§. 1. Inter cæteras curas, quas in regenda Universali Ecclesia gerimus, eam in præcipuis habendam ducimus, ut Civitatibus, ac locis, quibus propter humanarum rerum varietates Episcoporum præsidium præsto esse non potest, multisque propterea calamitatibus et animarum periculis obnoxia sunt, congruis Apostolicæ providentiæ remediis, quantum ex alto conceditur, succurramus. Quare cum initio Pontificatus Nostri in hanc curam cogitationes, et consilia intenderimus, obvia potissimum Nobis fuit Insula Corsicæ, quæ diuturnis malis, quibus affligitur, periculosius laborans, supplices quodammodo manus tendere visa est, Nostram implorans auctoritatem, ut ejus saluti graviter periclitanti, quantocius a Nobis fieri, potest, aliqua ratione consulatur. Nostros autem præsertim ante oculos obversatur mœstissima facies Ecclesiarum Aleriensis, Marianensis, Acciensis, et Nebiensis, quæ magna ex parte a suis disjunctæ Pastoribus jacent in luctu, et in solitudine. Plures enim ut accepimus, licentiam arripiunt vivendi arbitratu suo, alii necessariis Sacramentorum subsidiis non adjuti in via salutis deficiunt, alii a pietate, et religione recedunt; ita ut corrupto, immutatoque Ecclesiasticæ rei ordine, omnia illic ruant in perniciem, et in interitum. Gravissimis Nos hisce malis indoluisse, et ex miserabili illarum Ecclesiarum statu multa fuisse miseratione commotos, ipse novit, qui scrutatur omnia, Deus. Sed injuncti Nobis muneris debitum maxime stimulabat, ne in solo animi nostri luctu occupati, Nos, qui Pastores in Israel, meritis licet imparibus, a Domino constituti sumus, omnia nostra studia, omnemque solicitudinem in hanc curam non conferremus. Angebat enim Nos, et maxime solicitabat vehemens timor, ne in negligenda illarum Ecclesiarum cura nostro deessemus muneri, a præclarissimis Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum vestigiis, et exemplis abscedentes, qui periclitantibus Ecclesiis non per Italiam modo, sed per universum Christianum Orbem qua hortatu, qua auctoritate, qua missis ab Urbe Apostolicis viris, aliisque, prout opus erat, remediis non defuerunt.

Apostolicus Visitator in Insulam mittitur, qui vulnera quotidie ingravescentia sanare curet.

§. 2. Quare effusis ad Deum precibus, ut, afflante Spiritu Sancto, quod melius esset, pro rei gravitate deliberaremus, adhibitis etiam in consilium nonnullis Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, illud ad Aleriensis, Marianensis, Acciensis, et Nebiensis Ecclesiarum solatium, et medelam optimum consilium visum est, ut Visitatorem Apostolicum in Corsicam Insulam mitteremus, qui coram perspectis rebus omnibus, atque mature consideratis, earumdem Ecclesiarum curam susciperet, et omni studio in id incumberet, ut imposita iis vulnera, quæ vel ignorata, vel neglecta quotidie magis ingravercerent, omni ratione sanaret. Circumspicientes autem Nos, et deliberantes, ut Virum aliquem aptum, et idoneum ad rem tantam perficiendam designaremus, Te potissimum, Venerabilis Frater, selegimus, qui in Ecclesiastica Ditione natus, atque educatus existis, et ex Vicarii Generalis egregie obito munere, magnam laudem es consequutus, tum in Signina Ecclesia, cui Episcopus hactenus præfuisti, nihil fecisti reliqui ex optimi Pastoris officio: unde merito confidimus, Te ea, quæ Tibi committimus, et mandamus, opem ferente Deo, summa, qua decet, fide, integritate, prudentia, pietate, et zelo exequuturum.

Necessariæ, et opportunæ facultates Apostolico Visitatori tribuuntur, ut commisso sibi muneri

§. 3. Motu itaque proprio ex certa scientia, ac matura deliberatione, Nostra, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, Te ad Nostrum, et Sedis Apostolicæ beneplacitum constituimus, et

ri respondere possit.

deputamus Apostolicum Visitatorem in Ecclesiis Aleriensi, Marianensi, Acciensi, et Nebiensi cum omnibus facultatibus opportunis, et necessariis, ac concedi solitis Visitatoribus Apostolicis, iis tantum in locis, in quibus moderni earumdem Ecclesiarum Episcopi, ob adversum temporum conditionem neque per se, neque per Vicarios suos cum utilitate, commisso sibi Gregi interim præesse possunt; sperantes omnino hoc ipsismet Episcopis gratum futurum, pro ea charitate, qua oves sibi creditas, ex muneris sui debito, illos prosequi non dubitamus. Tibi vero Venerabils Frater, præcipimus, et mandamus, ut ad Ecclesias Aleriensem Marianensem, Acciensem, et Nebiensem, cum gratia Apostolicæ Benedictionis accedas, et in iis, aut in earum Diœcesibus personaliter resideas, et earumdem Ecclesiarum curam, et administrationem, juxta præmissa, tam in spiritualibus, quam in temporalibus suscipias, omniaque, et singula, quæ Episcopi Aleriensis, Marianensis, Acciensis, et Nebiensis, de jure, vel consuetudinine exercere, et facere consueverunt, facere, gerere, et exercere valeas, excepta dumtaxat Ordinum, et Beneficiorum collatione.

Quæ sane facultates etiam ad Regularium disciplinam extenduntur.

§. 4. Volentes præterea malis, quæ ex multorum dissidiis inter Regulares oborta sunt afferre remedium, Tibi super omnibus cujusvis Ordinis, et Instituti, etiam Mendicantium, Regularibus, in Diœcesibus Tibi commissis existentibus, tam in his, quæ concernunt administrationem Sacramentorum, quam circa disciplinam Regularem, aliaque omnia potestatem, et jurisdictionem omnimodam, ac eamdem, quam eorum Superiores Generales haberent, si illic residerent, itaut illos, et quemlibet eorum, atque etiam eorum Ecclesias, Monasteria, et loca circa præmissa visitare, corrigere, et reformare, et quoscumque contradictores per censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia cogere, et compellere valeas, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, et impertimur. Interim vero Te ob non residentiam apud Ecclesiam Signinam censuris, et pœnis contra non residentes a Sacris Canonibus, et Œcumenicis Conciliis inflictis minime subjacere eadem auctoritate declaramus, atque decernimus.

Pœnæ contra inobedientes Visitatori irrogantur.

§. 5. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ Dilectis Filiis Capitulis, Clero, Populo, atque Vassallis Ecclesiarum Aleriensis, Marianensis, Acciensis, et Nebiensis, ut Te ad eos, ex causa prædicta accedentem, cum reverentia, et honore excipiant, ac omnibus Tuis salubribus monitis, et mandatis intendant, pareant, et obsequantur, ac consueta, et debita servitia, subjectionem, et obedientiam, ut suis, propriis Episcopis Tibi præstent, et exhibeant; alioquin sententias, sive pœnas, quas rite tuleris, seu statueris in inobedientes, et contumaces ratas habemus, et præcipimus, et statuimus usque ad satisfactionem congruam, inviolabiliter observari.

Contrariis derogatur.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et quorumvis Ordinum, et Institutorum Regularium, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, Confraternitatum, et aliorum Locorum Piorum hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, et Literis Apostolicis, et cuivis illorum, et personis, ac superioribus illorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, quibuscumque sint concepta verborum formis, et tenoribus, quos præsentibus pro expressis haberi volumus specialiter, et expresse, ac latissime ad effectum præsentium derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Septembris MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XC.

Dat. die 20. Septemb. 1759. Ann. II.

Episcopo Colimbriensi gratulatur ob novum extructum Seminarium, Pontificiamque, protectionem promittit.

Clemens PP. XIII.
Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Maxima commoda, et utilitates ex Seminariis Religioni, promanant.

Quæ de Sacerdotali Fraternitatis Tuæ virtute, pastorali zelo, et indefessa in procuranda æterna salute gregis Tui vigilantia audiveramus, præclara facinora, ea abunde Nobis confirmarunt obsequentissimæ literæ Tuæ, quibus constructi a Te Seminarii rationes exponere et commendare voluisti. Nos igitur, quibus præ cæteris diuturno experimento rebus ipsis compertum est, quanta commoda et utilitates ex hujusmodi Seminariis, et Collegiis in Dei Ecclesiam largissime promaneant, satis laudare non possumus eximium Fraternitatis Tuæ studium, quo nullis laboribus aut sumtibus parcens, tam proficui, tam necessarii operis complementum ac perennem firmitatem in dies urgere ac provehere non desinis. Qua de re persuasum Tibi, Venerabilis Frater, esse cupimus, nunquam fore, ut opportuna et idonea nostræ Pontificiæ benignitatis auctoritatisque officia hac in parte Fraternitati Tuæ desint; et sin minus temporum rerumque conditio tulerit, ut Apostolicam fel. rec. Benedicti PP. XIV. Prædcessoris nostri beneficentiam æmulari valeamus, dabimus certe operam, ut illius laudatissimis vestigiis hac quoque in re insistere studeamus. Cætera fusius accipies a dilecto filio Matthæo Modio Tuo in hac Alma Urbe Nostra sedulo negotiorum gestori, Nobis apprime grato et accepto, quocum pluribus disseruimus. Interim Apostolicam Benedictionem diuturnæ Tuæ incolumitatis et prosperitatis voto conjunctam, Fraternitati Tuæ peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xx. Septembris MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Secundo. Loco ✠ Sigilli = Cajetanus Amatus.

XCI.

Dat. 20 Sept. Ann. 1759. Ann. II.

Prælaudato Episcopo laudes dirigit pro instituta Liturgica Accademia, eique literas in forma Brevis transmittit quibus ipsius Accademiæ Statuta confirmantur.

Clemens PP. XIII.
Venerabilis Frater salutem; et Apostolicam benedictionem.

Majori certe consolatione affici non possumus, quam cum a Nobis exposcitur, ut ad literarum præsertim sacrarum præsidium, et incrementum, ad perennem institutarum Academiarum stabilitatem, et ad exactam pro ipsis conditarum legum observantiam supremæ nostræ Pontificiæ auctoritatis, et potestatis officia conferamus. Ea propter præcipua cordis Nostri voluptate excepimus humanissimam Fraternitatis Tuæ epistolam, a dilecto filio Matthæo Modio Nobis nuper redditam, qua supplices preces continebantur, ut Statuta, Leges et Constitutiones pro Academia ista Liturgica a fel rec. Benedicto PP. XIV. Prædecessore nostro fundata, a Te conditas approbare, et Apostolica auctoritate munire dignaremur. Nos igitur Teeum, Venerabilis Frater, impense gratulantes, quod tanta sapientia prudentiaque mandatis tanti Pontificis, de universa Catholica Ecclesia, et Literaria Republica optime meriti, fueris obsequutus, Fraternitati Tuæ significamus, jam votis tuis plene satisfecisse, atque per alias Nostras in simili forma Brevis literas easdem Constitutiones, Apostolicæ firmitatis robore communisse. Nos interim Apostolicam Benedictionem peculiaribus Pontificiæ benevolentiæ, et existimationis sensibus conjunctam, Fraternitati Tuæ peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Septembris MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Secundo. Loco ✠ Sigilli = Cajetanus Amatus.

CXII.

Dat. 20 Sept. Ann. 1759. Ann. II.

Confirmatio Constitutionis, et Statutorum Accademiæ Liturgicæ jam erectæ a Benedicto XIV.

Leges Accademiæ Cervariæ in Cathalonia a Philippo V. Rege Catholico institutæ approbavit Clemens XII. Const. edit. ann. 1730 Decembr. 4 ut est in Bullario Mainardii. Hanc Liturgicam Colimbriæ Accademiam erexit, et instituit Benedictus XIV. constit. edit. Anno 1748 oct. Kal. April. Lectoribus hujus Accademiæ facultatem legendi quoscumque prohibitos Libros fecit Pontifex idem constitutione altera anni 1749 Febr. 21 quæ in hujus Pontificis Bullario minime reperiuntur impressæ.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

§. 1. Quæ a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus pro literarum Sacrarum præsertim incremento, pro Catholicæ Religionis præsidio, pro Congregationum Religiosarum ornamento præclare instituta ac provide ordinata fuerunt, ea quidem non solum tutare, ac promovere maximopere curamus, verum etiam, si quæ leges, statuta, et constitutiones pro perpetua illorum stabilitate fieri contingat, eas, quo fimius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ auctoritatis robore communire non dedignamur.

Benedictus XIV. Liturgicam Accademiam Colimbriensem erexit et instituit, nec non redditibus auxit.

§. 2. Sane fel. rec. Bened. PP. XIV. Prædecessor Noster de literaria Republica vere meritissimus, pro exploratissimo, quo ferebatur, Ecclesiasticarum omnium litterarum potissimum provehendarum studio; nec non pro eximia, qua prosequebatur dilectos Filios Canonicos Regulares Reformatæ Congregationis Sanctæ Crucis Colimbriensis charitate, et existimatione in Regio Sanctæ Crucis præfatæ Congregationis, et Civitatis Monasterio, Liturgicam Academiam duabus constantem Cathedris, altera nempe Sacrorum Rituum, altera vero Ecclesiasticæ Historiæ, Apostolica, auctoritate erexit et instituit, sub immediata Apostolicæ hujus Santæ Sedis protectione recepit, perpetuisque redditibus auxit; nec non Venerabili Fratri Michaeli Episcopo Colimbriensi injunxit, et facultatem dedit, ut pro felici dictarum Cathedrarum regimine, et directione leges conderet, et Statuta, prout in Apostolicis ejusdem Benedicti prædecessoris octavo Kalendas Aprilis anno Incarnationis Dominicæ millesimo, septingentesimo, quadragesimo octavo sub aurea Bulla expeditis literis uberius continetur.

Preces porrectæ pro confirmatione Statutorum ab Episcopo Colimbriensi confectorum.

§. 3. Postquam autem laudatus Michael Episcopus decreta, et statuta hujusmodi, non sine summa prudentia sapientiaque confecit, ad Nos transmitti curavit, et tam suo, quam præfatorum Regularium Canonicorum nomine humiliter supplicari fecit, ut eadem approbare, et de benignitate, et auctoritate Apostolica confirmare dignaremur.

Tenor statutorum, de quibus confirmatio postulatur.

Leges vero, et statuta sunt tenoris sequentis. = D. Michael ab Annuntiatione Canonicus Regularis Congregationis S. Crucis, Dei Providentia, et Apostolicæ Sedis auctoritate Episcopus Colimbriensis, Comes De Arganil, Dominus de Coja, Fidelissimæ Majestatis a Consiliis etc. Ex delegatione mihi nominatim commissa a SSño Domino Nostro Benedicto XIV. in Bulla Aurea *Gloria Domini*: Hæc statuta condidi ad usum Academiæ Liturgicæ ab eodem met Sanctissimo in Regio Monasterio S. Crucis fundatæ.

I. Perpetua hujus Academiæ Protectrix erit Deipara Sanctissima in Mysterio Incarnationis Dominicæ ab Angelo Annuntiata.

II. Sanctissimus Dominus Noster Benedictus XIV. eadem magnificentia urbanitate atque benevolentia, qua Academiam istam fundavit erexit, instituit, illi semetipsum præbuit Protectorem Præsidem, Directorem, ipsamque Academiam sub Sua et Apostolicæ Sedis tutela, et patrocinio, nunc et perpetuis futuris temporibus immediate locavit.

III. Prior Generalis Canonicorum Regularium Lateranensium Congregationis S. Crucis pro tempore existens, nomine Romani Pontificis, ejusque delegatione, Academiæ Liturgicæ Præses sedebit et Director.

IV. Duabus constabit cathedris Liturgica isthæc Academia, altera Sacrorum Rituum, Historiæ Ecclesiasticæ altera.

V. Duo Magistri cathedras moderabuntur. Ad Capitulum generale totius Congregationis attinebit utrumque magistrum creare et Sacrorum Rituum, et Historiæ Ecclesiasticæ. Tenebitur itidem Capitulum Generale eos Canonicos Regulares seligere, qui Doctoratu, ac Magisterio insignes existant, quique lin-

guarum Hebraicæ, Grecæ, ac Latinæ facundia polleant.

VI. Substituti duo designentur, qui Magistrorum locum, cum ipsi ex justa causa fuerint impediti, adimpleant. Diffinitorii Generalis erit ipsos eligere; similes in illis Magistrorum dotes requirant, non tamen necesse erit quod laurea fulgeant doctorali.

VII. Unus erit Secretarius etiam a Diffinitorio Generali inter Canonicos Regulares eligendus, qui doctor existat, atque benemereri de ipso, jure possit Academia.

VIII. Quinquaginta claudetur numero Academiæ Sociorum Catalogus. Nullus poterit in Socium assumi, aut eligi, nisi sit vir conspicuus et illustris, eruditione atque eloquentia præstans, ac in orbe literario jam pridem bene notus. Nemo eorum Catalogo inseratur, nisi prius constiterit fuisse legittime per scrutinium electum. In hac electione partes tantum erunt Præsidentis, Censorum et Secretarii, quorum suffragiis acquiescat Academia, atque in re literaria parere tenebuntur Academici.

IX. Horum etiam erit, cum bene eis visum fuerit aliquem Socium extra numerum, dum id expostulet utilitas Academiæ in Provinciis, imo et extra Regni limites eligere; verum quique extra numerum eligentur, nec Censorem agere valeant, nec in Dissertationum partitione ex Academiæ præscripto per Socios distributa partes tenere.

X. Quinque erunt Academiæ Censores; duo Magistri dicentur censores nati, reliqui tres ab universo sociorum assumentur gremio; unus tantum poterit eligi inter Canonicos Regulares; horum electio erit penes veteres Censores una cum Præside, Magistris, atque Secretario: unius anni spatio finietur Censorum jurisdictio.

XI. Procurator unus erit a Præside ac Magistris inter Canonicos Regulares eligendus; ipsi demandabitur cura Præbendæ Academiæ, atque redituum sollicitudo, semper erit alter a Procuratore et Camerario Monasterii.

XII. Officialis unus eligetur ad Accademiæ servitium, ejus erit Socios ad Academiam etatis per vocales horis convocare.

XIII. A die quarta Novembris Divo Carolo Borromæo sacra auspicabitur Acadamicus labor; finietur Doctoris gentium commemoratione, die trigesima Junii. Reliquum tempus feriandis animis deputabitur; quemadmodum etiam a Vigilia Nativitatis Domini ad Epiphaniam usque, atque a Dominica Palmarum ad feriam secundam in gaudiis.

XIV. A sacris exorietur Academia Liturgica: die quarta Novembris mane adunabuntur universi Socii quotquot intra urbem degerint, Missam Solemnem Votivam de Festo Annuntiationis audituri: Præsbiter Diaconus, ac Subdiaconus ex Sociis assumentur sive domesticis, sive exteris. Socius autem erit Concionator. Canonici Regulares Lateranenses sagrificio interesse non refugient, nec Missam cantu Gregoriano celebrare.

XV. Ejusdem diei vespere iterum adunabuntur Socii. Orationem in Academia recitabit primus ex tribus Censoribus, qua finita, dissolvetur Congressus; illius defectum, si legitime impediatur, tertius suplebit.

XVI. Die vigesima sexta Junii, vel proxima sequenti, tres Censores cum Præside, duobus Magistris, ac Secretario in Academia colligentur: omnibus adunatis, Censores novos pro anno futuro per scutinium creabunt, postea Magister Liturgicus prius, dein Magister Historiæ Ecclesiasticæ; quilibet in propria facultate puncta exponet sequenti anno disserenda, quæ ad trutinam vocabuntur suffragantium calculo vel omnium, aut majoris numeri probanda, quod si improbetur, Magistri alia suffragantibus grata denuo exponent.

XVII. Comprobata pro futuris dissertationibus puncta, soli quinque Censores per Academiæ Socios distribuent, cuilibet disserendo puncto duos aut tres Socios destinabunt, unum tamen eligent ex ipsis qui lingua Latina elaboret dissertationem, alii autem vel alter quemcumque ipsis libuerit, sermonem vel patrium, vel Italum, vel Galliarum, vel etiam Latii, Græcum, aut Hebraicum usurpabunt.

XVIII. Designatos socios ad elucubrandas tempore definito dissertationes, quolibet Mense in Academia recitandas, certiores faciet Secretarius unumquemque admonens de puncto a Censoribus illi ad disserendum designato, et de mense quo in Academia recitanda erit dissertatio; etiam non omittet exprimere si uti debeat Latii sermone, nec silebit quales habeat Socios ad illudmet punctum disserendum ab Censoribus electos, nec tacebit alia puncta, atque designatos ad illa enucleanda Socios; cæteris etiam Sociis horum omnium notitiam impertietur.

XIX. Hoc ut comodius præstet, distribuctionem universam a Censoribus

peractam prælo committet, et ad omnes et singulos Academicos folium diriget in charta clausum, atque Academiæ sigillo observatum; in ipso folio etiam dicetur, singulis quibuscumque ex Sociis permissum esse dissertationem suam condere, atque aliis commissa puncta discutere, enucleare.

XX. Tenebitur Secretarius intra Mensem hanc distributionem singulis Academiæ Sociis notam facere.

XXI. In hacmet conferentia, Censores eligent Concionatorem ad futuram die quarta Novembris Accademiæ solemnitatem, quem Secretarius, commonebit de munere ipsi per Censores injuncto.

XXII. Tenebuntur designati Socii ad disserenda punctaCensoribus morem gerere, et dissertationes condere tempore præfinito, illas in Academia coram omnibus recitabunt. Verum si aliqua ex causa recitatio existimetur difficilis, Auctores dissertationum, si adsint, quemcumque maluerit ex Sociis recitaturum eligent; si autem absint, ad Academiam dissertationes mittent usque ad diem decimam quintam mensis, deputati; ad Academiæ Præsidem simul cum Censoribus ac Secretario spectabit Socium designare dissertationi recitandæ.

XXIII. Recitationes Accademiæ fiant ex manuscripto, sive dissertationes sint, sive orationes, vel ad minus palam coram omnibus supra mensam Manuscriptum reponetur identidem ob oculos habendum, assidue manibus versandum.

XXIV. Si aliquis ex Sociis legittime sit impeditus, statim atque ipsi comperta fuerit distributio per Censores facta, Secretarium admonebit de impedimento, ut ipse cum Præside et Censoribus opportune de substitutione provideant.

XXV. Puncta ad disserendum proposita erunt octo, juxta numerum mensium quibus clauditur Accademicus labor, unumquodque punctum suo Mensi præfigetur. Quatuor erunt Liturgica, totidem Historica, initium a Liturgia auspicabitur, sectabitur Historia, utraque prosequetur alternatim.

XXVI. Unicuique ex Sociis liberum erit quam judicaverit verisimiliorem propugnare sententiam, illam tueri, vindicare. Minime tenebitur pecudum more aliorum vestigiis adhærere, verum Socios non exacerbabit, nec verbis aut scripto dire excipiet, sed eorum famæ, quantum in ipso erit, benevole prospiciet, non dissimili urbanitate exteros quoslibet complectetur literarios Viros.

XXVII. Dissertationes asservabit Secretarius, quousque prælo committantur, publicique juris fiant, quod vel alternis annis continget juxta numerum aut volumen earum; postquam autem editæ fuerint, originalia manuscripta claudentur Academiæ Archivio.

XXVIII. Expensas suppeditabit Academia, quæ etiam singulis Sociis impertietur singula collectionum Academicarum volumina.

XXIX. Die trigesima Junii congregabuntur universi Socii ad auscultandam Academicam orationem, quam secundus ordine electionis ex Censoribus finem imponet Academicis laboribus. Si autem ipse Censor justa de causa id perficere nequeat, illius locum tertius Censor sedulo implebit.

XXX. Academicorum nullus, opus aliquod edet præfixo, Socii nomine, nisi prius illud Academia vel per Censores, vel per Socios ad id singulariter electos dignum probaverit Academico suffragio.

XXXI. Aula deputabitur digna instructa subseliis, ubi adunetur Academia; in ipsa, mensa locabitur, cum tintinabulo, et Atramentario parato.

XXXII. In medio mensæ sedebit Præses, hujus dexteram tenebunt Magister Liturgicus, sequetur Magister Historiæ Ecclesiasticæ, deinde Secretarius, sinistro lateri assident tres Censores, ordine juxta electionis proprietatem servato: cæteri Socii hinc inde sedebunt, nullo aut sedium, aut sedentium habito discrimine.

XXXIII. Præsidis erit curare ut semper inter Academicos pax, et societas teneatur, nullaque inter ipsos exurgat lis, aut discordia: si necesse arbitretur aut expediat dissentionibus avertendis, cuilibet Sociorum poterit silentium indicere, aut, si maluerit, congressum dissolvere.

XXXIV. Si defuerit Pater Generalis qui ut Romani Pontificis Delegatus, Academiæ præest, subdelegabitur Præsidatus, primum Vicario Monasterii S. Crucis, ipso absente Magistro Liturgiæ, hoc etiam non abstante, devolvetur ad Magistrum Historiæ Ecclesiasticæ.

XXXV. Præsidis arbitrio committitur, Censores omnes cum Secretario adunare quoties censebit Academiæ bono expedire, dummodo mediet unum inter et alium Congressum quindecim dierum spatium.

Digitized by Google

XXXVI. Præsidi una cum Censoribus et Secretario fas erit universam Academiam convocare ultra statos singulorum mensium congressus, semel tamen, et quando licuerit.

XXXVII. Cathedrarum Magistri binas in hebdomada prælectiones recitabunt, exponentque. Liturgicus singulis Tertiis, et Sextis Feriis; Historicus vero cujuslibet hebdomadæ Quartis, et Sabbatbis.

XXXVIII. Prælectio quælibet insimul, ac expositio, unius horæ spatio finietur.

XXXIX. Hora isthæc a die quarta Novembris usque ad Sabbathum præcedens Dominicum Palmarum computabitur, ab hora tertia ad quartam vespertini temporis, a quarta vero ad quintam post Dominicam in Albis,usque dum terminetur Academia.

XL. Ultra annos duodecim non adstringentur Magistri Cathedras moderare; verum quilibet tenebitur in propria facultata intra præfixum tempus duo saltem volumina in folio evulgare: utrumque volumen mille, et quingentas paginas complectetur, ni placuerit in quarto quatuor tomos edere, aut sex in octavo congruentis magnitudinis.

XLI. Magistri soluti erunt a dissertationibus aliisque ultra hic expressis Academiæ oneribus; eadem immunitate gaudebunt reliqui tras Censores quemadmodum et Secretarius.

XLII. Penes Secretarium erit Academiæ sigillum, quo tantum utetur in Epistolis, cæterisque Academiæ nomine exaratis.

XLIII. Tres libros asservabit, quorum alter deserviat scribendis Academiæ Sociis,eorum Nominibus, mense, die, et anno acceptationis expressis: in altero describet quidquid Censoribus videbitur posteritati demandandum ex iis, quæ in Academicis Congressibus pertractantur: tertius denique Censorum electiones continebit; insimulque dissertationum distributionem per Academiæ Socios ex Censorum præscripto dispertitarum.

XLIV. Semel atque novus Socius eligitur, Secretarii interest, electionem ipsi per literas nuntiare. Electus autem cum primum Academiæ aderit, illam honorifica recitata Oratione salutabit; si vero absit, nec intra annum spes ei sit Academiam adeundi, annum non sinat elabi, priusquam literis Academiam gratificetur.

XLV. Nemo ex Sociis tenebitur ad disserendum bis in eodem Anno: ab annua etiam dissertatione immunis erit Concionator ad Solemnitatem Protectoris ab Academia deputatus.

XLVI. Cum aliquis ex Sociis fatis cedit, atque communem mortalium ingreditur viam, Censores unum ex Academicis seligent, quiSocii facta, mores, vitam in Synopsim redacta coram omnibus præfixo tempore recitabit.

XLVII. Quandoquidem Academia ista SSmo Domino Nostro Benedicto XIV. debet ortum, progressum, protectionem, omnia: omnibus etiam modis exoptat eidem SSmo, atque Apostolicæ Sedi devinciri: idcirco tenebuntur Pater Generalis cum quinque Censoribus ac Secretario, quoties legitime constiterit de nova Romani Pontificis alectione, diem designare, qua universus congregetur Academiæ Cætus, Magister Liturgicus coram omnibus Orationem recitabit, noviter electo ab universa Academia mittendam, qua eidem SSmo denuo ipsam committat Academiam, illius arbitrio regendam, erudiendam, moderandam.

XLVIII. Cum vero Pontificis Maximi contigerit decessus,Magister Historiæ stata die per Academiæ Moderatores funebre illius elogium recitabit.

XLIX. Pater Generalis tenebitur sex Canonicos Regulares deputare ad auscultandas prælectiones, nec præfixum Canonicorum numerum minuere poterit; cum aliquis ex designatis abfuerit, alterum designabit ipse, vel quicumque tunc temporis rexerit Monasterium S. Crucis.

L. Tenebitur etiam Pater Generalis cum Diffinitorio cuilibet ex Magistris ad minus unum Canonicum Regularem in Adjutorem nominare præter substitutos, qui polleat linguarum peritia latinæ, grecæ, atque hebraicæ instructus, ut Magistro prosit ad Academicos labores perferendos, prosequendos, atqua ad optatum finem producendos; cum vero accidat Adjutorem aliquem qualibet ex causa deficere,alium deputabit PaterGeneralis, aut quicumque ejus vices gesserint.

LI. Pater Generalis deputet unam Domum Magistris, quæ sit Bibliotheca propria Cathedrarum in qua Magistri cum Substitutis conferre possint,dubia discutere, res difficiles ad trutinam appendere, ut inde verisimiliora deducant, quæ literis in Academiæ ac toties Congregationis bonum postea mandentur, ac prælo committantur.

LII. Domus ista eadem privilegia tenebit, atque publica Monasterii

Bibliotheca. Ex hac ad ipsam deduci poterunt libri, qui Magistris necessarii existimentur, monito tantum Bibliothecario, quos quidem libros statim reponent in Bibliotheca publica, nec ultra dies quindecim poterunt in hac Domo retineri.

LIII. In ipsa Domo Secretarius asservabit omnia manuscripta, libros, et quæcumque ipsi adscribuntur in Ministerium.

LIV. Neque Magistri, neque etiam duo Canonici adjutores quibuslibet Communitatis exercitiis etiam a Patre Generali adstringi poterunt, nisi ad illa, quibus tenetur artium lector in Collegio Sapientiæ.

LV. Magistri duodenarium annorum numerum in Academia complentes, æquales in omnibus censeantur reliquis Congregationis Magistris emeritis, nec unquam ab hujusce Academiæ corpore censeantur avulsi aut alieni.

LVI. Pro Cathedrarum dote, ac Lectorum, et Substitutorum congrua substentatione SSmus Dominus Noster Benedictus XIV. quatuor Ecclesias Academiæ univit, et incorporavit; omnium redituum quomodolibet ad ipsas spectantium Dominos constituit Cathedrarum Magistros, quibus omnium possessionem concredidit, atque plenam administrationem. Præbendam hanc expendi tantum præcipit in Accademiæ commodum utilitatemque.

LVII. Magistris, jussit congruam certam Vicariis Ecclesiarum singulis Annis distribuere; numerum tantum ducatorum ab ipso SSmo præfinitum cuilibet tribuendo, cætera ad Academiam reservavit.

LVIII. Præbendam administrabit Procurator qui Magistrorum nomine Ecclesiarum quoscumque fructus reditus, et proventus jura, obventiones, et emolumenta inde provenientia libere poterit percipere, levare, arrendare, locare, dislocare.

LIX. Omnia in solutam pecuniam cum primo redacta acceperit, mittet in unum gazophylacium, nec ipsi Procuratori licebit ultra dies decem pecuniam apud se retinere, priusque in gazophylacium mittatur.

LX. Gazophylacium asservabitur sub potestate Magistri Liturgiæ tribus clavibus obseratum, quarum una erit apud Patrem Generalem, alteram servabit Magister Liturgiæ, tertiam Magister Historiæ Ecclesiasticæ.

LXI. Absque facultate Patris Generalis, et utriusque Magistri assensu nunquam aperietur, nec aliquid ex ipso gazophylacio extrahetur, nisi inde extrahenda summa per Secretarium actitetur in libro authentico in ipsomet gazophylacio reposito. Servabitur etiam in gazophylacio liber alter Præbendæ destinatus: nec non scripturæ, et contractus cum redituum Locatoribus stipulati.

LXII. Procurator rationum, duos libros custodiet, in quorum altero accepta notabit, in alio vero expensa.

LXIII. Singulis annis expensarum rationes dabit Procurator coram Patre Generali, atque Magistris.

LXIV. Solvet Academia singulis annis pro onere Magisterii atque congrua Magistrorum, substitutorum, adjutorumque substentatione mille aureos Monasterio S. Crucis; quingentos circa festum Divi Johannis Baptistæ, alios quingentos circa Natale Domini.

LXV. Cæteros reditus impendet Academia in emptione librorum, in comparandis per Archivios antiquitatis monumentis, in Typographia bene instruenda characteribus, etiam Græcis Hæbraicis, atque Syriacis, quibus via paretur commoda Accademiæ elucubrationibus vulgandis, omnia insumentur in Academiæ utilitatem et profectum: nemini liceat Academiæ bona in alios usus convertere.

LXVI. Fas non erit Capitulo Generali alio avertere Cathedrarum reditus, nec illos Monasterio S. Crucis deputare, unire, vel incorporare. Quæcumque præfatorum redituum distractio, etiamsi fiat ab ipso Capitulo Generali, nulla, cassa, irritaqua habeatur.

LXVII. Satuta hæc interpretari in Academiæ commodum Patri Generali pro tempore existenti tamquam Apostolicæ Sedis Delegato licebit una cum Cathedrarum Magistris, nihil tamen efficiat, si vel unus ex Magistris reluctetur = Datum Colimbriæ sub nostro signo, et Sigillo die vigesima Februarii anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo M. Episcopus Colimbriensis = Loco ✠ Signi.

Supra relata, statuta, et leges approbantur, et Pontificia auctoritate confirmantur.

§. 4. Nos itaque, postquam præinsertas leges, et constitutiones mature expendi curavimus, cupientes et Nostri quoque patrocinii, amoris, et existimationis specimen aliquod Academiæ hujusmodi præbere, ipsosque Michaelem Episcopum de Congregatione sua, et Ecclesia sibi concredita tantopere benemereri pergentem, ac Regulares Canonicos Liturgicos Academi-

cos, Apostolicis laudibus commendantes, eorumque singulares personas a quibusvis excomunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis seotentiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præinserta Statuta, et Decreta, et in eis contenta, et expressa quæcumque, tenore præsentium approbamus, et perpetuo confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, atque ita ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter et inconcusse observari debere præcipimus, et mandamus.

Academicas elucubrationes quantocius prælo comitti in Ecclesiæ bonum injungit.

§. 5. Considerantes præterea perutile fore Academiæ progressui, quantocius typis mandare proprias elucubrationes, atque in Ecclesiæ bonum cedere Sacrorum Rituum atque Historiæ Ecclesiasticæ libros; quibus ipsa ab Hereticorum, et Acephalorum calumniis vindicatur sine mora evulgare, ea propter, ut Academicæ collectiones, et libri quicumque Sacros Ritus, et Historiam Ecclesiasticam concernentes, et alia opera ex Academiæ præscripto a Cathedratum Magistris, eorum substitutis, Academiæve Sociis elaborata, et quæcumque opera, ex quibus honor ao splendor sæpe memoratæ Academiæ accrescat, postquam per Censores Academiæ hujusmodi, vel per duos ex Sociis a Præside una cum Censoribus omnibus nominatim adeptos probata fuerint, præloque digna judicata, petita tantum, et obtenta ab Ordinario pro tempore existente Episcopo approbatione, prælo comitti possint, motu seientia, ao potestate similibus licentiam concedimus, et facultatem.

Facultatem concessam a BenedictoXIV. Lectoribus Academiæ legendi et retinendi libros prohibitos confirmatur, sub conditionibus ab Episcopo Colimbriensi præscribendis.

§. 6. Porro cum laudatus Benedictus Prædecessor Noster per alias suas in simili forma Brevis die 21 Februarii MDCCXLIX. datas literas, Magistris, seu Lectoribus utriusque Cathedræ, et Sacrorum Rituum, et Ecclesiasticæ Historiæ amplissimam legendi, et retinendi quoscumque prohibitos libros licentiam concesserit, prout in dictis literis latius continetur, Nos omnia opportuna Apostolicæ Nostræ potestatis, et auctoritatis subsidia suppeditare volentes, quo Academia isthæc uberiora in dies proferat incrementa virtutum, ejusque Canonici Academici magis, magisque, et iu studiis, et in pietate proficiant, ea propter sæpe memorato Micheli moderno, et pro tempore existenti Colimbriensi Episcopo injungimus, et omnes necessarias, et opportunas facultates damus, ut pro suo arbitrio, et prudentia, et sub iis conditionibus quas magis expedire in Domino judicaverit, quodcumque indultum legendi, et retinendi libros prohibitos etiam censoribus annuis, Secretario Academiæ, Substitutis Cathedrarum, et duobus Adjutoribus juxta præinserta statuta pro tempore deputandis, auctoritate Nostra Apostolica concedat, et elargiatur.

Exequutores præsentium Literarum designat, pro omnimoda Statutorum observantia.

§. 7. Ut autem præsentes, omniaque, et singula in eis contenta debitæ pariatæque exequutioni omnimodæque demandentur observantiæ, eidem Michaeli Episcopo, et in ejus defectum, Venerabilibus etiam Fratribus Portugallien:, ac Leyrien: Episcopis, et dilecto Filio digniori, et antiquiori Ministro, non tamen Regularis Tribunalis Inquisitionis contra hæreticam pravitatem Portugalliæ et Algarbiorum Regnorum pro tempore existentibus, per præsentes committimus et mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, quoties pro parte dictorum Canonicorum Academicorum fuerint requisiti, easdem præsentes Nostras literas, et in eis contenta, et expressa quæcumque solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant Apostolica auctoritate Nostra, omnia, et singula præmissa suum debitum sortiri effectum; non permittentes eosdem Canonicos Liturgicos Academicos a quoquam super iisdem præmissis quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et pænas Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Secularis.

Clausula sublata et Decretum irritans.

§. 8. Decernimus enim easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, et illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam Causarum

Palatii Apostolici Auditores, et S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice Legatos, et Apostolicæ hujus S.Sedis Nuntios, et quosvis alios quacumque præminentia, et potestate fungentes et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum, et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate,scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non præfatæ Congregationis Canonicorum S. Crucis ac Universitatis studii generalis Colimbriensis, etiam juramento,confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, et quibuscumque aliis Decretis in genere vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris,ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter ex espresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum Fides.

§. 10. Volumus autem ut earumdem præsentium literarum Transumtis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ inEcclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xx. Septembris MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XCIII.

Institutæ Liturgicæ Accademiæ Constitutiones, et Statuta a se approbatas significat.

Dat. die 20 Sept. 1759. Ann. II.

Dilectis filiis Canonicis Regularibus Lateranensibus Liturgicis Accademicis in Monasterio S. Crucis Colimbriensis.

Clemens PP. XIII.
Dilecti Filii salutem,
et Apostolicam benedictionem.

Benedicti XIV. virtutes et merita laudibus prosequitur.

Inter cætera mœroris argumenta, quæ Pontificio animo Nostro assidue obversantur, illud etiam Nos percellit et angit, quod eximiis fel. rec. Benedicti PP. XIV. Predecessoris Nostri virtutibus meritisque longe impares, in ipsius locum dignitatemque suffecti simus. Hanc autem molestiam ita lenire satagimus, ut nihil, quoad Nobis integrum est, prætermittamus, quo sin minus ejus præclara opera exæquare, saltem eadem conservare et promovere valeamus. Ea propter cum inter illius egregia facta merito numeretur vestræ, dilecti filii, Insignis Academiæ Institutio, eamque sub immediata Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis protectione locarit, decet sane, ut nullas Vobis patrocinii, benevolentiæ, ac liberalitatis quoque Nostræ partes deesse patiamur. Quo circa primum vobiscum, dilecti filii, magnopere gratulamur, quod dignos tanto Parente,ac Magistro fructus edere pergatis; deinde obstrictam vobis voluntatem Nostram profitemur propter Orationem, quam in Nostra plane immerita ad hujus Sanctæ Sedis fastigium assumtione, habuistis, non quod in Nobis aliquid eorum inesse noscamus, quæ in ea pie prædicastis, sed quod vestram ex ea in Nos singularem observantiam plane depræhenderimus.Porro ut specimen Nostræ in vos benignitatis habeatis, jam per alias Nostras in simili forma Brevis literas Academiæ vestræ Leges, Statuta et Constitutiones, a Venerabili Fratre Michaele Episcopo Colimbriensi, præclaro vestræ Congregationis ornamento, summa sapientia prudentiaque confectas, Apostolica auctoritate confirmasse vobis significamus. Pergite interim dilecti filii, vestris religiosis virtutibus assiduisque loboribus, Academiam et Congregationem vestram amplius cohonestare, et hujus Sanctæ Sedis favorem magis in dies promereri. Cætera ad vos jussu Nostro uberius referet dilectus filius Matthæus Modius, qui vestras ad Nos literas detulit, quique incredibili

Gratum Academicis Animum significat pro Oratione habita in Pontificis assumtione adSummum Sacerdotium.

fide ac diligentia vestris in hac Alma UrbeNostra negotiis conficiendis incumbit. Ac Vobis, dilecti filii, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Septembris MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Secundo. Loco ✠ Sigilli - Cajetanus Amatus.

XCIV.

Dat. die 24. Sept. 1759. Ann. II.

Conventus Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo designantur et præfiniuntur, pro Tyrociniis, et Professoriis ejusdem Ordinis, constituendis; ac revocantur nonnulla privilegia particularia Fratribus dicti Ordinis concessa; nec non facultates Prioris Generalis erga Congregationem Mantuanam ipsius Ordinis confirmantur et restituuntur.

Fratres Carmelitæ suam regulam susceperunt ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano, quam Honorius III. approbavit Constit. edit. Ann. 1226. Januar. 10 Easdem regulas declaravit Innocent. IV. Constit. edit. Ann. 1247. Sept. 1. Fratribus hujus Ordinis, Cappam Albam concessit, dimissis aliis mantellis diversorum colorum, Bonifacius VIII. Const. edit. Ann. 1295. Dec. 25. Pro Carmelitis Discalceatis, novum Seminarium in Urbe erexit, illique Conventum B. V. de Victoria donavit Paulus V. Const. edit. Anno 1613. Martii 7 Conventus pro Novitiatibus Laicorum, seu Conversorum designavit Urbanus VIII. Const. edit. Ann. 1634. Aug. 12, quæ omnes sunt in Bullario Mainardii. Quoad jus visitationis Prioris Generalis Ordinis tributum, adest Const. Clement. X. edit. Ann. 1672. Julii 12, quæ in dicto Bullario Mainardii fuit prætermissa.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

Exordium

§. 1. Ne Regulares Ordines, qui tamquam vineæ electæ, a Domino plantatæ, ac sepibus, et turribus contra inimicorum incursus munitæ, uberes in Ecclesia Dei fructus afferre debent, amotis forte sanctioris disciplinæ repagulis, amissisque virtutum munimentis, a singulari Fero vastari, et in sterilitatem adduci contingat, officii Nostri partes esse putamus, tamquam cælestis Agricolæ vices gerentes in Terris, omnem adhibere curam, ut singuli in propriæ Institutionis observantia contineantur, ac debita ipsis impensa visitatione et cultura, Christianarum virtutum, bonarum artium et operum germina proferre non desinant.

Postulatio pro removendis abusibus, quibus Regularis observantia imminuitur.

§. 2. Sane, pro parte Dilecti filii Joachimi Mariæ Pontalti Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo nuncupatæ moderni Prioris Generalis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum ipse, post susceptum dicti Ordinis regimen, et gubernium, nonnullos in eum irrepsisse compererit abusus, unde pristina et pura Regularum, per dicti Ordinis Patres traditarum, observantia valde imminuta conspiciebatur, illos, pro muneris sibi delati debito, evellere et arcere studens, aptiora adhibuit, et adhibenda sibi proposuit media, ut ad primævum statum omnia redigantur, dictique Ordinis alumni, regulari observantiæ, literarum studiis, et Ecclesiasticis Ministeriis impensius vacare studeant.

Distinctio Conventuum facienda pro Tirociniis, et Professoriis, neglecta, vel non satis constans.

§. 3. Verum, cum inter cætera, quæ reformatione summopere indigent, ea præcipue occurrant, primo, quod quum juxta Decreta fel. record. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris Nostri sub diebus xx. Mensis Junii Anni Domini MDXCIX. et xix. Mensis Martii MDCIII. edita, Conventus aliqui, pro receptorum in Ordine Tyrocinio explendo, aliqui vero pro Clericorum Professorum institutione, ac studiis idonei, et in quibus potissimum Regularis observantia vigeret, seligendi essent, hujusmodi delectus, ab atiquo tempore, nec satis constans, nec ad optatum effectum omnino aptus, in ipso Ordine subsistere dignoscitur.

Expensæ, mala, et dissidia derivantes ex multiplicato numero Diffinitorum Generalium in quolibet Provincia.

§. 4. Secundo, quod cum in ipsius Ordinis statutis expresse caveatur, præter Ex-Generales, unicum tantum in unaquaque Provincia GeneralemDiffinitorem elegi debere in Capitulis Provincialibus respective habendis, eisdemque Diffinitoribus Generalibus semel tantum competere locum et vocem in Generalibus Comitiis, quæ, durante eorum munere, subsequuntur, nihilominus, postremis hisce temporibus, nonnullis dicti Ordinis Professoribus, ut ipsi titulo et juribusDiffinitorum Generalium uti et gaudere possint, ut eorum respective vitam ex privilegio concessum fuit, ex quibus variæ inordinationes, inutilium expensarum augmenta, votorum dissidia, aliaque oriri mala compertum fuit.

Abusus derivantes ex neglecta regulari visitatione Conventuum tam virorum, quam Mulierum.

§. 5. Ac demum, quod cum per aliquos Professores ejusdem Ordinis, strictioris observantiæ Congregationis Mantuanæ nuncupatæ, quamplures ad dictum Joachimum Mariam habiti fuerint recursus pro evellendis etiam abusibus in dicta Congregatione vigentibus, quamvis, juxta Sommorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutiones, et dictæ Congregationis statuta, ac signanter literas in forma Brevis piæ memoriæ Clementis Papæ X. etiam Prædecessoris Nostri, sub datum Romæ sub Annulo Piscatoris di xII. Julii MDCLXXII. Priori Generali totius Ordinis prædicti pro tempore existenti facultas concessa et declarata fuerit, propria Ordinaria Auctoritate, visitandi omnes et singulos dictæ Congregationis, tam Virorum quam Mulierum Conventus, nihilominus, ut in exequenda ipsius Congregationis visitatione, tam ipsius Joachimi Mariæ, quam ejus in munere Prioris Generalis dicti Ordinis Successorum opera utilior evadat, ac quæcumque per ipsos ordinata et demandata fuerint, firmius subsistant, novas, sublatis quibusvis concessionibus ab Apostolica Sede, post prædictas dicti Clementis Prædecessoris literas forsan impetratis, eidem, et illis facultates attribui, magnopere opportunum fore dignoscitur. Quare pro parte dicti Joachimi Mariæ, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut, circa singula præmissa, Supremam Nostram, et Apostolicæ Sedis, providentiam et auctoritatem, qua, singulis præmissis, et regulari dicti Ordinis observantiæ consulatur, interponere dignaremur.

Confirmatis Decretis Clementis VIII. quoad receptionem novitiorum, et educationem Professorum, designantur Conventus ad utrumque effectum.

§. 6. Nos igitur, perspectum habentes dicti Joachimi Mariæ zelum, et attendentes, dicti Ordinis Alumnos, nisi purioribus institutionibus recte imbuantur, iisque sedulo exerceantur, optatos Ecclesiæ fructus minime allaturos fore, omnibus et singulis præmissis, ac documentis, et juribus, quibus innixa comperiuntur, mature perpensis, Motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, prædicta Clementis VIII. Prædecessoris Decreta, quoad singula in eis contenta, in Novitiorum tam receptione, quam institutione, nec non in Professorum educatione in Ordine prædicto, in omnibus observari mandamus, et pro hujusmodi etiam effectu, infrascriptos Conventus ejusdem Ordinis, in Provinciis Italiæ, et Insularum adjacentium consistentes, et non alios pro Tyrociniis instituendis, et Professorum educatione, harum serie, perpetuis futuris temporibus designamus, et præfinimus, videlicet:

In Provincia S. Alberti in Sicilia, pro Novitiatu, Conventus B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo Messanæ. Pro Professoriis, Conventus B.M.V. de Monte Carmelo Messanæ, et B. Mariæ Virginis Annuntiatæ Motucæ.

In Provincia Romana. Pro Novitiatu, Conventus SS. Sylvestri, ac Martini in Montibus, de Urbe. Pro Professoriis, Conventus SS. Apostolorum Simonis et Judæ Perusiæ, et Sancti Antonii Abbatis Prænestis.

In Provincia Lombardiæ. Pro Novitiatu, Conventus B. M. V. de Monte Carmelo Placentiæ. Pro Professoriis, Conventus Annuntiationis B.M.V. Januæ, et S. Bartholomæi Apostoli Cremonæ.

In Provincia Tusciæ. Pro Novitiatu, Conventus B. M. V. de Monte Carmelo Florentiæ. Pro Professoriis, Conventus B.M.V. de Monte Carmelo Florentiæ, et Nativitatis B.M.V. Pisarum.

In Provincia Venetiarum. Pro Novitiatu, Conventus B. M. V. de Monte Carmelo Venetiarum. Pro Professoriis, Conventus Purificationis B.M.V. Patavii, et Sanctæ Mariæ Robureti.

In Provincia Neapolis. Pro Novitiatu, Conventus B. M. V. de Monte Carmelo Nuceriæ Paganorum. Pro Professoriis, Conventus B. M. V, de Monte Sancto Neapolis, et Sancti Sebastiani Suessæ.

In Provincia Romandiolæ. Pro Novitiatu, Conventus S. Joannis Baptistæ Ravennæ. Pro Professoriis, Conventus Annuntiationis B. M. V. Forolivii, et Sancti Joannis Baptistæ Arimini.

In Provincia S. Angeli in Sicilia. Pro Novitiatu, Conventus Annuntiationis B. M. V. Careni. Pro Professoriis, Conventus B. M. V. de Monte Carmelo Panormi, et Conventus major Annunciationis B. M. V. Drepani.

In Provincia Apuliæ. Pro Novitiatu, Conventus B. M. V. de Monte Carmelo Botunti. Pro Professoriis, Conventus B. M. V. de Monte Carmelo Licii, et Assumptionis B. M. V. Barii.

In Provincia Calabriæ. Pro Novitiatu, Conventus Annuntiationis B.M.V. Coriolani. Pro Professoriis, Conventus Annuntiationis B. M. V. Cosentiæ, et B. M. V. de Monte Carmelo Catanzari.

In Provincia Aprutii. Pro Novitiatu, Conventus Sancti Christophori Civitatis Pinnarum. Pro Professoriis, Conventus Sanctæ Crucis Terami, et Sanctæ Mariæ Civitatis Aquilæ.

In Provincia Terræ Laboris. Pro Novitiatu, Conventus B. M. V. de Monte Carmelo Capuæ. Pro Professoriis, Conventus B.M.V. de Monte Carmelo Capuæ, et Annuntiationis B. M. V. Casertæ.

In Provincia S. Mariæ Vitæ. Pro Novitiatu, Conventus S. Mariæ Vitæ Neapolis. Pro Professoriis, Conventus S. Alberti, vulgo Concordiæ, Neapolis, et B. M. V. de Monte Carmelo Aversæ.

Pro Conventibus immediate subjectis Priori Generali. Pro Novitiatu, et Professorio: Conventus Carmeli Majoris Neapolis.

Nemo ad Tirocinium, et Professionem quam in designatis Conventibus accipiatur sub nullitatis nota, poenisque Superioribus infligendis.

§. 7. Conventibus autem prædictis, tam pro Tyrociniis habendis, quam pro Professorum educatione, ut præfertur, designatis, harum quoque serie, omnibus Prioribus, Provincialibus Provinciarum Italiæ, et Insularum adjacentium dicti Ordinis, nec non in iisdem Provinciis Conventuum Prioribus, ac Superioribus quibuscumqne, præcipimus et mandamus, quoad Novitiorum receptionem, ne sub cujusvis licentiæ et facultatis impetratæ, vel impetrandæ, obtentu, nisi per Literas in forma Brevis dumtaxat, et non alias, quemquam ad habitum regularem suscipiendum, nec etiam Conversos, nisi in præfatis Conventibus, auctoritate Nostra, ut præfertur, designatis, recipere, vel receptos ad professionem admittere nllo modo audeant: Alioquin receptiones, et professiones quælibet contra præsentium tenorem factæ, prorsus irritæ et nullæ sint, prout Nos illas, pro irritis et nullis, harum serie, declaramus; Superiores vero, qui transgressores fuerint, pœnam privationis omnium Officiorum et vocis activæ, et passivæ, ac inhabilitatis ad eadem, seu alia officia imposterum assequenda, et obtinenda, ipso facto incurrant.

Religiosi Professi non alias quam ad designatos supra Conventus mittendi sunt ad eorum educationem explendam, sub poenis privationis officiorum, et vocis activæ, atque passivæ.

§. 8. Quo vero, ad Professorum educationem, iisdem Superioribus etiam præcipimus, et mandamus, ut emissa, per dicti Ordinis Fratres, Regulari Professione, dictos Fratres, statim ad alios Conventus pro Professoriis per Nos etiam, ut præfertur, designatos, in quibus exacta regularis disciplinæ observantia vigeat, et non alio transferant; Ac eosdem Conventus pro Professoriis, ut præfertur, designatos, in hujusmodi observantia servare curent: ad hoc, ut Fratres nuper ad Professionem admissi, inibi, ob provectorum, et sanctioris disciplinæ exercitatione, præstantium Religiosorum exemplum, instructiones, ac literarum studia, quibus vacare debent, in suscepto regularis vitæ proposito perseverent, ac simul in scientiis proficiant: Quorum quoque observantiam, ita statuimus, et ordinamus, ut Superiores ipsius Ordinis, qui contrafecerint, etiam privationem Officiorum, per eos tunc obtentorum, et perpetuam ad eadem et alia in posterum obtinenda inhabilitatem; Fratres vero, qui statim emissa Professione, ad alios, quam ut præfertur, per Nos designatos Conventus transierint, inhabilitatis ad eamdem vocem activam et passivam, et ad quoscumque Religionis gradus, et Officia, respective pœnas, absque alia declaratione, eo ipso etiam incurrant.

Privilegia Professoribus concessa cum titulo, et Voce Diffinitorum Generalium revocantur, et concedi imposterum prohibetur.

§. 9. Præterea, omnia et singula Privilegia et Indulta dicti Ordinis Professoribus, ut ipsi Diffinitores Generales sint, et habeantur, ac titulo, denominatione, prærogativis, et juribus Diffinitorum ejusdem Ordinis Generalium uti possint et valeant, etiam cum loco et voce in Capitulis, tam Generalibus, quam Provincialibus, ad eorum respective vitam, tam per Prædecessores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, quam per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Consultationibus Episcoporum et Regularium præpositorum, aut alias, concessa, etiamsi in dictis Capitulis admissa, et recepta fuerint, salva dumtaxat denominatione, et titulo honorifico, absque alia prærogativa, ac exceptis, quoad hoc, duobus modernis Lectoribus, uno videlicet actuali Archigymnasii Urbis, et altero jubilato Collegii de Propaganda Fide nuncupati, harum quoque tenore, revocamus, et annullamus, ac de medio tollimus, ac in posterum, ex quavis causa, illa concedi interdicimus et prohibemus.

Literæ Clementis X. quoad Congregationem Mantuanam plenariæ observantiæ revocantur, posterioribus modificationibus, et concessionibus cassatis.

§. 10. Demum, quoad dictam Congregationem Mantuanam nuncupatam, Motu, scientia et potestatis plenitudine similibus; omnia etiam privilegia, gratias, et exemptiones, aut modificationes quaslibet, adversus dictas Clementis X. Prædecessoris prædicti Literas, per illius Superiores, et Fratres, ac Superiorissas, et Sorores quomodolibet impetrata, et concessa, ac impetratas, et concessas, abolemus, et cassamus, perinde ac si nunquam emanassent; Nec non, per præsentes, expresse declaramus, et daclaratum esse volumus, quod dictus Joachim Maria, modernus, et pro tempore existens dicti Ordinis Prior Ge-

neralis, sive a Capitulo Generali dicti Ordinis electus, sive a Sede Apostolica constitutus fuerit, juxta easdem Clementis Prædecessoris prædicti literas, semel tantum in sui Officii Prioris Generalis Sexennio, et quidem, post elapsum triennium, a die incepti Officii hujusmodi computandum, et non antea, auctoritate ejus Ordinaria, quandocumque sibi visum fuerit, solus per se ipsum, visitare possit, et debeat Conventus, et Monasteria Virorum, et Mulierum dictæ Congregationis Reformatæ Mantuanæ nuncupatæ, illorumque Superiores, et Personas; ac illos, et illa, ac illas, tam in capite, quam in membris corrigere, et reformare juxta sua jura, et Constitutiones, ac Statuta, quæ vivendi rationem, et mores respiciant, ac alia ejusdem Visitationis munus, et Monasteriorum, ac Conventuum statum œconomicum, ac expensas fieri solitas concernentia, facere, exercere, et exequenda mandare: Præterea in Capitulo Generali ipsius Congregationis, non autem in Dieta, aliove quocumque congressu, in quo non fiat Vicarii Generalis ejusdem Congregationis electio, præsidere, in ipsoque Capitulo Generali votum, sive suffragium habere: Quodque idem Joachim Maria, et pro tempore existens Prior Generalis prædictus possit prædictam Congregationem Mantuanam, illiusque Superiores, Personas, Monasteria, ac Conventus, tam Virorum, quam Mulierum, ad præstationem expensarum, non solum pro victu, sed etiam pro viatico de loco ad locum, pro se, suaque familia, in actu visitationis hujusmodi faciendarum, per censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris et facti remedia, cogere, et compellere: Et, quatenus opus sit, eidem Joachim Mariæ moderno, et pro tempore existenti Priori Generali prædicto, ut ipse dictæ Congregationis visitationem, correctionem, et reformationem hujusmodi, modo et forma præmissis, facere, et explere libere et licite valeat, ac etiam debeat, et teneatur, licentiam, et plenariam facultatem, Apostolica etiam auctoritate de novo concedimus, et impertimur.

Contravenientibus pœnas irrogat.

§. 11. Ac propterea, moderno, et pro tempore existenti dictæ Congregationis Vicario Generali, et aliis quibusvis illius, ejusque Conventuum, et Monasteriorum, tam Virorum, quam Mulierum, Superioribus, Superiorissis, Fratribus, Monialibus, et Personis quibuscumque, nunc et pro tempore quandocumque existentibus, in virtute Sanctæ obedientiæ, districtæ præcipiendo mandamus, ne per se, vel interpositam Personam, sub quovis prætextu, vel colore, directe, vel indirecte, aut alias quomodolibet, visitationem, correctionem, et reformationem, vel præsidentiam hujusmodi, aliaque præmissa detrectare, recusare, impedire, vel perturbare audeant quovis modo, vel præsumant. Alioquin quicumque huic nostro præcepto contravenerint, privationis munerum, et Officiorum quorumcumque, per eos, et eas tunc obtentorum, et vocis activæ, et passivæ, nec non ad illa, et alia quæcumque in posterum obtinenda, inhabilitatis pœnas quibus absolutionem, seu adversus illas rehabilitationem, nemo præter Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem concedere valeat, eo ipso, absque alia declaratione, se noverint incursuros.

Clausula sublata, et Decretum irritans.

§. 12. Decernentes, præsentes Nostras Literas, etiam ex eo, quod dictæ Congregationis modernus Vicarius Generalis, dictique Ordinis Professores, præfatis privilegiis, seu indultis suffulti, et alii quicumque, in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes, eisdem præmissis non consenserint, aut ad ea vocati, citati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa, quantumvis legitima, et juridica, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari, nullatenus posse, sed semper, et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere, et ab illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, et Sedis Apostolicæ Nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, ubique judicari, et definiri debere: Irritum quoque, et inane, quidquid secus super omnibus, et singulis præmissis, vel circa ea, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 13. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis, nec non Con-

Digitized by Google

gregationis hujusmodi etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, et consuetudinibus quibuscumque, ac quibusvis Privilegiis, Indultis, et Literis Apostolicis dicto Vicario Generali prædictæ Congregationis, ac aliis Ordinis prædicti Professoribus, ipsiusque Ordinis, seu Congregationis Conventibus, et Domibus, nec non quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, et Decretis, in genere, vel in specie, etiam motu pari, et alias quomodolibet, per Prædecessores Nostros Romanos Pontifices, ac etiam per Nos ipsos concessis, innovatis, confirmatis, et approbatis. Quibus omnibus, et singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, individua, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita, observata, iisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes ad effectum præsentium, illis alias in suo robore permansuris, harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ designationis, præfinitionis, revocationis, annullationis, interdictionis, prohibitionis, abolitionis, cassationis, declarationis, concessionis, facultatum impertitionis, mandati, decreti, et deregationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo Spetingentesimo Quinquagesimo Nono, Octavo Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XCV.

Binas Ecclesias videlicet B.M.V. de Lonigo, et SS: Firmi et Rustici Castri Gemberti in Territorio Diæcesis Vicentinæ existentes, et antiquitus subjectas prius Aquilejensi Patriarchæ, deinde Episcopo Utinensi, nunc Episcopo Vicentino uti Ordinario perpetuo subiicit.

Dat. die 24 Septemb. 1759. Ann. II.

Aquilejensem Patriarchatum, et Sedem perpetuo suppressit, nec non Archiepiscopatos Utinensem, et Goritiensem erexit Benedictus XIV. per Literas Apostolicas sub plumbo pridie nonas Julii 1751. Utinensis Ecclesiæ in Archiepiscopatum erectio, et jurisdictionis tam Diœcesanæ, quam Metropolitanae præfinitio, habetur in Literis similibus prælaudati Pontificis, datis Anno 1752 XIV. Kal. Febr. Ordinaria Veronensis Episcopi auctoritas, et illius jurisdictio reintegrata fuit per similes Literas datas. Anno 1756 XIV. Kal. Junii, quæ in Bullario Benedicti XIV. conspiciuntur insertæ.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei
Ad futuram rei Memoriam.

§. 1. Ecclesiasticæ disciplinæ conservationem ad Nostram potissimum curam pro imposito Nobis Apostolicæ servitutis officio pertinere judicantes, ad ea decernenda et exequenda libenter intendimus, per quæ omnis recti ordinis perturbatio submoveatur, et Episcopalis regiminis administratio ubique locorum feliciter, utiliterque procedat. Sane postquam sa. mem. Benedictus PP. XIV. Prædecessor Noster, Patriarcatu Aquilejensi, per eum perpetuo suppresso et extincto, Utinensem Archiepiscopatum cum omnibus ad illius statum, et Mensam, nec non jura atque jurisdictionem tam Diæcesanam, quam Metropoliticam pertinentibus, per suas Literas sub Datum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLII. Quartodecimo Kalendas Februarii Pontificatus Sui Anno XIII. erexerat, et instituerat ad illas jurisdictiones, quas olim existens Aquilejensis Patriarcha extra particularis ejus Diæcesis fines habebat, animum suum convertens per alias suas literas sub Datum Anno ejusdem Incarnationis MDCCLVI. Sextodecimo Kalendas Junii, Pontificatus sui Anno de-

Quæ post suppressionem Aquilejensis Patriarchatus evenerant, quoad Utinenses, et Veronenses Ecclesias Pontifex enarrat.

cimosexto, tunc et pro tempore existens Capitulum, et Canonicos Ecclesiæ Veronensis, nec non Ecclesias, et loca, ac Personas ab eis dependentes, sicut etiam Monasterium Sanctæ Mariæ in Organis nuncupatæ, Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Montis Oliveti, intra Veronensem Diæcesim existens, sub certis modo, et forma, et cum nonnullis declarationibus, Ordinariæ pro tempore existentis Episcopi Veronensis jurisdictioni, in posterum subjecta, et subjectos fore decrevit, et ex tunc subjecit, prout in secundodictis Literis plenius continetur.

Preces porrectæ ab Episcopo Vicentino pro subjectione illius Diæcesi binarum Ecclesiarum, quæ licet in illius Territorio comprehendantur attamen ad Utinensem Archiepiscopum post suppressum Aquilejensem Patriarchatum spectabant.

§. 2. Cum autem pro parte Dilecti Filii Nostri Antonii Marini Tituli Sanctæ Mariæ de Pace nuncupatæ, S. Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Prioli nuncupati, Ecclesiæ Vicentinæ ex concessione, et dispositione Apostolicis Præsulis existentis, Nobis nuper expositum fuerit, in Diæcesi Vicentina duas, unam videlicet Beatæ Mariæ Virginis de Lonigo nuncupatæ, cui per Monachos Ordinis, et Congregationis prædictorum Monasterium dictæ Ecclesiæ adnexum habentes deservitur, et alteram Ecclesias Sanctorum Firmi, et Rustici infra limites Parochiales Parochialis Ecclesiæ Castri Gemberti reperiri olim pro tempore existentis Patriarchæ Aquilejensis spirituali Ordinariæ jurisdictioni subjectas. Ac post dicti Patriarchatus suppressionem congruum etiam esse, unam, et alteram Ecclesias prædictas, cum universa pro tempore existentis Episcopi Vicentini jurisdictione, consolidare, ne deinceps ob unius et alterius Ecclesiarum prædictarum Archiepiscopo Utinensi longe agenti subjectionem, ordinaria dicti Episcopi jurisdictio turbari contingat; Ideo pro parte dicti Antonii Marini Cardinalis Nobis fuit humiliter supplicatum quatenus unam et alteram Ecclesias prædictas a pro tempore existentis Archiepiscopi Utinensis jurisdictione abdicatas, Ordinariæ dicti Antonii Marini Cardinalis, et pro tempora existentis Episcopi Vicentinensis jurisdictioni prout infra subjicere dignaremur.

Omnia privilegia, et exemptiones, quæ relate ad Ecclesias de quibus agitur ad Aquilejensem Patriarcham, et dein ad Utinensem Archiepiscopum spectabant, perpetuo supprimuntur, et extinguuntur.

§. 3. Nos igitur dicti Antonii Marini Cardinalis supplicationibus inclinati per præsentes Nostras Literas (quarum effectum et exequutionem quousque Dilectus Filius Noster Daniel Tituli S. Marci prædictæ S. Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Patriarcha Delphinus nuncupatus, ex simili concessione, et dispositione Apostolicis, Ecclesiæ Archiepiscopalis Utinensis Præsul eidem Ecclesiæ præfuerit, suspensum et suspensam esse volumus et mandamus) omnia et singula privilegia, et indulta, gratias, et prærogativas pro tempore existentibus Patriarchæ olim Aquilejensi, illiusque Ecclesiæ quondam Patriarchali, ac etiam uni, et alteri Ecclesiis prædictis quavis etiam Apostolica Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, seu Aquilejensis Ecclesiæ olim Patriarchalis Præsulum, aut Vicentinæ Ecclesiæ Antistitum concessione, et auctoritate sub quibusvis tenoribus et formis, et cum quibusvis clausulis, quocumque tempore, et quavis de causa, seu titulo etiam oneroso, largita, et emanata, ac sæpius, et iterum etiam in Generalibus, Provincialibus, et Synodalibus Conciliis approbata, confirmata et innovata. Transactiones quoque et concordias etiam juramento, aut speciali confirmatione Apostolica roboratis, nec non longam et immemorabilem possessionem, usum, et consuetudinem, quorum, et quarum tenoras et expressiones pro hic satis declaratis, ac etiam de verbo ad verbum insertis, formasque in illis traditas pro plene observatis habere volumus super una et altera Ecclesiis prædictis, et circa illas, eorumque regimen, gubernium, ac subjectionem auctoritatis Nostræ plenitudine revocamus, cassamus, et abolemus, omnesque alios et quoslibet juris titulos sive ex præmissis, sive etiam ex juribus dicti olim existentis Patriarchatus Aquilejensis adversus præsentes forsan deducendos, et allegandos rejicimus, et de medio tollimus.

Eaedem Ecclesiæ cum veteri jurisdictione, quæ in illis potiebantur Aquilejensis Patriarcha, et deinde Utinensis Archiepiscopus, perpetuo uniuntur Episcopali Vicentinæ Diœcesi.

§. 4. Iisque revocatis, cassatis, ac de medio sublatis, unam et alteram Ecclesias prædictas, Spirituali jurisdictioni Ecclesiæ Vicentinæ, in cujus Diœcesi, et Territorio, ut præfertur, consistunt, ac ejusdem Episcopi Vicentini, seu dictæ Ecclesiæ Vicentinæ Præsulis, vel administratoris pro tempore existentis, præservata tantum Abbati Regulari, et Monachis illis pro tempore deservientibus, ea simplici passiva exemptione, quæ ad formam, et ad terminos privilegiorum generaliter dicto Ordini, eorumque Congregationi prædictis ab Apostolica Sede concessa dignoscitur: earumdem vigore præsentium, auctoritatis prædictæ plenitudine perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus, omnimodamque jurisdictionem tam Ordinariam, quam Delegatam, quæ Aquilejensi olim Patriarchæ at dicto Danieli Cardinali, ac pro tempore existenti Utinensi Archiepiscopo in una, et altera

Ecclesiis prædictis, vel supra illas et circa eas competebat, aut competere poterat, quæque aliis quibuslibet locorum Ordinariis, ad formam Sacrorum Canonum, et Constitutionum Apostolicarum, ac Decretorum Concilii Tridentini in cæteras Diœcesum suarum Ecclesias etiam Regularium, et in personas ipsis deservientes, circa quæcumque Ecclesiasticæ Disciplinæ capita, ac præsertim circa Sacramentorum administrationem competere dignoscitur ad modernum, et pro tempore existentem Episcopum Vicentinum, seu dictæ Ecclesiæ Vicentinæ Præsulem, vel Administratorem pro tempore existentem transferimus, eidemque jurisdictionem hujusmodi tenore præsentium etiam perpetuo concedimus, et assignamus.

Perpetua harum Literarum observantia demandatur, absque ulla restrictione, et limitatione.

§. 5. Præsentes autem Litteras semper, et perpetuo firmas, et validas existere, et fore, omniaque, et singula in eis contenta statim postquam tamen dictus Daniel Cardinalis præfatae Ecclesiæ Archiepiscopali Utinensi amplius non præfuerit, suum plenarium effectum, et omnimodam exequutionem sortiri, et obtinere, ac deinceps ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo,et inviolabiliter observari debere, nec ullo unquam tempore, etiam ex eo quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes etiam specifica, ed individua mentione digni ad ea vocati, et auditi non fuerint, seu ex alia qualibet privilegiata causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quopiam alio defectu, notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari ullatenus unquam posse. Easque sub quibusvis contrariis Constitutionibus, revocationibus, limitationibus, et declarationibus quomodolibet, et quibusvis de causis etiam pro tempore factis, et faciendis minime compræhendi, sed ab illis semper exceptas esse, et censeri.

Tollitur quibuslibet aliter judicandi facultas.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate et potestate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, ViceLegatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis alter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Exequutores speciales harum Literarum constituuntur.

§. 7. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostris Episcopis Patavino, et Veronensi, eorumque in Episcopatibus hujusmodi Successoribus pro tempore futuris, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel unus eorum per se, vel per alium, seu alios ipsas præsentes Litteras, et in eis contenta quæcumque, statim, ac tamen illarum effectui, et exequutioni locus factus fuerit, ut præfertur, ubi et quando opus fuerit, ac quoties pro tempore dicti Antonii Marini Cardinalis, vel tunc existentis Ecclesiæ Vicentinæ Episcopi, seu Præsulis, aut Administratoris fuerint requisiti, solemniter publicantes, eique in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate Nostra,easdem præsentes, et in eis, ut præfertur, contenta ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore spectabit inviolabiliter observari, et Antonium Marinum Cardinalem, seu tunc, et pro tempore existentem Ecclesiæ Vicentinæ Episcopum, seu Præsulem, aut Administratorem, quem eædem præsentes concernunt, illis omnibus et singulis pacifice frui, et gaudere, non permittentes eum, ejusque Successores dictæ Ecclesiæ Vicentinæ Episcopos, seu Præsules, aut Administratores pro tempore existentes, desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoslibet, et rebelles cujuscumque Status, gradus, Ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint per sententias, censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, et pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Secularis.

Derogatio Contrariorum.

§. 8. Non obstantibus Nostra et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non Bonifacii PP. VIII. etiam Prædecessoris Nostri, qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Diœcesim ad judicium evocetur, seu ne judices a Sede Apostolica deputati, extra Civitatem, vel Diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere audeant, vel præsumant, et in Concilio Generali edita de duabus Diætis, dummodo ultra tres Diætas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, aliis-

que Apostolicis, aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrum Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non dicti extincti Patriarchatus, et Ecclesiæ Utinensis, ac Ordinis, et Congregationis præfatorum dicti Monasterii juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis quibusvis Ecclesiis, etiam Patriarchalibus, et Metropolitanis, ac quibuslibet personis et locis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, et Sedem Apostolicam, vel alios quoscumque etiam qualibet auctoritate, et potestate fulgentes quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis Decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis etiam de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad effectum validitatis, et perpetuæ præmissorum firmitatis, hac vice dumtaxat harum quoque serie specialiter, et expresse derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

Sanctio pœnalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ revocationis, cassationis, abolitionis, rejectionis, unionis, annexionis, incorporationis, concessionis, assignationis, decreti, mandati, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contrahire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo, quinquagesimo nono VIII kal. Octobris Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XCVI.

Alloquutio habita in Consistorio Secreto feria secunda, die XXIV. Septembris MDCCLIX. quo plures illustres Viros ad Cardinalatus honorem extollit, inter quos Fratrem Laurentium Ganganelli, qui Clementi XIII. in Apostolorum Cathedra successit immediate.

Venerabiles Fratres

In administratione spiritualis, et temporalis Reginimis juvatur Pontifex cooperatione, et consilio S.R.E. Cardinalium.

§. 1. Inter ardua Supremi Ecclesiastici, ac Temporalis regiminis administratione, quam Vobis deferentibus, ante hos quindecim Menses, non minus inviti, quam immerentes suscepimus, jam satis experiendo agnovimus, curarum, atque difficultatum numerum, et gravitatem, non espectationi modo Nostræ respondere, sed, ut verius loquamur, et illam, et omnes humanarum Virium facultates longe superare. Nec aliud profecto post cælestis auxilii opem, imbecillitati Nostræ præsidium comparatum esse novimus, quam in cooperatione, et Consilio Fraternitatum Vestrarum, quibus in sollicitudinum Nostrarum partem venientibus, Vestramque sapientiam, et rerum peritiam, in publicæ rei utilitatem conferentibus, negociorum merita discernantur, consilia Nostra dirigantur, roboretur infirmitas Nostra, anxietatesque animi conquiescant.

Inter graviora, et difficiliora Pontificii muneris esse declarat, dignam Ecclesiasticorum Ministrorum electionem.

§. 2. Jam vero sub ipsum Nostri Pontificatus initium, doluimus, Collegii Vestri numerum invenisse orbatum egregiis Viris, qui amplissimo Cœtui, Ecclesiæque Romanæ, ornamento fuerant, et utilitati: Præterea paucis hisce mensibus, novas præstantissimorum Fratrum jacturas deflere coacti sumus: ob quas merito, timendum videtur, ne Vos curis, et laboribus prægravemini, Ecclesiæque, et Reipublicæ res detrimentum patiatur. Itaque necessarium Nobis esse intelleximus, ad reparandas hujusmodi jacturas animum intendere. Verum hoc ipsum inter graviora, et difficiliora Officii Nostri munera recensendum esse, quum antea persuasum haberemus, tam multo magis compertum habuimus, quum ad rem ipsam exequendam perficiendamque studia Nostra contulimus. Idcirco non destitimus enixis precibus Deum Optimum Maximum orare, et obsecrare, ut mentem Nostram in tanti momenti negocio, ita

dirigeret, quemadmodum ad ipsius Divini Nominis gloriam, Ecclesiæque Romanæ decus, ac totius Christianæ Reipublicæ utilitatem, magis profuturum ipse prospiceret. Adveniente demum hoc tempore, quo septimi mensis celebrato jejunio, solemni Ecclesiæ prece, Deo Patri luminum, pro digna Ecclesiasticorum Ministrorum electione supplicatum fuit, ex omni Ecclesiastico Cœtu circumspectans, qui vitæ, et morum integritate, qui sapientia, et doctrina, rerum agendarum, et consulendarum peritia, diuturnisque laboribus in Apostolicæ Sedis obsequiis laudabiliter impensis, maxime florerent, inter plures quos dignos invenimus, tot Viros delegimus, quot ad integrandum Collegii Vestri numerum deerant, quosque Fraternitatum Vestrarum laboribus, studiisque sociandos, ad sustinendam Nobiscum ingentem Ecclesiasticorum, et Temporalium negociorum molem, opera, et consilio, verbo, et exemplo, idoneos, atque proficuos, agnitum iri in Domino confidimus. Itaque ad majorem Dei Omnipotentis gloriam, ad augendum Ecclesiæ Romanæ splendorem, Catholicæ Religionis incrementa, et Reipublicæ comoda promovenda, ejusdem S. R. E. Cardinales creare intendimus, Venerabiles Fratres, et dilectos Filios.

I. Ferdinandum Mariam de Rubeis Patriarcham Constantinopolitanum, Vicariatus Almæ Urbis Nostræ Vicesgerentem.
II. Ignatium Cribellum Archiepiscopum Cæsareæ.
III. Ludovicum Merlinum Archiepiscopum Atheniensem, Ducatui Nostro Urbini, cum facultatibus Legati a Latere, Præsidentem.
IV. Philippum Acciajolum Archiepiscopum Petræ.
V. Ludovicum Gualterium Gualtieri Archiepiscopum Myræ.
VI. Hieronymum Spinula Archiepiscopum Laodiceæ.
VII. Antonium Mariam Erba Odescalcum, electum Archiepiscopum Nicææ, Cubiculo Nostro Præfectum.
VIII. Sanctem Veronensium, Nostrum olim in Ecclesiæ Patavinæ administratione Coadjutorem fidelissimum, nunc in Episcopatus Officio Successorem.
IX. Ludovicum de Valentibus electum Episcopum Ariminensem, Congregationis Romanæ, et Universalis Inquisitionis Assessorem.
X. Joannem Constantium Caraccioli, Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditorem Generalem.
XI. Nicolaum Perellium, ejusdem Cameræ Apostolicæ Thesaurarium Generalem.
XII. Marcum Antonium Columna, Palatii Nostri Apostolici Præfectum.
XIII. Andream Corsinium Prothonotarium Apostolicum S. M. prædecessoris Nostri Clementis Papæ XII. cui quantum debeamus, satis Vobis compertum est, Obnepotem.
XIV. Josephum MariamCastellium, Præceptorem Generalem Ordinis hospitalis S. Spiritus.
XV. Petrum Franciscum Bussium Causarum Palatii Nostri Auditorem Decanum.
XVI. Cajetanum Elephantutium, ex eodem Causarum Palatii Nostri Auditorio.
XVII. Fratrem Josephum Augustinum Orsi, Ordinis Prædicatorum, ejusdem Palatii Nostri Apostolici Magistrum.
XVIII. Petrum Hieronymum Guglielmi, Congregationis Episcoporum, et Regularium Negociis, et consultationibus præpositæ Secretarium.
XIX. Josephum Alexandrum Furiettum Congregationis Sacri Tridentini Concilii Interpretum Secretarium.
XX. Petrum Paulum de Comitibus, Congregationis super Bono Regimine Civitatum, et Universitatum Pontificiæ Ditionis Secretarium.
XXI. Nicolaum Antonellum, Congregationis Propagandæ Fidei Negociis præpositæ Secretarium.
XXII. Fratrem Laurentium Ganganelli Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium, Sacræ Theologiæ Magistrum, et Sancti Inquisitionis Officii Consultorem.

QUID VOBIS VIDETUR?

Auctoritate Dei Omnipotentis, Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostra, creamus Cardinales etc.

SEQUUNTUR NOMINA UT SUPRA

Cum dispensationibus, derogationibus, et Clausulis necessariis, et opportunis. In Nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

XCVII.

Dat. die 16 Sept. 1759. Ann. II.

Præcedentium Pontificum Ordinationes, et gratiæ pro erudientibus, et ediscentibus Doctrinam Christianam, confirmantur, et ampliantur.

Indulgentias, alias concessas pro pueris ediscentibus Doctrinam Christianam, illosque erudientibus in Urbe, tota Italia, Insulisque adjacentibus, ad Adultos etiam Doctrinæ Christianæ interessentibus elargitur Clemens XII. Const. edit. Ann. 1735 *Junii 27. Easdem indulgentias ad Universos Christifideles ubicumque locorum existentes, extendit Pontifex idem Const. edit. Ann.* 1736 *Martii 16, relatæ in Bullario Mainardi. De Doctrina Christiana Populis tradenda, et de ratione, et methodo Fidelium indigentiæ hac in re consulendum, habentur Literæ Encyclicæ Benedicti XIV. Ann.* 1742. *Febr.* 7, *quæ reperiuntur insertæ in illius Bullario.*

Clemens PP. XIII.

Motu-Proprio.

Sedulitas Romanorum Pontificum pro erudiendis Fidelibus in Doctrina Christiana refertur, et commendatur.

§. 1. Per quanto sia grande la premura, e l' impegno de' Sommi Pontefici Nostri Predecessori nel procurare, e promuovere, che nelle Chiese specialmente Parrocchiali di Roma s' insegni ai fanciulli, e fanciulle la Dottrina Cristiana, affinchè in questa Città, dove la Religione ha la sua primaria sede, ognuno sia ben istruito in quello, che deve credere, ed operare; ed anche recentemente la Sa. Mem. di Benedetto XIV. Nostro immediato predecessore, col suo paterno zelo abbia favorito, e considerabilmente protetto l'Istituto dell' Archiconfraternita sotto il titolo della Dottrina Cristiana, disponendo inoltre per istruzzione delle persone adulte, che negli Oratorii delle Archiconfraternite, e Confraternite di Roma nei giorni festivi, allorchè in essi convengono li Confratelli, ai medesimi per via di Cathechismo s' insegni la Dottrina Cristiana, non minore certamente è la Nostra sollecitudine, e cura per mantenere nel suo fervore, ed accrescere se sia possibile un' opera di tanta necessità, e spirituale utilità de Fedeli, anzi in ogni occasione, che ci si è presentata ne abbiamo date evidenti prove, conforme intendiamo darle al presente coll' innovare varie disposizioni già fatte, e coll' accrescere il numero delle Doti per le Maestre, che nelle Parrochiali, ed altre Chiese di Roma, la stessa Dottrina, assiduamente insegnano alle Fanciulle, e Zitelle, che vi concorrono.

Confirmantur præcedentium Pontificum ordinationes, et gratiæ pro ediscentibus, et erudientibus Christianam Doctrinam.

§. 2. Quindi è che con la presente Schedola di nostro Motu-Proprio, confermando, ed innovando l' Editto Generale sopra il modo, e forma d' insegnare la detta Dottrina, e di fare i Catechismi, publicato d' ordine del detto Benedetto Predecessore sotto il di 14 Marzo 1742, e la Schedola di Motu-Proprio del medesimo, sopra i Catechismi da farsi negli Oratorii delle dette Archiconfraternite di Roma, segnata sotto il 2 Decembre 1754, e tutti gli Editti, e Notificazioni in sequela di quello, e quella fatti, e publicate, espressamente con la presente comandiamo l' intiera, ed esatta osservanza di tutti, e ciascheduno di essi; e perciò ordiniamo, che i Deputati, e Prelati Visitatori destinati dalla Congregazione della suddetta Archiconfraternita della Dottrina Cristiana, invigilino per l' esatta osservanza de medesimi Editti, e di tutti i statuti, e lodevoli consuetudini della stessa Archiconfraternita, ed ammoniscano sopra l' osservanza di essi Rettori, Parrochi, e Vicarii Curati, i Maestri, e Maestre delle Scuole, ed i Maestri, e Maestre destinate nelle Chiese per insegnare la detta Dottrina, e così ancora i Direttori, e Superiori delle Archiconfraternite, e Confraternite di Roma, e Cappellani, e Confessori di esse, ed in caso di alcuna contravenzione, o mancanza di essi Deputati, i Prelati Visitatori, debbano riferirla al Prelato Presidente, o alla Congregazione della Dottrina Cristiana, afinchè dal Cardinal Vicario Nostro in Roma, e nel distretto pro tempore, ancho con special Nostro Oracolo, e de Nostri Successori, possano i contravventori, e mancanti essere condegnamente puniti, corretti, ed emendati.

Ad obtinenda dotalia subsidia in Urbe, præter alia requisita, fides frequentiae in eruditione Christianæ doctrinæ requiratur.

§. 3. Inoltre di Nostro Moto simile, e con la Nostra Suprema Autorità vogliamo, respettivamente ordiniamo, che siano puntualmente eseguiti gli ordini dati dalla Ven. Mem. d' Innocenzo XI. ancheNostro Predecessore, e dal detto Benedetto parimenti Predecessore publicati con altro di Lui Editto sotto il dì 13 Agosto 1753, ed a tale effetto nella distribuzione de sussidii Dotali di Roma a favore delle Zitelle tanto Monacande, che per maritaggi da tutti, e

singoli Collatori, e Deputati delle Confraternite, e Luoghi Pii, si richieda tra i requisiti delle Zitelle medesime, oltre quelli dell' onestà, e povertà di esse, ed altri, secondo le disposizioni de rispettivi Benefattori, ancora quello della frequenza della Dottrina Cristiana nelle Chiese, dimodoche ciascheduna delle Zitelle suddette, nell' atto delle visite, che si faranno da detti Deputati, o altri Visitatori, abbiano a presentare un' attestato a parte fatto loro da' proprii Parrochi, col quale si giustifichi, da qual tempo abbiano esse incominciato ad intervenire all' esercizio della Dottrina Cristiana nelle loro Chiese, se siano frequenti, se abbiano perizia nella medesima, e se siano divenute Maestre, affinchè i detti Deputati rimangano pienamente istrutti del merito maggiore, o minore delle dette Zitelle: intendendo Noi, che agli altri requisiti voluti dai rispettivi fondatori, e testatori, che hanno lasciato i sussidii dotali a tutte le Chiese, e Luoghi Pii di Roma, si aggiunga questo della frequenza della Dottrina Cristiana, e perizia in essa.

Confirmentur, et ampliantur ordinationes Clementis XI. quoad dotes trudendas ab Administratione vulgo dei Lotti.

§. 4. Affinchè poi le Zitelle di Roma possano, con speranza di premio, approffittarsi nell' apprendere, ed insegnare la Dottrina Cristiana, intendendo Noi di accrescere il numero delle Doti, e sussidii da lucrarsi dalle medesime, e considerando che dopo avere la Sa. Mem. di Clemente XI. parimenti Nostro Predecessore nel suo Chirografo segnato sotto il 9 Decembre 1731 ordinato, che nella lista del Lotto di Roma, dovessero descriversi novanta Zitelle nubili Romane da scegliersi ad arbitrio dello stesso Pontefice, avendo riguardo alla qualità di esse, e che alle cinque, alle quali in ogni estrazzione toccherà la sorte di essere estratta, si dovessero pagare per una sol volta, oltre la solita veste scudi cinquanta moneta per ciascheduna, a titolo di sussidio dotale, il quale in caso di morte di alcuna di esse, prima del Maritaggio, o Monacazione, debba liberamente passare alli legittimi Eredi, e Successori delle medesime. Ottima cosa sarebbe rendere affetti a favore delle Zitelle Maestre della Dottrina Cristiana almeno tre luoghi delli cinque, che dopo ogni estrazzione, si debbono surrogare nella detta Città; perciò in vigore del presente, di Nostro moto simile, e con la detta Autorità ordiniamo, e comandiamo, che da ora in poi, incominciando dal mese di Ottobre prossimo avvenire, tre dello cinque Zitelle, che dopo ogni estrazzione del Lotto di Roma, si sogliono, e debbono surrogare in luogo delle estratte, siano scelte come appresso dal numero delle Maestre, che nelle Parrochiali, ed altre Chiese di Roma insegnano la Dottrina Cristiana alle Zitelle, e Fanciulle.

Pontificis ordinationes pro praecisa superioris dispositionis observantia.

§. 5. Dando Noi, e concedendo in vigore di questa stessa Schedola al Prelato Presidente, ed agli Officiali della Congregazione Segreta pro tempore della detta Archiconfraternita della Dottrina Cristiana, subito seguita in Roma l'estrazione del detto Lotto nel futuro Mese di Ottobre suddetto, tutto il diritto, e la piena facoltà, ed autorità in vece Nostra, e de Pontefici Romani Nostri Successori, di sciegliere, e deputare le tre delle cinque Zitelle, che dovranno essere surrogate in luogo delle estratte, e così successivamente dopo eseguite le altre estrazioni. Per lo che dopo fatta ogni estrazzione del detto Lotto di Roma, quello, o quelli Ministri di esso Lotto, che hanno l'incombenza di formare la nuova lista, dovranno richiedere al detto Prelato Presidente i nomi, e cognomi delle tre Zitelle Maestre nominate da surrogarsi nella detta lista, ed inserire, e notare in essa i medesimi nomi, e cognomi, sotto i dovuti numeri, con un segno, che le distingua dalle altre, dimostrando che sono Maestre della Dottrina Cristiana: Allorchè poi le Zitelle come sopra nominate, secondo l' evento, saranno estratte debbano conseguire il sussidio di scudi cinquanta monata oltre la solita veste, secondo il Chirografo del suddetto Clemente Predecessore, e nel modo, e forma in esso stabilito.

Archiconfraternitati Doctrinae Christianae facultas impertitur regulas in posterum observandas statuendi, et Urbis Vicario, superior in id jurisdictio tribuitur.

§. 6. Ed affinchè la scelta, e nomina delle dette Zitelle, e conseguentemente la distribuzione di tali sussidii sia fatta in quella miglior maniera, che più contribuisca all' oggetto, che in ciò ci siamo proposto, e conformemente all' Istituto di detta Archiconfraternita, ordiniamo, e respettivamente concediamo piena facoltà al suddetto Prelato Presidente, unitamente agli Ufficiali della detta Congregazione Segreta, di formare entro il termine di tre mesi, e stabilire le regole da osservarsi per dispensare le nomine fra le Zitelle Maestre, e più meritevoli, secondo le massime di una provvida, e caritativa giustizia, volendo che tali regole una volta da essi stabilite, si debbano onninamente osservare, nè si possa da quelle recedere nei casi particolari, senza speciale autorità Nostra, e de' Nostri Successori.

Digitized by Google

Deputiamo finalmente il Cardinal Vicario Nostro di Roma, che di tempo in tempo sarà, dando ad esso tutte, e singole le facoltà necessarie, ed opportune, acciocchè Egli eseguisca, e faccia esattamente eseguire tutto ciò, che con la presente abbiamo disposto, ed ordinato, e faccia che la Congregazione Segreta pacificamente goda del diritto concesso di nominare le Maestre della Dottrina Cristiana, ai detti tre dei cinque luoghi della Lista del Lotto, dopo ciascuna estrazione, e che le Zitelle estratte conseguiscano il sussidio Dotale, come sopra, ed in somma il medesimo Cardinale Vicario pro tempore possa ordinare, e fare tutto ciò che pel totale adempimento, e perpetua fermezza della presente nostra Schedola, in qualunque modo stimerà necessario, ed opportuno.

Clausulæ sublatæ, et decretum irritans

§. 7. Volendo, e decretando, che alla stessa presente Schedola di Nostro Motu-Proprio, la quale senza alcun dispendio neppure per cagione di esercizio a titolo oneroso, dovrà essere esibita, e registrata ne' Libri della Camera Apostolica, secondo la Costituzione della Sa. Me. di Pio IV. anche Nostro Predecessore, non possa mai darsi, ed opporsi il vizio di surrezzione, nè orrezione, o qualunque altro, e neppure il difetto della nostra volontà, ed intenzione, e che mai sotto questi, o altri pretesti possa essere impugnata, moderata, o revocata; e che così debba, e non altrimenti giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia Giudice, o Tribunale, e dal Tesoriere Generale della Camera Apostolica pro tempore, e dalla stessa Camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare in contrario.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Dichiarando perciò noi ora preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò che dai detti Giudici, e Tribunali, e dal suddetto Tesoriere, e detta Camera, e ciascuno di essi, con qualunque autorità, scientemente, o ignorantemente, fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse giudicare, contro la forma, e disposizione della presente nostra Schedola di Motu-Proprio, e che vogliamo, che valga, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore, non ostante qualunque altra disposizione, che fosse stata fatta dai Romani Pontefici Nostri Predecessori dei luoghi nella detta lista, e qualunque diritto, e possesso di surrogare le nuove Zitelle alle estratte, che competere potesse al detto Tesoriere pro tempore, o altri Parrochi di Roma, o a qualunque altra persona ancorchè privilegiata, e degna di speciale menzione, derogando perciò alla Regola della Cancelleria nostra Apostolica, *de jure quæsito non tollendo*, ed a qualsisieno altre Costituzioni, ed Ordinazioni Apostoliche Nostre, e de Nostri predecessori, statuti, usi, consuetudini, ed a qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario. Data dal Nostro Palazzo Apostolico Quirinale li 26 Settembre 1759.

XCVIII.

Confirmatio concordiæ inter Sardiniæ Regem Illustrem, et Archiepiscopum Calaritanum super cessione jurium temporalium Insulæ Sulcitanæ S. Antiochi in Sardiniæ Regno, favore Ordinis Militaris SS. Mauritii, et Lazari pro erigenda Comenda Ordinis ejusdem.

Dat. die 1. Oct. 1759. Ann. II.

Clemens Episcopus
Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

Afferuntur causæ hujus concordiæ, illiusque utilitates recensentur.

§. 1. Ad Supremum Apostolicæ Dignitatis culmen, nullo meritorum Nostrorum suffragio, sed imperscutabili Divinæ providentiæ judicio erecti, inter multiplices ad Nos delatas instantias, eas propensius excipimus, quæ ad publicum aliquod bonum directæ dignoscuntur, ac in iis aucteritatem Nostram interponere non omittimus, prout in Domino expedire judicamus. Sane pro parte Venerabilis Fratris Nostri Thomæ Ignatii Mariæ Natta, Moderni Archiepiscopi Calaritani, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Sulcitana Insula Sancti Antiochi nuncupata, Sardiniæ Regno ad meridiem adjacens, quantumvis aeris salubritate, et terræ ubertate naturaliter prædita sit, nihilominus habitatoribus adeo caret, ut vix pauci rustici Operarii, aut gregum Pastores fixam in ea mansionem habere soleant; propterea quod Piratarum et Barbarorum, qui ex proxima Africa illuc frequenter trajiciunt, nimis pateat incursibus; quo fit ut Sardiniæ Populi, qui devotionis studio erga dictum Sanctum Antiochum, in eamdem Insulam certis per annum festis diebus frequentes conferre se solent, propositis sibi Religio-

nis actibus vix expletis, statim ad propria remigrare cogantur.

Plura ad habitatorum in Insula S. Antiochi utilitatem praeconceperat Sardiniae Rex.

§. 2. Quapropter Charissimus in Christo Filius Noster Carolus Emanuel Sardiniæ Rex Illustris ad asserendam dicti Regni, omniumque ditionum suarum securitatem, et subjectorum sibi populorum utilitatem promovendam laudabiliter intentus, prædictam Insulam firmo præsidio adversus hostiles incursus munire statuerat; sicque munitam, accitis aliunde habitatoribus, et colonis, ad culturam redigere, ac fructuosum in ea commercium, cui maxime opportunus ipsius Insulæ situs agnoscitur instituere deliberaverat. Id autem non alia meliori ratione obtinere posse videbantur, quam si totius Insulæ, ejusque Agrorum, Terrarumque dominium utile, Ordini Militari Sanctorum Mauritii, et Lazari, cujus ipse Carolus Emanuel Rex Supremus, Moderator, et Magnus Magister extitit, ita applicaretur, ut inde una ipsius Ordinis Commenda, ab uno Equite Commendatario, ad liberam ipsius Regis et Magni Magistri collationem pro tempore obtinenda, et cum debita ab ipso Rege, et Magno Magistro, nec non a Consilio prædicti Ordinis dependentia, juxta ipsius Ordinis leges, et præpositum utilitatis publicæ objectum regenda, et administranda erigeretur, et institueretur.

Archiepiscopus Calaritanus asserens sibi jus temporale Insulæ S. Antiochi, ad habitantium tamen utilitates promovendas, cum Sardiniae Rege de transactione ineunda propensum animum ostendit.

§. 3. Verum quia prædicti Thomæ Ignatii Mariæ Archiepiscopi proximus decessor bo. mem. Julius Cæsar Gandulfi de Ricaldone, Archiepiscopus Calaritanus uti Præsul Ecclesiensis etiam Ecclesiæ, quæ Calaritanæ perpetuo canonice unita existit, ipsius Insulæ jurisdictionem in temporalibus ad pro tempore existentem prædictæ Ecclesiensis Ecclesiæ Præsulem, ejusdem vero Insulæ dominium utile ad ipsius pariter Ecclesiensis Ecclesiæ Mensam, ex variis juribus spectare, et pertinere allegabat, quamvis pro Regii Patrimonii juribus varia afferrentur argumenta, ex quibus tum ejusdem Antistitis Jurisdictio temporalis in eamdem Insulam, tum ipsius Mensæ dominium hujusmodi, in dubium revocari posse videbantur, nihilominus ulterior præmissarum dispositionum exequutio eo usque suspensa fuit, donec prædictus quoque Julius Cæsar Archiepiscopus communis securitatis, et utilitatis studio incensus, post plures de dicti Caroli Emmanuelis Regis mandato habitas consultationes cum Regii Patrimonii Advocato Fiscali Generali, nec non prædicti Ordinis Militaris Generali pariter Advocato Patrimoniali, ad salubris Consilii eximia prædicti Regis providentia capti implementum, sine spiritualis jurisdictionis dictæ Episcopalis Ecclesiæ detrimento, ejusque Mensæ redditcuum imminutione, infrascriptas cessiones, sub Sedis Apostolicæ beneplacito faciendas censuit, et solemni forma stipulatas est.

Conciliatis Archiepiscopalibus juribus, concordia etiam ad exitum perducta fuit sub reservatione Apostolicae approbationis.

§. 4. Itaque sub die XXI. Mensis Martii elapsi Anni a Nativitate Domini MDCCLVIII. inter dictum Julium Cæsarem Archiepiscopum uti Ecclesiensis etiam Ecclesiæ Præsulem ex una, et Dilectos Filios, Senatorem Josephum Franciscum Mariam Dani, Advocatum Fiscalem Generalem, et Regii Consilii Regni Sardiniæ Consiliarium, nomine dicti Regii Patrimonii ex alia, ac Equitem Gabrielem Franciscum Angiono Advocatum Patrimonialem etiam Generalem dicti Ordinis Sanctorum Mauritii et Lazari, ejusdem Ordinis nomine ex reliqua partibus, inita fuit transactio seu bonæ fidei concordia, cujus dispositionis, et Instrumenti desuper confecti tenor tàlis est videlicet.

Refertur tenor concordiae inter partes sub supra relata reservatione stipulatae, et primo respectiva partium jura quoad Insulae proprietatem recensentur.

Concordia frà Monsignor Arcivescovo di Cagliari, il Regio Patrimonio, e la Sagra Religione de' SS. Maurizio, e Lazaro.

» L' Anno del Signore Mille settecento cinquantotto, alli 21 del Mese » di Marzo, in Torino, nello apparta» mento terreno tenuto da Sua Emi» nenza il Sig. Cardinal Roveso Arci» vescovo della presente Città, ed abi» tato attualmante dal prefato Monsi» gnor Arcivescovo di Cagliari, avanti » Noi infrascritti Segretarj, e Notarj, » ed alla presenza degli infrascritti Si» gnori Avvocato Clemente Carlevario, » Prospero Vitelli, e Felice Coraggio, » Testimonj astanti, richiesti, cogniti, » ed al piè del presente colle parti su» dette sottoscritti.

» Sia manifesto, che l'Isola pre» sentemente denominata di S. Antio» co, la quale ritrovasi nella parte più » meridionale della Sardegna, quantun» que abbia terreno fertile, ed aria sa» lubre, e siavi una Chiesa dedicata » allo stesso Santo, a cui professando » li Sardi una singolare devozione, con» corrono essi in ogni anno in grandis» simo numero alle di lui feste, che » ivi sono celebrate, non abbia sinora » se non se pochi stabili abitatori, e » molti terreni siano pur ancoli del tut» to gerbidi, ed incolti, perchè trovan» dosi la più vicina all' Affrica, resta » la più esposta alle Piraterie de' Bar» bari, li quali sogliono ricoverarsi ne'

» suoi piccoli Porti, e Cale, e tenere » li pochi coltivatori di Terreni, ed i » Pastori in continua apprensione di » sorpresa, e di schiavitù; onde siasi » creduto, che l'unico mezzo di ri- » mediare a questi mali sarebbe quel- » lo d' introdurvi, e stabilirvi una rag- » guardevole popolazione, la quale po- » tesse munirsi contro li tentativi degli » Infedeli, ed applicandosi alla colti- » vazione delle Terre, si prevalesse pu- » re del comodo, che somministrano » la situazione de'Porti, ed il Mare per » istruire, e promovere un vivo com- » mercio, onde ne deriverebbe poi an- » che un considerabile vantaggio a tut- » to quel Regno, coll'accrescimento della » popolazione, e dell'industria: La qua- » le introduzione però sia sospesa a » cagione delle difficoltà eccitatesi » circa la pertinenza pretesa dall' Ar- » civescovo di Cagliari della giurisdi- » zione, e del dominio utile dell'Isola. » In ordine, alla quale giurisdizione » rappresentasse Monsignor Arcivescovo » sudetto d'essere nell' antico possesso » del Titolo di Barone dell' Isola di » Santo Antioco, del quale abbiano sem- » pre usato i suoi Antecessori ne man- » damenti, e dispacci, negli atti de » Parlamenti del Regno, ne giuramenti » dei Vice Re, e de' Regii Ministri, » ed in simili atti, che non ostante » gl' Incendii degli Archivj della Chie- » sa Calaritana, di cui fanno fede li » Capitoli di Corte, e le Regie Prama- » matiche, e che li più antichi docu- » menti esistenti negli Archivj della Cu- » ria d'Uglesias non oltrepassino il 1620, » ritrovinsi nondimeno enunziate anti- » che Delegazioni de' suoi Predecesso- » ri, fatte ai loro Vicarj sino dal 1597 » per amministrare giustizia in detta » Isola, ed esercere in loro nome la » Giurisdizione civile, e criminale; Es- » sersi sempre dalli medesimi, deputati » gli Uffiziali, e da questi proceduto » alle riviste, designazione di Prati, » Tenture, esazioni di Machezie, e si- » mili: che gli atti de' Capitani d'Ugle- » sias siano sempre stati contradetti » dalli Prelati, e che la investitura ul- » timamente domandata fù solo affine » di liberarsi dalle molestie, che gli » venivano inferite dalli Cittadini, a » dalla Città d'Uglesias. Rappresentas- » se pure il predetto Monsignore Ar- » civescovo d'essere nel quieto posses- » so del dominio utile de' terreni della » Isola, autorizzato da sentenza della » Reale Udienza delli 19 Novembre 1753 » riconosciuto dalli Vice Re ne loro di- » spacci e lettere, e dagli Avvocati Pa- » trimoniali ne loro pareri, e compro- » vato non solamente dalla testimonian- » za degli Storici del Paese, ma ezian- » dio dalla continuata serie degli atti » possessorj, li quali risultino dalle » concessioni di case, e di terreni fatte » dagli Arcivescovi, e dalla esazzione » de' dritti di Portatico, e simili. Non » si credesse parimente in obbligo di » presentare verun titolo di tale suo pos- » sesso, poichè questo fusse tale, che » avesse luogo a suo favore la presun- » zione di ogni miglior titolo del mon- » do. Alle quali rappresentanze di Monsi- » gnor Arcivescovo si opponesse per parte » del Regio Patrimonio, che la giuris- » dizione sia stata sempre esercitata » nell' Isola da Regj Uffiziali, essen- » do di fatto cosa incontrastabile, che » sin dall' anno 1400 circa, tempo il » più antico, che compaja, era stato » stabilito per gli spopolati di Sul- » cis un Giudice Regio ad ammini- » strarvi giustizia. Stata poi sommi- » nistrata dal Capitano d' Uglesias in » nome del Sovrano, e venendo at- » tualmente esercitata da un partico- » lare Podestà deputato dalla Maestà » Sua, il quale fa nell'Isola la sua re- » sidenza. Che le supposte Delegazio- » ni non possono essere, che per ma- » terie, e cause Ecclesiastiche, e gli » altri allegati atti di Giurisdizione o » sono stati clandestini, o se altrimenti » sono sempre stati contradetti dal Go- » verno come risulta dalle Ordinazio- » ni del Vicerè nel 26 Aprile 1598 dal- » lo esame fatto nel 1613, e dalla delibe- » razione della Reale udienza del 1749 » di modoche ogni qualunque volta ten- » tarono gli Arcivescovi di esercitare al- » cuno dei detti Atti nell' Isola, tosto ne » incontrarono tutta la opposizione. Non » essere di riguardo lo asserito titolo » di Barone, perchè unicamente da al- » cuno de' Prelati clandestinamente as- » sunto, e può essere sfuggito in qual- » che atto, per inavvertenza de' Reali » Ministri senza saputa però, ed acquie- » scenza del Principe, scorgendosi an- » zi da più documenti della Curia di » Cagliari, che gli Antecessori dell'Ar- » civescovo D. Alfonso Lasso, il qua- » le reggeva quella Diocesi circa l'An- » no 1597 giamai intrapresero di qua- » lificarsi per Baroni dell' Isola, ed a » tale effetto non essersi, ne potersi al- » legare alcuna carta di privilegio per » cui possa dirsi conceduto questo ti- » tolo, alienata, e separata dalla Regia » Corona la giurisdizione temporale, e

» questa trasferita negli Arcivescovi di » Cagliari, nemmeno in qualità di Ve» scovi d' Uglesias, e lo stesso presen» taneo Monsignor Arcivescovo ebbe già » ricorso a S. M. per ottenerla, am» mettendo così nè titolo, nè Possesso; » Quanto al dominio utile non avere » la Mensa d'Uglesias nè titolo, nè Pos» sesso; Imperciocchè se si parla del » titolo, non ne compaja alcun valido » e legitimo, non meritando fede li » transunti nè della Carta di donazio» ne di Mariano, o sia Turgadorio Giu» dice, o sia Re del Giudicato di Ca» gliari nel 1124, nè dell'altra di Be» nedetto di Lacono del 1216, che di» consi esistenti nell' Archivio dell'Ar» eivescovo, e da Scrittori del Regno, » si accennano per Titoli della Mensa » sudetta, stante li palpabili loro difetti » intrinseci, ed estrinsici sia per man» canza della data di giorno, e Mese, » della indizione, del nome, soscrizio» ne, e rogiti di Notajo, sia per man» canza di facoltà negli asseriti Dona» tori di perpetuamento smembrare la » Isola dal Regio Patrimonio, sia per » non essere specificamente espressa in » una di esse donazioni la detta Isola, » e sia finalmente per risultare dubbia » dalle storie la esistenza in tali tem» pi di supposti donatori, ed a tale » effetto gli stessi Scrittori delle cose » di Sardegna, che parlano delle dette » donazioni si contradicono fra se me» desimi. Se poi si parla del preteso » possesso, gli atti, che diconsi com» provarlo, non essere uniformi, e con» tinuati, ma difformi, clandestini, ed » equivoci, ed i primi non essere a fa» vore di detta Mensa, ma bensì di » S. Antioco, e della sua Chiesa par» ticolare, relativamente alla festa di det» to Santo, ed essere altresì viziosi, e » nulli sotto qualunque aspetto voglian» si considerare, ondo non essere in » veruna maniera valevoli a radicare un » vero, costante, e pacifico possesso. » Nulla giovare la citata sentenza del» la Reale Udienza del 1753 perchè non » proferita specificamente sovra un tal » punto, essendo pure condizionati, ed » ipotetici i dispaccj, e le lettere del » Vice Rè, e li pareri degli Avvocati » Fiscali Patrimoniali. Non potersi in » sostanza detto possesso, qualunque sia, » giammai dirsi accompagnato dalli re» quisiti, che secondo li principj le» gali sono necessarj per renderlo sus» sistente ed efficace, conservando gli » Arcivescovi ne loro Archivi li suc» cennati transunti di donazione, e mas» simamente quella ascritta al Giudice » Mariano, o sia Turgodorio; mentre » quando ancora volesse considerarsi in » aspetto di legitimità, e sussistenza, fa» vorirebbe soltanto la Chiesa di San» to Antioco, e tanto più unendosi la » circostanza, ed avendo nel secolo de» cimoquinto il Vescovo Giuliano d'Ugle» sias supplicato il Rè D. Giovanni, e » poscia il Rè D. Ferdinando di con» fermargli i suoi privilegj, e le con» cessioni avute, e d' impedirne ogni » perturbaziono di possesso, uscirono » bensì due Diplomi del 1466, e 1479 » per la conferma, ma a condizione » che i titoli di concessione fossero le» gitimi, ed autentici, e che rimanes» sero salve le ragioni della Regia Cu» ra. Non essersi però vedute a compa» rire le accennate due Carte di Dona» zione d'onde altresì giustamente se » ne inferisca, non essersi in tanto pre» sentate, perchè riconosciute, seppure » allora già esistevano, dal Vescovo Giu» liano, difettose, illegitime, e di niun » conto, anzi distruttive del suo inten» to, seppure già allora aspirava al Do» minio utile di questa Isola. In tale » stato di cose considerate le ragioni di » Monsignore Arcivescovo a fronte di » quelle del Regio Patrimonio, come » pure quelle dalle quali sembra assi» stita la Chiesa di Santo Antioco, sic» come per introdurre nell'Isola la pro» posta popolazione non conviene, nè » la S. M. tollerarebbe, che vi si sta» bilissero naturali Sardi, con pregiudi» zio, e diminuzione degli altri popo» lati di quel Regno, e per introdurvi » Forastieri molte considerabili spese ri» chiedonsi, alle quali soggiacere non » potrebbe il Prelato senza divertire buo» na parte de' suoi redditi da quegli usi » lodevoli, in cui suole impiegarli. E » per altra parte Monsignor Arcivesco» vo di Cagliari considerata massima» mente la unione delli quattro Vesco» vadi, gode già al presente sufficienti » entrate per il decoroso suo manteni» mento senza necessità di esporre ca» pitali per accrescerle, siasi creduto, » che il migliore spediente fosse d'ap» poggiare una tale cura alla Sagra Re» ligione, ed Ordine Militare de' Santi » Maurizo, e Lazaro, la quale avendo » Sua Maestà per Generale Gran Maestro, » sarà nel caso d'introdurre nell'Isola nuo» vi Popolatori, difenderli dagli Affricani » Pirati, e recare consequentemente a » quel Regno i vantaggi, che dallo accre» scimento della popolazione derivano; » siasi perciò formato il seguente progetto.

Quae bona ex praesenti concordia profectura sint enarratur.

Insulae cessio favore Militaris ordinis SS. Mauritii, et Lazari utrarumque praetendentium utilitatem, et habitatorum incremento confert.

Insulae erectio in Commendam praelaudati Militaris Ordinis statuitur.

» Primieramente che il Dominio utile dell' Isola di Santo Antioco venga eretto in una Commenda della Sagra Religione, ed Ordine Militare dei SS. Maurizio e Lazaro, sotto il titolo di Santo Antioco, di libera collazione di S. M. Generale Gran Maestro. Alla quale Commenda spettino per consequenza i diritti di Portatico, gli Accordi, e le altre annualità, che già sono dovute dipendentemente dalle concessioni fatte dagli Arcivescovi non meno, che tutti quei dritti, che verranno stabiliti nelle concessioni da farsi per parte della suddetta Religione. Si lasceranno nel possesso de' terreni al presente coltivati coloro, ai quali sono stati concessi dallo attuale Prelato, o da suoi Antecessori, salvo che, attesa la inosservanza de' patti apposti, meritassero d' esserne esclusi, e mediante, ove sarà di bisogno, la rinovazione delle concessioni da farsi per parte di detta Religione, con quelle condizioni, che verranno prescritte, conforme all' equità, e secondo le prammatiche, ed usi del Regno. Si dichiara nondimeno, che riconoscendosi necessario di destinare alcun pezzo di detti terreni per lo stabilimento della nuova popolazione, in tal caso potrà ciò eseguirsi, così esiggendo il bene comune, col daro al concessionario, che perderà la sua terra, il congruente compenso, colla surrogazione d'altro Territorio, ed in quell'altra forma, che potrà convenirsi.

» Essendo buona parte dell'Isola suddetta occupata dalle *Eussorgie* disperse in più luoghi, con grave pregiudizio dello accrescimento della cultura de' terreni, si potranno queste mediante il compenso, che fosse necessario limitare e disporre in maniera, che resti sufficiente luogo per li pascoli, e non sia angustiata, e pregiudicata l' agricoltura.

Modus praefinitur divisionis redditum Insulae inter Regnum Sardiniae Aerarium, Archiepiscopalem Mensam, et Ordinis erigendam Commendam.

» Delle Decime d' ogni sorta di frutti, se ne formeranno dal Collettore dieci parti, delle quali una dovrà spettare alla Chiesa di S. Antioco, sei all' Arcivescovo col peso di mantenere la Chiesa, o Chiese Parrochiali, come anche il Vicario, o Vicarj da lui deputandi giusta la esiggenza della popolazione, e le trè altre al Commendatore = Le decime suddette rispetto a coloro, che attualmente possiedono li terreni coltivati si esiggeranno a norma delle respettive concessioni, ai medesimi fatte, e da quelli, che verranno introdotte saranno dovuti, e sì stipoleranno eziandio per via di contratto alla ragione di dieci per cento, esclusi soltanto quegli anni di franchigia, che secondo il solito loro si concedessero dalla Religione suddetta. Non si potrà poscia da questa, e nemmeno in alcun tempo dallo Arcivescovo fare veruna convenzione, e dare altro provvedimento per cui restino diminuite, o pregiudicate le porzioni di Decime rispettivamente assegnate = Dovrà la stessa Religione introdurre nella Isola una popolazione sufficiente, secondo la capacità dei terreni fra il termine, e nel modo che saranno convenuti. =

Quoad spiritualem habitantium Insulae subjectionem, ea Archiepiscopo Calaritano reservatur.

» In Ordine alla giurisdizione Spirituale, gli abitatori dell' Isola resteranno Diocosani all' Arcivescovo di Cagliari, come Vescovo di Uglesias, e le Parrocchie saranno interamente soggette alla di lui giurisdizione. Ed affinchè dalla distribuzione delle Decime nella maniera sopra esposta, e dall'assegnarsi in dote della Commenda i diritti di Portatico ed altri provenienti dal dominio utile dell'Isola, non sia diminuito il reddito, di cui gode presentemente Monsignor Arcivescovo, proseguirà il medesimo, ed ove fosse duopo, anche i suoi Successori, a percevere da quelli, che possedono i terreni al presente coltivati, quelli diritti, che attualmente perceve. =

Casus consideratur augmenti futuri redditaum Insulae, et divisionis modo prospicitur.

» Si dichiara però, che quando venga ad accrescersi il suddetto reddito per le maggiori decime, che si esiggeranno in dipendenza delle nuove concessioni, che farà la succennata Religione de' suddetti terreni, occorrendone la devoluzione, e per quelle, che si perceveranno dalla coltivazione degli altri fondi, siccome cesserà in tale caso il motivo, per cui intanto si lascia per intiero all' Arcivescovo il suddetto reddito de' terreni al presente coltivati come sopra, allora spetterà questo in proporzione dell' aumento alla stessa Religione; cioè primieramente i diritti del Portatico, ed altri provenienti dal dominio utile, poscia le trè parti, di ciò, che si esigge a titolo di Decime, e si dovrà pagare altresì la parte assegnata alla Chiesa di Santo Antioco di modo che, qualora lo Arcivescovo colle sei delle dieci parti delle Decime verrà a conseguire quel tanto, che in oggi perceve, non potrà più pretendere cosa alcuna de' redditi civili, e dovransi ridurre in Massa tutte la

» Decime delle quali se ne daranno le
» sei parti all' Arcivescovo suddetto, il
» tutto a norma delle Regole stabilite
» ne precedenti capi.

Vigore praesentis concordiae, Archiepiscopus temporali praetensae in Insula jurisdictioni valedicit.

» Mediante lo adempimento di
» quanto sopra recederà Monsignor Ar-
» civescovo da' ogni sua pretensione in
» riguardo alla giurisdizione tempora-
» le, ed utile dominio dell' Isola, co-
» me anche da qualunque maggiore ra-
» gione, che gli possa competere in
» ordine alle decime. =

Pro majori concordiae firmitate, reservatur ejusdem approbatio a S Sede requirenda.

» Per maggior sicurezza di que-
» sta concordia tra S. M. e Monsignor
» Arcivescovo, come Vescovo d' Ugle-
» sias, si domanderà l' assenso Aposto-
» lico, ed avendo S. M. fatto conside-
» rare il suddetto progetto dal Supre-
» mo Consiglio di Sardegna, ed altresì
» dal Consiglio della Sagra Religione ed
» Ordine Militare de' SS. Maurizio e
» Lazaro, che lo hanno pienamente col-
» laudato, si è degnata sulla relazione
» statale umiliata del medesimo pro-
» getto, e del consulto rispettivo, di
» essi Consigli, di compartire il Reale
» suo gradimento ed approvazione al
» detto progetto di concordia, stato an-
» che intieramente accettato da Mon-
» signor Arcivescovo di Cagliari, con
» avere la M. S. nominato il Signor Se-
» natore Dari Avvocato Fiscale Regio del
» Supremo Consiglio di Sardegna per
» stipolarne l' istromento a nome del
» Regio Patrimonio, con avere altresì
» destinato il Sig. Cavaliere, ed Avvo-
» cato Patrimoniale di detta Sagra Re-
» ligione Angiono per intervenire in det-
» to Istromento a nome della medesi-
» ma Religione, come da Regj Biglietti
» infra inserti del giorno d' oggi, coi
» quali viene rispettivamente ad essi con-
» ferita l' autorità, e facoltà opportuna
» per la effettuazione di detto progetto.
» Quindi è che

Tenor dispositivus, qua concordia inter partes solemniter probatur, et confirmatur.

» Per il presente pubblico istro-
» mento, e presenti gli infrascritti Signo-
» ri Testimonj, l' Illmo e Revmo Mon-
» signor Giulio Cesare Gandolfo di Ri-
» caldone Arcivescovo di Cagliari, e
» Vescovo d' Uglesias, e gli Illmi Signori
» Senatori Giuseppe Francesco Maria
» Dani Avvocato Fiscale Regio del Su-
» premo Consiglio di Sardegna, e Ca-
» valiere D. Gabriele Francesco Angio-
» no Avvocato Patrimoniale Generale
» della suddetta Sagra Religione dei
» SS. Maurizio e Lazaro, confermando
» la suddetta narrativa con dichiara-
» zione, che tutti i capi del progetto
» suddetto, e ciascuno di essi debba-
» no intendersi per corrispettivi, e ri-
» ducendo quella in forma di disposi-
» zione, per la intiera esecuzione del
» detto progetto, hanno il suddetto Mon-
» signor Arcivescovo per se, e suoi
» Successori, salvo però sempre il bene-
» placito Apostolico, ed il detto Signor
» Senator Dani in nome del Regio Pa-
» trimonio, ceduto e trasferito, come
» cedono, e trasferiscono alla Sagra Re-
» ligione, ed Ordine Militare suddetto
» tutte le ragioni, che per qualunque
» titolo avere potessero sovra il domi-
» nio utile dell' Isola di S. Antioco, ac-
» ciocchè il detto dominio utile venga
» eretto dalla M. S. Generale Gran Mae-
» tro, in Commenda sotto il titolo di
» Santo Antioco di sua libera collazio-
» ne con le leggi, e condizioni in detto
» progetto espresse, mediante la osser-
» vanza delle quali detto Monsignor Ar-
» civescovo recede per se, e suoi Suc-
» cessori da ogni sua pretensione, in ri-
» guardo alla giurisdizione temporale di
» detta Isola, colle clausole abdicative,
» e traslative in ogni più ampla e va-
» lida forma, accettando tale recesso
» in nome del detto Regio Patrimonio,
» il medesimo Signor Senator Dani, ri-
» nunziando pure detto Monsignore in
» favore di dettaReligione ad ogni mag-
» giore ragione, che gli potesse com-
» petere a riguardo delle Decime, co-
» me nel medesimo progetto, e suc-
» cessivamente il suddetto Signor Ca-
» valiere, ed Avvocato Patrimoniale
» Angiono a nome della detta Sagra
» Religione, e per essa accettante, e
» stipolante si sottomette a tutti quegli
» obblighi, e condizioni portate dal sud-
» detto proggetto. Di tutto quanto so-
» vra è contenuto in detto progetto, le
» dette parti hanno promesso, e pro-
» mettono la totale osservanza sotto ob-
» bligo de' beni presenti, e futuri, cioè
» quanto a Monsignor Arcivescovo di
» quelli del suo Arcivescovado, o Ve-
» scovadi uniti, e specialmente del Ve-
» scovado d' Uglesias; rispetto al Signor
» Senator Dani di quelli del Regio Pa-
» trimonio di Sardegna, e in ordine al
» Signor Cavaliere Angiono di quelli
» della medesima Sagra Religione dei
» SS. Maurizio, e Lazaro colla clau-
» sola del costituto Possessorio di essi
» in forma = E di questo atto se ne so-
» no formati due istromenti originali
» uniformi riceventi da noi infrascritti
» Angelo Ludovico Villa Segretario di
» Stato, e Segretario e Notajo per S. M.
» del Sagro Supremo Consiglio di Sar-
» degna, e Maurizio Filiberto Ravicchio
» Segretario dell' Eccmo e Rmo Consi-

» glio della Sagra Religione de' SS.Mau
» rizio, e Lazaro, e Regio Notajo per
» custodirsene, di datti istromenti ori-
» ginali,uno nella Segreteria di Stato per
» gli affari interni di S. M. e l' altro
» nell' Archivio di detta Sagra Religio-
» ne, con essersi in questo inserti li due
» sovracitati Regj Biglietti per copia au-
» tentica, e si sono detti Signori inter-
» venienti insieme ai Signori Testimo-
» nj ad ambi detti istromenti sottoscritti
» come siegue = Giulio Cesare Gandol-
» fo di Ricaldone Arcivescovo di Ca-
» gliari, e Vescovo di Uglesias = Se-
» natori Giuseppe Francesco Maria Da-
» ni Avvocato Fiscale Regio = D. Ga-
» briele Francesco Angiono Avvocato Pa-
» trimoniale Generale = Clemente Car-
» levario Testimonio = Prospero Viretti
» Testimonio = Francesco Felice Corag-
» gioTestimonio, e manualmente A.Vil-
» la. M. F. Ravicchio, = Copia degli in-
» frascritti Regj Biglietti = Il Re di Sar-
» degna, di Cipro, e di Gerusalem-
» me ec. Fedele ed amato Nostro. Es-
» sendoci stata umiliata la relazione del
» progetto di concordia per le diffe-
» renze, equestioni insorte a riguardo del
» dominio utile, e circa le pretensio-
» ni eccitate sulla giurisdizione tempo-
» rale dell' Isola di Santo Antioco del
» Regno Nostro di Sardegna, trà l' Ar-
» civescovo di Cagliari Vescovo d'Ugle-
» sias, ed il nostro Reale Patrimonio,ci
» siamo degnati di gradire ed approva-
» re il detto progetto, per cui li sud-
» detti Arcivescovo, e Nostro Patrimo-
» nio devono cedere ogni loro ragione
» sopra il detto dominio utile alla Sa-
» gra Nostra Religione, ed Ordine Mi-
» litare de' SS. Maurizio, e Lazaro per
» la erezzione dello stesso utile domi-
» nio in Commenda della detta Sagra
» Religione di libera Nostra collazione,
» sotto li patti, e condizioni in esso pro-
» getto espresse, e per il presente nomi-
» niamo, e destiniamo la vostra persona
» per intervenire a nome di detto No-
» stro Patrimonio nel contratto da sti-
» polarsi per la esecuzione del mede-
» simo progetto, conferendovi per un
» tale effetto tutta la autorità, e facoltà
» necessaria ed opportuna onde possiate
» in nome di esso Nostro Patrimonio ce-
» dere, ed obbligarvi a norma intera-
» mente dello stesso progetto, e senza
» più preghiamo il Signore, che vi
» conservi = Torino li 21 Marzo 1758
» firmato C. Emanuele = Contrasegna-
» to Mazè = E sul dorso = Al fedele
» ed Amato Nostro il Senatore nel Se-
» nato Nostro di Piemonte Dari Avvo-
» cato Fiscale Regio nel Supremo No-
» stro Consiglio di Sardegna. =

Tenor procurae qua Sardiniae Rex facultatem fecit Regii Fisci Advocato, relatam concordiam acceptandi.

» Il Re di Sardegna, di Cipro,
» e di Gerusalemme, Duca di Savoja,
» di Monferrato ec. Principe di Pie-
» monte ec. Generale Gran Maestro ec.
» Cavaliere Angiono Avvocato Patrimo-
» niale Generale della Sagra Religio-
» ne, ed Ordine Nostro Militare de'SS.
» Maurizio, e Lazaro. Essendosi inte-
» so, e da Noi approvato il progetto
» a Voi noto riferito nel Consiglio di
» essa Religione per cui il nostro Rea-
» le Patrimonio, e l'Arcivescovo di Ca-
» gliari Vescovo di Uglesias debbono
» cedere alla medesima Sagra Religio-
» ne ogni loro ragione sopra il domi-
» nio utile dell' Isola di Santo Antioco
» del Regno Nostro di Sardegna, per
» essere tal dominio da poi eretto in
» Commenda della mentovata Religione
» di liberaNostra collazione,sotto i pat-
» ti, e condizioni in tal progetto spie-
» gate; Vi diremo con il presente es-
» sere mente Nostra, che interveniate
» a nome di detta Religione nel con-
» tratto da stipolarsi per l' esseguimen-
» to di esso progetto, conferendovi l'au-
» torità opportuna per quello valida-
» mente accettare, ed assumere le ob-
» bligazioni a norma del medesimo ri-
» guardanti l' accennata Religione, e
» senza più preghiamo il Signore, che
» vi conservi = Torino li 21 Marzo 1758.
» firmato C. Emanuele = Contrasegna-
» to di Ferraris = E sul dorso = Al Ca-
» valiere Angiono Avvocato Patrimonia-
» le Generale della Sagra Religione,
» ed Ordine Nostro militare de' SS.Mau-
» rizio, e Lazaro »

Tenor alterius Procurae Sardiniae Regis, qua ipsemet tamquam Generalis Magnus Magister Ordinis Militaris SS. Mauritii, et Lazari facultatem tribuit Advocato Patrimoniali Generali ejusdem Ordinis, concordiam, et obligationes in ea contentas acceptandi.

§. 5. Qua de re pro parte præfati Julii Cæsaris Archiepiscopi Sa: Mem: Prædecessori Nostro Benedicto PP. XIV. supplicatum fuit, ut ipse transactionem prædictam, seu concordiam hujusmodi approbare dignaretur. Ipse autem Benedictus Prædecessor die xv. subsequentis Mensis Aprilis ad relationem Dilecti etiam Filii Secretarii Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum, tunc suorum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium,consultationibus Episcoporum et Regularium præpositæ,speciali decreto eamdem approbavit. Verum eodem Benedicto Prædecessore paulo post ab hac luce sublato, Literæ Apostolicæ super approbatione hujusmodi minime fuerunt expeditæ, ac deinde prædictus quoque Julius Cæsar Archiepiscopus ab humanis decessit. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, prædictusThomas Ignatius Ma-

Preces porrectae S.M Benedicti XIV. pro confirmatione praesentis concordiae.

ria modernus Archiepiscopus postquam prædictæ Ecclesiæ Calaritanæ, simulque Ecclesiensis, eidem, ut præfertur, unitæ, regimen assumpsit, omnium plenaria habita notitia, ne dum probandam duxerit præinsertam transactionem, seu concordiam, illiusque dispositionem, sed perspectum quoque habuerit illius exequutionem in evidentem dictæ Mensæ utilitatem cessuram fore, aliunde vero magnum eidem Insulæ, vel potius universo Sardiniæ Regno fructum exinde obventurum: Idcirco pro parte ejusdem Thomæ Ignatii Mariæ Archiepiscopi, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis, Supremum Nostrum, et Apostolicæ Sedis beneplacitum, auctoritatemque interponere dignaremur.

Supra relatam concordiam, Pontifex Apostolica auctoritate confirmat, et approbat.

§. 6. Nos igitur, audito item præfatæ Congregationis Secretario, susceptam a dicto Carolo Emanuele Rege providam curam, per quam præfata Insula hactenus pene deserta, et prædonibus infesta, Incolis, atque Cultoribus in posterum commoda, et fida statio cum magno divini cultus augmento evasura speratur, omni laude dignam existimantes, simulque prædictæ Mensæ Episcopalis indemnitati, et utilitati perpetuo consulere, eidemque Thomæ Ignatio Mariæ Archiepiscopo specialem gratiam facere volentes, ipsumque a quibusvis suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, præinsertam transactionem, seu concordiam, ut præfertur, initam, et prout illam concernit, desuper confectum præinsertum etiam instrumentum, cum omnibus, et singulis in eo contentis, Apostolica auctoritate ipsarum, tenore præsentium perpetuo confirmamus, et approbamus; illique perpetuæ, et inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, et efficaciam adjicimus, omnesque, et singulos tam juris quam facti, et solemnitatum aliosque defectus, si qui desuper in eadem transactione, seu concordia inter dictum Julium Cæsarem Archiepiscopum, ac præfatos Josephum Franciscum Mariam, et Gabrielem Franciscum, ut præfertur, inita, quomodolibet intervenerint, supplemus; Illumque ab omnibus et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari, et adimpleri, nec ab illa ullo unquam tempore resiliri debere volumus et mandamus,

Spiritualia Archiepiscopi jura in Parrochiales, cæterasque Insulæ Ecclesias reservantur.

7. §. Decernentes omnia spiritualis jurisdictionis, sive Ordinariæ, sive Delegatæ jura in Parochiales, cæterasque Ecclesias prædictæ Insulæ, nec non in Clerum, et Populum in eo nunc existentem, et pro tempore quandocumque futurum, etiam si forsan Græci, Armeni, aut alterius cujuscumque ritus existant prædicto Archiepiscopo, uti Ecclesiensis Ecclesiæ Præsuli, ejusque successoribus, perpetuo salva, integra, atque illæsa manere, ad formam Sacrorum Canonum, et Constitutionum Apostolicarum, et Decretorum Sacri Concilii Tridentini.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Præsentes quoque literas, et in eis contenta quæcumque ex eo quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet intendentes ad ea vocati, citati, et auditi non fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel quovis alio defectu notari, impugnari, invalidari, nec sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, aut derogationibus per Nos, et successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis pro tempore faciendis comprehendi, sed semper et perpetuo validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere. Sicque, et non alias per quoscumque Judices, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice Legatos, dictæque Sedis Nuncios judicari, et definiri debere, irritumque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit fel: rec: Pauli PP. II. Prædecessoris Nostri, aliorumque Romanorum Pontificum etiam Prædecessorum Nostrorum, de rebus Ecclesiæ non alienandis, cæterisque etiam Apostolicis, seu in Universalibus, Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis generalibus, sive specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus dictarum Calaritanæ, et Ecclesien. Ecclesiarum, ac prædictæ Ecclesiæ S. Antiochi etiam

juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, usibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis, nec non concessionibus, donationibus, et investituris eisdem Ecclesiis, eorumque Præsulibus, seu Rectoribus, aliisque personis quibuslibet, tam in genere, quam in specie in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, et confirmatis. Quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserti forent, pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum latissime, et expresse, hac vice dumtaxat, harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctiones pœnales.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, approbationis, defectuum suppletionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, septingentesimo quinquagesimo nono. Decimo sexto Kalendas Octobris Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XCIX.

Dat. die 11 Novemb. 1759. Ann. II.

Revocata quacumque præcedenti concessione Altaris privilegiati, aliud in perpetuum concedit, ab Ordinario una vice tantum designandum, pro unaquaque Ecclesia Monialium Visitationis B.M. Virginis sub instituto S.Francisci Salesii, peculiaribus indicatis diebus, et casibus queis præsens indultum tribuitur.

Altare privilegiatum pro singulis Patriarcalibus Metropolitanis, et Cathedralibus totius Orbis Catholici concessit Benedictus XIII. Constit. edit. Anno 1724. Augusti 20 quæ est in Bullario Mainardii. Altaria privilegiata Ecclesiis Cathedralibus, et Parochialibus Maronitarum indulxit Benedictus XIV. Const. edit. Anno 1743. Martii 16. ItemquePontifex idem Capitulo Veronensi bis in hebdomada, personale, Constit. edit. Anno 1747. Jan. 19, ut videre est in ejus Bullario.

Clemens Papa XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Spiritualibus indulgentiis sacra loca decorantur, ut fidelium defunctorum animæ illis, adjutæ ab Purgatorii pœnis liberentur.

§. 1. Omnium saluti paterna charitate intenti, sacra interdum loca spiritualibus indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium defunctorum Animæ Domini Nostri Jesu Christi, ejusqua Sanctorum suffragia meritorum consequi, at illis adjutæ ex Purgatorii pœnis ad æternam salutem per Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igitur omnes, et singulas Ecclesias quorumcumque Monasteriorum Monialium Visitationis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ sub Instituto S. Francisci Salesii ubicumqua existentium, in quibus aliud Altare privilegiatum, quatenus adsit concessum, per præsentes Auctoritate Apostolica revocamus; et in qualibet ex dictis Ecclesiis, Altare, per Ordinarios locorum semel tantum respective designandum, hoc speciali dono illustrare, supplicationibus quoque Dilecti filii Nostri Henrici Benedicti S.R.E. Presbyteri Cardinalis Ducis Eboracensis nuncupati, earumdem Monialium apud Nos, et Sedem Apostolicam Protectoris nomine Nobis per hoc humiliter porrectis inclinati, Auctoritate Nobis a Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei misericordia, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, et quandocumque Sacerdos aliquis secula-

Designantur dies, et casus præsentis indulti.

Digitized by Google

ris, vel cujusvis Ordinis, Congregationis, et instituti regularis, Missam Defunctorum in die Commemorationis defunctorum, et singulis diebus infra illius octavam, ac in una feria cujuslibet hebdomadæ, et per eosdem Ordinarios respective pariter specificanda, pro anima cujuscumque Monialis, earumque Consanguineorum et affinium primi et secundi gradus, nec non Monasteriorum hujusmodi respective Benefactorum, quæ Deo in Charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad prædictum Altare celebrabit, Anima ipsa de thesauro Ecclesiæ per modum suffragii indulgentiam consequatur, ita ut ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, ac Bmæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus, a Purgatorii pœnis liberetur, concedimus, ipsumque privilegium ad quodlibet Altare Ecclesiarum hujusmodi in obitus, depositionis, ac tertia, septima, et trigesima post obitum cujuslibet ex Monialibus Monasteriorum prædictorum dumtaxat Anniversariis, aliisque diebus pro Missis, quæ juxta eorumdem Monasteriorum regulas seu consuetudinem celebrari debent, aut solent, auctoritate, et tenore prædictis extendimus, et ampliamus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Transumptorum fides. §. 2. Volumus autem, ut præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xi. Novembris MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

C.

Indulgentiæ, et spirituales gratiæ perpetuo conceduntur singulis Christifidelibus, statutis diebus visitantibus Ecclesias Monasteriorum Monialium Ordinis Visitationis B. M. Virginis Immaculatæ, sub instituto S. Francisci Salesii qui fuerint confessi, et Sacra Communione refecti, nec non peculiares indulgentiæ, et gratiæ assignantur Monialibus ejusdem Ordinis pariter in perpetuum.

Dat. die 20. Nov. 1759. Ann. II.

Indulgentiam Plenariam perpetuam, Monialibus quorumvis Monasteriorum in qualibet Mundi parte existentium die earum velationis, benedictionis, et consecrationis concessit Benedictus XIII. Const. edit. Anno 1728. Aprilis 6. Item plenariam perpetuam pro Monialibus Monasteriorum S. Ursulæ in die renovationis Votorum, Pontifex idem Const. edit. Anno 1728. Aprilis 17 ut est in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.
Ad perpetuam rei memoriam

Enumerantur indulgentiæ, et gratiæ in præsenti concessione comprehensæ. §. 1. Cœlestium munerum thesauros, quorum Dispensatores Nos esse voluit Altissimus, præsertim cum ad animarum salutem procurandam in Domino expedire cognoscimus, eos libentissime in Universos Christifideles erogare minime prætermittimus. Quapropter supplicationibus quoque Dilecti filii Nostri Henrici Benedicti S. R. E. Presbyteri Cardinalis Ducis Eboracensis nuncupati, Monialium Ordinis Visitationis B. Mariæ Virginis Immaculatæ sub instituto S. Francisci Salesii apud Nos, et Sedem Apostolicam Protectoris nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis utriusque Sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Monasteriorum Monialium hujusmodi ubicumque existentibus in Visitationis ejusdem B. M. V. Immaculatæ, et S. Francisci Salesii festis diebus, ac feria sexta immediate sequenti octavam solemnitati SSmi Corporis Christi, nec non die Vigesima prima Mensis Augusti, ac quoad Ecclesiam Monasterii Monialium dicti Ordinis Civitatis Lugdunensis, tantum die Vigesima octava Mensis Decembris, a primis vesperis usque ad occasum solis, dierum hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, et sibi

pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effunderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam: insuper eisdem Christifidelibus etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra Communione refectis, qui expositioni SSmi Eucharistiæ Sacramenti de Ordinariorum respective licentia in dictis Ecclesiis, prima feria sexta cujuslibet Mensis facienda, per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi ut præmittitur oraverint, plenariam: Similiter prima feria sexta unius mensis, per Ordinarios prædictos respective semel tantum designanda, omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus: In reliquis vero primis feriis sextis cæterorum undecim mensium, Christifidelibus prædictis vere pariter pœnitentibus, et confessis, ac sacra Communione refectis, prædictæ expositioni, ut supra faciendæ interessentibus et orantibus, qua feria prædictarum similiter id egerint, septem annos, et totidem Quadragenas, de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis, in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Monialibus vero, et aliis in quolibet ex dictis Monasteriis pro tempore degentibus etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra Communione refectis, quæ Cappellam, seu Altare, vel Oratorium intra Claustra Monasteriorum hujusmodi respective sita in quatuor aliis anni festis diebus, per Ordinarios hujusmodi respective pariter designandis, ac die vigesima octava prædicti mensis Decembris, a primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum husmodi ut supra præmittitur, visitaverint, et ibidem oraverint, quoque plenariam, ac mortis articulo, si vere pariter pœnitentes, et confessæ ac sacra Communione refectæ, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contritæ, nomen Jesu ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem impertimur, omnibusque Confessariis Ordinariis Monasteriorum hujusmodi pro tempore existentibus, facultatem commutandi Monialibus infirmis, cæterisque in Monasteriis hujusmodi degentibus in aliquod pium opus Visitationem Ecclesiæ, seu Cappellæ, aut Altaris vel Oratorii pro consequendis Indulgentiis designatæ, seu designati, tribuimus. Declarantes insuper, quod ob permutationem Coronarum, et Sacrorum Numismatum, quam singulis Annis ex Constitutionum dispositione Moniales prædictæ peragunt, Coronas, et Numismata hujusmodi, si aliqua Benedictione sint munita, Indulgentias quibus gaudent non amittere. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 2. Volumus autem ut præsentium Literarum Transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Novembris MDCCLIV. Pontificatus Nostri Anno Secundo. Transumptorum fides.

CI.

Peculiares Indulgentiæ conceduntur, ad Septennium tantum, Monialibus degentibus in Monasteriis Ordinis Visitationis B. M. Virginis Immaculatæ sub instituto S. Francisci Salesii. Dat. die 20 Nov. 1759. Ann. II.

Clemens PP. XIII.

Dilectis in Christo Filiabus Abatissis, seu Priorissis, et Monialibus quorumcumque Monasteriorum Ordinis Visitationis B. M. V. Immaculatæ, sub Instituto S. Francisci Salesii Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Ad augendam devotionem, et Animarum Salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris, pia charitate intenti, ac supplicationibus Dilecti Filii Nostri Henrici Benedicti S. R. E. Presbyteri Cardinalis Ducis Eboracensis nuncupati, earumdem Monialium apud Nos, et Sedem Apostolicam Protectoris nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Vobis omnibus, et singulis, ac aliis in vestris Monasteriis respective existentibus vere pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Communione refectis, quæ Cappellam, seu Altare, vel Oratorium intra Claustra Monasteriorum hujusmodi respective sita, in una ex Feriis sextis Quadragesimæ, per Ordinarios locorum etiam respective designanda, ab ortu, usque ad occasum Solis Feriæ hujusmodi, nec non in primo, et ultimo ex novem diebus immediate antecedentibus Festum Nativitatis Domini Nostri Jesu Enumerentur indulgentiæ elargitæ, diesque in quibus eas lucrari permittitur.

Christi singulis annis devote visitaveritis, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderitis, plenariam omnium peccatorum vestrorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. In cæteris vero Feriis sextis prædictæ Quadragesimæ, ac in reliquis ex supradictis novem diebus antecedentibus Festum Nativitatis Dominicæ Vobis omnibus, et singulis, aliisque prædictis, etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Communione refectis, Cappellam, seu Altare, vel Oratorium hujusmodi ut supra visitantibus, at ibidem ut præfertur, orantibus, quo die, et feria ex prædicis id egeritis, septem annos, et totidem quadragenas de injunctis Vobis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis, in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Insuper Vobis omnibus, aliisque prædictis vere pariter pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Communione refectis, quæ septem Cappellas, seu Altaria, vel Oratoria intra Claustra Monasteriorum vestrorum sita, ter in anno devote visitaverit, vel Scalam intra eadem Claustra sitam, quater in anno flexis genibus pie ascenderitis, et ibi ut supra oraveritis, qua vice prædictarum id egeritis, ut eas omnes, et singulas Indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes consequamini, quas consequeremini, si septem Almæ Urbis Nostræ tam intra, quam extra illius muros sitas Ecclesias ad id designatas, personaliter, et devote visitaveritis, vel Scalam Sanctam de eadem Urbe etiam personaliter, et devote flexis genibus ascenderitis; Ac pariter vobis omnibus, aliisque supradictis, quæ septem Altaria, seu Cappellas, vel Oratoria intra Claustra hujusmodi sita duodecim vicibus pro quolibet anno ut supra visitaveritis, et oraveritis, qua vice præfatarum similiter id egeritis, ut eas omnes, et singulas Indulgentias peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes itidem consequamini, quas consequeremini, si septem Altaria in Basilica Principis Apostolorum de Urbe sita ad id designata personaliter, et devote visitaveritis, Apostolica Auctoritate, tenore præsentium concedimus, et indulgemus. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Transumptorum fides

§. 2. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut dicta Scala aliis usibus non inserviat, utque, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum datur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint. Cæterum, volumus pariter ut præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Nov. MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CII.

Monasterium Monialium Ordinis S. Benedicti loci de Sambucheto, Nullius seu Spoletanæ Diæcesis, Jurisdictionis Capituli, et Canonicorum Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis supprimitur, illiusque bona peculiaribus usibus destinantur in spiritualem utilitatem habitantium in præfato loco.

Dat. die 30. Nov. 1759. Ann. II.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei Memoriam

Exponitur infelix Monasterii supprimendi conditio, et modicus Monialium numerus.

§. 1. Inter multiplices, quæ quotidie Nobis oboriuntur Apostolici muneris Nostri curas, illud subinde Nobis venit in mentem, cogitationes Nostras eoquoque conferri oportere, ut quæ incepta fuerant, quibusque perficiendis commodius tempus expectandum erat, iis, ubi occasio venerit expediendis, extrema denique manus imponatur. Cum itaque, sicut accepimus, fel. record. Benedictus XIV., Prædecessor Noster Anno Domini MDCCLV. Patriarchalis Ecclesiæ Nostræ S. Joannis in Laterano nuncupatæ, illiusque rerum omnium Pastorali Visitatione inita comperiisset, Monasterium Sanctæ Mariæ de Misericordia nuncupat. Monialium Ordinis Sancti Benedicti loci de Sambucheto, Nullius, seu Spoletanæ Diæcesis, sub spirituali jurisdictione pro tempore existentium Capituli, et Canonicorum dictæ Ecclesiæ, in aspero loco, et incolis vacuo situm esse, et ab hominum frequentia semotum, quod Tridentinæ Synodo minime probari exploratum est, Clausuram quoque angustam, et male tutam, ædes vero novissime ruinosas apparuisse, at aliqua ex parte prope

labantes, proindeque decrevisset in primis ut dictum Monasterium omnino supprimeretur, ac propterea in eodem Monasterio nullæ amplius puellæ ad Regularem habitum admitterentur, de ipsis tamen Monialibus tunc in eo degentibus in aliud tempus reservavit quid in posterum providendum censuisset.

Preces porrectae a Capitulo Lateranensi pro suppressione praefati Monasterii, et peculiaribus redditiuum destinationibus.

§. 2. Cumque nuper Dilecti Filii Moderni Capitulum, et Canonici prædictæ Ecclesiæ Nobis exposuissent non plures quam tres Moniales in dicto Monasterio provectiore ætate, easdemque ægra valetudine superesse, quarum duæ tantum Chorales sunt, indeque fieri ut nullo pacto Regularis Disciplina servari queat: Nos idcirco omnibus hisce causis permoti ejusdem Monasterii suppressionem diutius differendam non esse existimamus. Cum vero ejusmodi suppressione sequuta, ea quoque esse debeat Apostolici Nostri Ministerii cura, ut bona semel Deo dicata, recte, diligenterque administrentur, nec in profanos usus, sed in alia pia opera convertantur. Cumque Capitulum, et Canonici prædicti Nobis significaverint, Rectoribus Parochialium Ecclesiarum locorum spirituali pariter eorumdem jurisdictioni subjectorum vix, ac ne vix quidem ex redditibus suæ cujusque Rectoris Ecclesiæ suppetere, quo vitam tolerare possint, cum saluberrimum ac maximo usui futurum, si schola crigatur, et sustentetur Magistrarum, quæ vulgo Magistræ Piæ appellantur, ubi puellis tum Chsistianæ Fidei rudimenta tum ad vitæ usum necessariæ quædam artes tradantur.

Monasterium supprimitur, et de redditibus speciali providentia in pios usus disponitur.

§. 3. Hinc volentes nos, non solum ad effectivam dicti Monasterii suppressionem, sed etiam ad ejusdem Bonorum omnium tum administrationem, tum erogationem, seu conversionem stabiliendam devenire, primodictum Monasterium Sanctæ Mariæ de Misericordia, illiusque statum, et exentiam Regularem, ac ipsius erectionem, institutionem, et insignia, denominationem, ac omnia, et quæcumque illius officia, et ministeria, nec non statuta, et consuetudines etiam immemorabiles, ac decreta etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborata, privilegia quoque, et indulta generalia, et specialia, si qua sint, eidem Monasterio, illiusque Superiorissæ, et Monialibus, ac personis tam in spiritualibus, quam in temporalibus etiam oneroso, et alio quovis titulo forsan necessario exprimendo, Apostolica, aliaque quavis auctoritate concessa, quorum omnium et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, iisdem præsentibus pro expressis, et insertis haberi volumus ex nunc, prout ex tunc, et quando per obitum duarum ex dictis tribus Monialibus una tantum supererit, quæ ad aliud Monasterium Monialium transferenda erit, vel quoties et tunc eædem tres Moniales ad aliud Monasterium, seu alia Monasteria auctoritate Nostra transferri æquo animo, et libenter consentiant, Apostolica auctoritate perpetuo supprimimus, et extinguimus. Eo deinde per Nos sic suppresso, et extincto, suppressionis, et extinctionis hujusmodi effectu subsequuto, omnia et singula bona stabilia ad dictum Monasterium antea spectantia, quæ ex calculis peractis, sicut novimus ad valorem in proprietatem undecim millium triginta quinque scutorum, et ob. 60 monetæ Romanæ ascendunt, illorumque redditus in tercentum viginti uno scutis ejusdem monetæ circiter consisteutes, cum omnibus et singulis illorum adnexis, ac juribus quibuscumque, quemadmodum etiam pecuniarum summas, et generum quantitates, quæ modo, et post præsentium concessionem, deductis expensis, pro Monasterii, et dictarum Monialium manutentione, et substentatione modo occurrentibus supersunt, et usque ad tempus effective illius suppressionis supererunt, dictis Modernis, et pro tempore existentibus Capitulo, et Canonicis in administrationem ad infrascriptorum effectum ita, quod suppressionis, et extinctionis hujusmodi effectu subsequuto, liceat ipsis per unum, seu plures Procuratorem, seu Procuratores ad id specialiter deputandum, seu deputandos administrationis hujusmodi titulo, et nomine dictorum bonorum, illiusque fructuum, redditum, et proventuum, jurium, et pertinentiarum quarumcumque, ad primodictum Monasterium, ut præfertur, suppressum, et extinctum pertinentium veram, realem, corporalem, et actualem possessionem ipsarum præsentium vigore libere appræhendere, et appræhensam perpetuo retinere, administrare, illaque locare, dislocare, arrendare, exigere, percipere, levare, et recuperare, ac in infrascriptos usus convertere, præsentium tenore, Apostolica auctoritate concedimus, et assignamus.

Designantur usus in quos suppressi Monasterii redditus erogari debent.

§. 4. Quod vero attinet ad dictorum bonorum, ac fructuum usum, et conversionem, cum iniquum existimemus, qui se, suaque studia, labores, et co-

gitationes omnes ad animarum curam contulerint, iis adhuc inopia conflictandum, ac necessaria vitæ deesse, egestatemque propterea Parochorum, quos diximus, velimus ope aliqua sustentare; tum etiam de commissi Nobis Dominici Gregis salute vehementer solliciti, nihil habeamus antiquius, quam ut puerilis præsertim fœminarum ætas in probam, tradita disciplinam, Christiana Doctrina, sanctisque moribus instituatur, ea propter fructus ex dictis bonis, ut præfertur, provenientes, vel in ipsis generibus, vel postquam ad numeratam pecuniam redacti fuerint, annis singulis per pro tempore existentes Capitulum, et Canonicos, vel eorum deputatos specialiter designandos, detractis oneribus realibus, et quatenus nullum super iisdem fructibus, qui, ut præfertur, ad summam tercentorum viginti unius Scutorum monetæ Romanæ circiter ascendere solent, superveniat infortunium, prout infra distribui, et partiri volumus, et mandamus. Pro rata videlicet centum viginti Scutorum dictæ monetæ, in subsidium, et levamen Rectorum Parochialium Ecclesiarum Jurisdictionis dictorum Capituli, et Canonicorum, seu illarum perpetuorum Vicariorum, juxta prudens arbitrium dictorum Capituli, et Canonicorum, vel illorum Deputatorum prædictorum ad Mensuram Majoris, seu Minoris dictarum Parochialium Ecclesiarum, seu Vicariorum hujusmodi redditaum quantitatis, eorumque Rectorum, seu Vicariorum præfatorum indigentiæ, habitoque respectu ad dictam summam centum viginti Scutorum impendi debeant. Altera vero rata aliorum centum viginti Scutorum annis singulis, quatuor æqualibus solutionibus de trimestre in trimestre aliquibus Magistris piis nuncupatis, quæ saltem tres insimul in communi viventes in frequentiore incolis Terra de Materilla jurisdictionis eorumdem Capituli, et Canonicorum juxta earum Institutionem Puellas totius jurisdictionis eorumdem Capituli, et Canonicorum juxta earum Institutionem, Puellas totius jurisdictionis præfatæ, fidei rudimenta, ac ea, quæ ad salutem pertinent, et Christianarum virtutum exercitium, nec non muliebria artificia edoceant, persolvi dabeat. Ex reliqua tandem rata reliquorum octoginta unius scutorum præfatorum, quæ alicui imminutioni forte obnoxia erit, vel augeri etiam poterit, dictorum Capituli, et Canonicorum Deputati etiam pro tempore existentes, ne dum onera, tam publica, quam ea, quibus bona primodicti Monasterii per Nos, ut præfertur suppressi, et extincti gravata sunt, supportare, et in Ministrorum salaria, aliasque necessarias expensas erogare, sed etiam sartum, tectumque ædificium Ecclesiæ primodicti Monasterii per Nos, ut præfertur, suppressi, et extincti, ac Divinum cultum in eo, ut infra, servare, et aliquod emolumentum tribuere dictæ Ecclesiæ Custodi, aliaque Missarum onera adimplere etiam debeant, et teneantur.

Facultatem facit Capitulo erogandi in necessarias administrationis, et vectigalium expensas, reditus, qui assumptis prioribus assignationibus supererunt.

§. 5. Quod vero, adimpletis oneribus, et expensis præmissis, et aliis forte necessario subeundis redditnum hujusmodi reliquum fuerit, ac ita quod post præsentes nostras Litteras usque ad effectivam Monasterii primodicti suppressionem ex illius redditibus superesse poterit, si tempore procedente ad aliquam ascendet summam, quæ in aliis bonis stabilibus investiri possit, Deputati præfati investimentum hujusmodi conficere non omittant, ut illorum redditus per Nos, et Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, vel in assignationum supra factarum augumentum, vel alia publica pia opera, in bonum Personarum in Terris Jurisdictionis Capituli et Canonicorum præfatorum degentium impendi possint, ad quorum effectum dispositionem reddituum ex novis investimentis hujusmodi, ut præfertur, faciendis Nobis, et Successoribus præfatis expresse harum quoque serie reservamus.

Peculiares sanctiones pro stabiliendis magistris ad puellarum eruditionem.

§. 6. Et quoniam ad stabiliendam in dicta Terra de Materilla dictarum Magistrarum mansionem, opus erit congruam, et liberam domum acquirere, illamque loco apto ad Scholam habendam Domestico Oratorio, et Cubilibus, ac Officinis, nec non mobilibus, aliisque rebus pro earum sustentatione instruere; præcipimus propterea, et mandamus, quod Capitulum, et Canonici præfati, seu eorum Deputati, domum ibidem, prout res postulaverit, vel emere, et reficere, ac aptare, vel ex integro construere debeant. Pro sumptibus vero ad alterutrum necessariis eæ summæ erogari debeant, quæ ex redditibus Monasterii prædicti usque ad tempus effectivæ illins suppressionis, vel illa subsequuta, supererint, quarumque dispositionem Nobis, et Successoribus Nostris præfatis, ut præfertur, reservavimus, et quatenus illæ ad domum præfatam acquirendam, et parandam non sufficerent, tunc ne dietarum Magistrarum introductio protrahatur, volumus, præmissas assignationes suspendi potius,

quam dictarum Magistrarum introductionem protendere, primodictique Monasterii redditus pro dictarum Magistrarum congrua stabilitate impendi debeant, ac insuper præfato domestico dictarum Magistrarum Oratorio applicentur Sacra Pixis, ut unus Calix pro Missæ celebratione, et lampas argentea, quæ in Ecclesia Monasterii primodicti per Nos, ut præfertur, suppressi, et extincti, illiusque sacrario fuerunt.

Ad Divini Cultus conservationem, Custodem Monasterio suppresso præfigi mandat aliquem, Eremiticam vitam profitentem.

§. 7. Cæterum in Ecclesia Monasterii primodicti per Nos, ut præfertur, suppressi, et extincti Divinus Cultus quantum fieri poterit servetur, ideoque per Deputatos præfatos, aliquis probus Custos ex his, qui Eremiticam vitam profitentur eligatur, assignatis ei congrua mansione in parte aliqua primodicti Monasterii Ædificii cum mobilibus, juxta ejus status conditionem, nec non horto, seu aliqua terræ dictæ Ecclesiæ annexa parte, et constituta ei annua præstatione, ut ex ea, dictæque terræ fructibus, ac eleemosynis Fidelium satis sibi pro victu, et vestitu, prout illius professionis ratio exigit, comparare possit. Ac ille, qui pro tempore ad ejusdem Ecclesiæ custodiam electus fuerit, sacram suppellectilem, cæterasque res dictæ Ecclesiæ, lampademque ante Altare accensam diebus saltem de præcepto festis servare debebit.

Quoad piorum legatorum implementum, peculiaribus depositionibus providetur.

§. 8. Et quoniam onus celebrationis octoginta duarum Missarum in eadem Ecclesia annis singulis ex variis legatis assumptum fuisse dignoscitur; Nos ex illis, novem tantum in ipsa Ecclesia celebrari mandamus, diebus videlicet Purificationis, Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, ac in festivitate Rosarii ipsius Beatæ Mariæ Virginis, nec non diebus festis Sancti Benedicti Abbatis, et Sanctæ Scolasticæ. Reliquas vero septuaginta tres ad præfatas Ecclesias Parochiales per illarum Rectores, seu Vicarios, quibus præmissa assignatio designata fuit, postquam tamen illa fuerit effectum sortita, celebrandas transferimus, ad quorum effectum Capitulo, et Canonicis præfatis, ut ipsis translationem celebrationis dictarum septuaginta trium Missarum singulis annis inter dictos Rectores, seu Vicarios auctoritate Nostra partiri valeant, opportunam tribuimus facultatem. Ac denium præter dictas Novem Missas in Ecclesia Monasterii primodicti per Nos, ut præfertur, suppressi, et extincti celebrandas, aliam ibidem Missam de Requie cum Cantu die non impedita infra septem dies post Commemorationem Omnium Fidelium Defunctorum cum illius applicatione pro Animabus Monialium illic sepultarum celebrari mandamus, et pro illius celebratione eleemosyna juliorum quindecim inter Sacerdotem celebrantem, et Ministros per Capitulum, et Canonicos præfatos, seu illorum Deputatos distribui debeat.

Collabentis Monasterii demolitio permittitur, et erogatio cæmentorum, servata tantum, et reparata ea ædificii parte, quæ Ecclesiæ proxime adjacet.

§. 9. Quoad vero ædificium Monasterii primodicti per Nos, ut præfertur, suppressi, et extincti, cum illud ruinam minetur, et inutile evaserit, per easdem præsentes, infrascriptis, Cardinali Archipresbytero, et Canonicis injungimus, et respective committimus, et mandamus, ut ipsi postquam suppressio, et extinctio Monasterii primodicti suum integrum sortita fuerit effectum, ædificium præfatum, illæsa remanente illius parte, quæ proxime Ecclesiam tangit, eaque ad usum, et habitationem dicti Custodis reparata, quoad reliquas illius partes extractis, et amotis omnibus sacris imaginibus, et Oratorii suppellectilibus solo æquari faciant, ac ipsis opportunam tribuimus licentiam, et facultatem ut ligna, lapides, aliaque rudera, et cæmenta inde provenientia in novas ædificationes, et præcipue dictæ domus pro Magistris præfatis, nec non solum ejusdem primodicti Monasterii in quemlibet usum convertere possint, et valeant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Decernentes has Nostras litteras etiam ex eo quod quicumque in præmissis, vel eorum aliquo quomodolibet interesse habentes, vel habere prætendentes, ad hoc vocati, et auditi non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, suspendi, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam posse, ac semper et perpetuo validas, firmas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, et inviolabiliter observari. Sicque in præmissis ab omnibus censeri, ac ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate, vel potestate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice Legatos, dictæque Sedis Nuncios sublata eis, vel eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et ina-

Digitized by Google

ne si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Peculiares præsentium Literarum Executores deputantur

§. 11. Quocirca Dilectis Filiis Nostro, dictæque Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranen Archipresbytero, ac Antiquiori ejusdem Ecclesiæ Canonico, pro dictæ spiritualis jurisdictionis exercitio Deputato, eorumque in muneribus hujusmodi successoribus pro tempore futuris, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, ipsas præsentes Litteras, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando opus fuerit solemniter publicantes faciant auctoritate Nostra easdem præsentes, et in eis contenta quæcumque ab omnibus ad quos spectat, et pro tempore spectabit ininviolabiliter observari. Contradictores quoslibet, et rebelles per Censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostræ, et Cancellariæ Regula de jure quæsito non tollendo, ac quibusvis Apostolicis quorumcumque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum specialibus vel generalibus Constitutionibus, ac Ordinationibus, nec non dicti Monasterii erectione, et institutione; privilegiis quoque, indultis, et litteris Apostolicis eidem Monasterio, ejusque Monialibus, ac personis per quoslibet Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, vel alios quoscumque sub quibuscumque tenoribus, et formis, etiam motu proprio, certa scientia, et potestatis plenitudine concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad effectum validitatis, et perpetuæ firmitatis præmissorum omnium, et singulorum, harum serie specialiter et expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede Indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam et expressam ad de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Sanctio pœnalis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ suppressionis, extinctionis, concessionis, assignationis, voluntatis, mandati, reservationis, præcepti, translationis, commissionis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo nono Pridie Kalendas Decembris Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CIII.

Dat. die 30. Nov. 1759. Ann. II.

Jacobo III. Magnæ Brittanniæ Regi, jura nominationis ad Episcopales Sedes Catholicas præservat.

Carissimo in Christo Filio Nostro
Jacobo Magnæ Brittaniæ
Regi Illustri.

Clemens PP. XIII.
Carissime in Christo Fili
Salutem, et Apostolicam
Benedictionem.

Cum Nos hodie per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas literas, quarum tenorem pro plene, et sufficienter expresso, ac presentibus inserto habere volumus, Ecclesiæ Limericen: in Regno tuo Hiberniæ vacanti, Dilectum Filium Danielem Kerney, cui apud Nos de iis, quæ ad tantum onus substinendum necessaria sunt qualitatibus, fide digna Testimonia perhibita fuerunt, quemque Nobis Majestas Tua per suas literas ad id nominavit, in Episcopum præfecerimus et Pastorem, curam, regimen, et administrationem ipsius Ecclesiæ Limericen ei in Spiritualibus, et temporalibus committendo; Verum in literis hujusmodi nullam nominationis a Te factæ, et ad Te pertinentis mentionem fieri censuerimus, iis ita suadentibus rationibus, quas pro spectata prudentia Tua Te facile assecuturam esse non ambigimus, idque Tibi nullo modo officere summopere cupiamus. Idcirco per præsentes expresse declaramus, mentem Nostram fuis-

se, et esse, ut ex tali omissione, quam præsentis temporis conditio postulabat, nullam Tibi, Tuisque juribus nominandi detrimentum illatum fuerit, vel sit, sed ea omnia ita salva, illæsa, ac præservata intelligantur, proinde ac si in ejusdem literis expressa Tuæ Nominationis hujusmodi mentio facta fuisset. Quod dum eo animo Tibi significamus, ut novum in hoc accipias argumentum illius intimæ, ac prorsus Paternæ qua Te in Domino complectimur, et semper amplexi fuimus Charitatis, Apostolicam Benedictionem Majestati Tuæ amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxx Novembris MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno secundo.

CIV.

Dat. die 20 Dec. 1759. Ann. II.

Litera Enciclyca quoad præstantiam, et utilitatem spiritualem Christifidelibus ex jejunio derivantem, nec non quoad necessitatem illius observantiæ.

Quoad abusus in jejunii Quadragesimalis observantia invectos, habetur Benedicti XIV. Enciclyca Anni 1741 Maii 30. Suam mentem super jejunii observantiam, explicat Pontifex idem Epistola ad Valentiæ Antistitem missa Anno 1742 Maii 12. Itemque quæstiones circa jejunii observantiam prælaudato Pontifici expositas per Archiepiscopum Compostellæ, explicat Epistola Anni 1744 Julii 8. De jejunii disciplina, Enciclycam alteram Universæ Catholicæ Ecclesiæ Antistitibus direxit Anno 1745 Jun. 24, quæ omnes reperiuntur in ipsius Benedicti XIV. Bullario.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis.

Clemens Papa XIII.

Venerabiles Fratres Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Quantum intersit fideles ad jejunii observantiam revocare, properante Quadragesimali tempore.

§. 1. Appetente Sacro quadragesimali tempore, quod plenum Mysteriis non sine Mysterio, magnam illam Paschæ celebritatem præcedit, qua una omnium solamnitatum dignitas est consecrata, providendum, Venerabiles Fratres, ut sacratissimum jejunium sancte religioseque a Fidelibus observetur, quod legis, et Prophetarum testimonio commendatum, a Christo Domino consecratum, ab Apostolis traditum, Ecclesia Catholica perpetuo retinuit, ut per macerationem Carnis, et Animæ humiliationem, ad Dominicæ Passionis Paschaliumque Sacramentorum Mysteria paratiores accedamus, et in ejus Resurrectione resurgamus in cujus Passione, deposito veteri homine, simus commortui. Cujus tam sanctæ, tamque salubris institutionis retinendæ studio fel: rec: Prædecessor Noster Benedictus XIV. etsi binis ad Vos litteris in forma Brevis, eximium Fraternitatum Vestrarum zelum excitavit, quo pluribus labefactata corruptelis, quadragesimalis Jejunij disciplina ad pristinam observantiam Vestra opera et studio revocaretur; ob eamque rem nonnullas cavillationes quibus omnis Sacrorum vis Jejuniorum infringebatur, de medio sustulit; tamen cum ab infensissimo teterrimoque humani generis hoste, tam multæ et assiduæ sint Gregi Dominico insidiæ; verendumque propterea sit, ne subinde infirmiorum animis, novas veterator ille rationes, pravasque suggerat consuetudines, quibus enervata Jejunii severitas, unde revocata dudum fuerat, illuc iterum relabatur; necessarium existimavimus Vobis has litteras dare, quantoque in timore simus, ne qua vetus remanserit corruptela, vel nova labes cum Fidelium Animarum pernicie, Ecclesiasticæ in hac re disciplinæ inferatur, Fraternitatibus Vestris significare.

Episcopi curare debent ut veterem de jejunio corruptelam, et adversantes consuetudines radicitus evellant.

§. 2. De quo quidem timore Nostro, tantum intelligimus minui oportere, quantum ex eo sollicitudinis ad Pastoralem Vestram vigilantiam accesserit: qua sive quidpiam de veteri corruptela, post memoratas supradicti Prædecessoris Nostri litteras fortasse reliquum fuerit, sive nova infringendis Jejunii legibus, vel opinionum commenta, vel a vera Jejunii vi, et natura abhorrentes, consuetudines, humani pravitate ingenii novissimæ sint invecta, ea omnia, quantum juvante Domino fieri potest, radicitus convellenda curetis. In quibus profacto abusum illum censemus omnino numerandum, quem rumor quidam ad Nos pertulit; cum nonnulli, quibus ob justas et legitimas causas ab abstinantia carnium dispensatum fuerit, licere sibi putant potiones lacte permixtas sumere, contra

quam prædicto Prædecessori Nostro visum fuerit, qui censuit, tam dispensatos a carnium abstinentia, quam quovis modo jejunantes, unica excepta comaxtione, in omnibus, æquiparandos iis esse, quibus cum nulla est dispensatio, ac propterea tantummodo ad unicam comextionem posse carnem, vel quæ ex carne trahunt originem, adhibere.

Ad peccatorum remissionem obtinendam, præter Sacramentalem confessionem, plurimum conferunt jejunia, Orationes, et eleemosynæ.

§. 3. Verum neque commodius, hec majori proficiendi spe revocare homines aggrediemini ad Sacrosanctam Jejunii legem observandam, quam si illud Populos doceatis; Christiani hominis pœnitentiam præter cessationem a peccatis et male anteactæ vitæ detestationem, eorumdemque peccatorum Sacramentalem Confessionem, illud etiam postulare, ut per Jejunia, Eleemosynas, Orationes, et alia spiritualis vitæ opera, divinæ Justitiæ satisfaciamus; omnem enim iniquitatem, parva, magnave sit, aut ab ipso pœnitente, aut a Deo vindicante puniri oportere: nisi igitur a Deo puniri velimus, id non aliter vitare nos posse, quam si ipsi nos puniamus. Quæ quidem Doctrina si constanter populorum animis inculcetur, et a Fidelibus denique alte imbibatur, minus profecto verendum erit, ne qui profligatos mores abjecerint, ac per Sacramentalem Confessionem peccata sua eluerint, non eadem peccata velint, atterenda carnis concupiscentia, per Jejunium expiare. Præterea, quibus persuasum fuerit se peccatorum minus dubie pænitere, cum se impunitos esse non sinant, ii profecto pœnitentiæ amore capti, lætabuntur, quadragesimali tempore cæterisque certis diebus, cum S. Mater Ecclesia edicit Fidelibus jejunandum, oblatam sibi esse occasionem, qua dignos pœnitentiæ fructus faciant: cumque nullo non tempore oporteat domitas habere concupiscentias; scriptum est enim, *post concupiscentias non eas, et a voluntate tua avertere*; facile animum inducant, sacratissimo totius anni potissimum tempore, corporis intemperantiam mitigare Jejunio; ut anima, cognitione sui recepta, intelligat, qua compunctione parare se debeat ad Sanctissima, Passionis, Mortis, et Resurrectionis Jesu Christi recolenda Mysteria. Itaque pænitentiæ stimulis tacti, minus suavitates exquirant in dapibus, minus sectentur mensarum delicias, quæ quamvis cum abstinentia, a vetitis cibis non discrepare videantur, tamen eas qui mensæ apponat suæ, illum non immerito dixeris, non tam usitatas abjecisse delicias, quam cupiditatem suam ad inusitatas illecebras traduxisse: minus denique, aut, quibus se subducant a Jejunio, quærant effugia, aut argutiis studeant Ecclesiasticam legem infringere.

Episcoporum exempla, et verba plurimum conferunt, ut Fideles ad jejunii observantiam revocentur.

§. 4. Vestrum igitur est VV. FF., exemplo æque ac verbo, populis pœnitentiæ studium, et amorem injicere, ut alacriter Jejunium aggressi, et illud ad præscriptas a Catholica Ecclesia leges observent, et eleemosynis etiam atque oratione sanctificent, et id, quo maxime spectat Ecclesia, denique consequantur, ut corpore mortificati et Christo consepulti, ad novam in Paschali solemnitate, novi hominis vitam revocati, magna cum fiducia reviviscenti Christo Domino possint occurrere. Gratia Domini Nostri Jesu Christi cum Vobis omnibus, quibus Apostolicam Benedictionem benevolentiæ in Vos, et Charitatis Nostræ pignus, amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem die 20 Decembris Anno 1759 Pontificatus Nostri Anno secundo.

CV.

Ad dirimendas controversias exortas inter Episcopalem Curiam, Clerumque Comensem, atque nonullos Rhetiæ Magistratus, temporis aliquas inducias Pontifex requirit, ut maturo consilio, quærelas radicitus removere queat.

Dat. die 21. Dec. 1759. Ann. II

Honorabilibus Viris Supremis Præsidibus Fedæratæ Rhetiæ.

Clemens PP. XIII.

Honorabiles Viri salutem. Postulationes Vestras de certa quadam stabilienda methodo ad eas avertendas, dirimendasque contentiones, quæ inter Episcopalem Curiam, Clerumque Comensem, ac nonnullos Ditionis Vestræ Magistratus frequenter oriri solent, non tam oblatis literis, verum etiam oretenus, adjunctoque supplici libello, nuperrime renovavit Dilectus Filius Calixtus de Gentilibus, qui apud Apostolicam Sedem triplicis antiquæ Rhetiæ negociorum, procurationi diligenter incumbit: quoniam autem res de qua agitur, cum per se ipsa gravis, atque

difficilis, cum vero etiam ob pacta conventa cum Modiolanensi Ducatu, quæ ipsi quoque sarta ac tecta servare cupitis, maturam diligentemque ut bene nostris requirat indaginem, a Nobis potissimum multo impensius adhibendam, postquam non tam S. M. Benedictus XIV. Decessor Noster qui de illa plenissime doctus fuerat, verum etiam tres ii S. R. E. Cardinales, a quibus antea pertractabatur, e vivis omnes decesserunt: quamobrem molestum Vobis accidere neutiquam debet, si calamitosissimis hisce temporibus, gravissimis Negociis undique circumsepti, aliquod poscimus temporis spatium, ut de universa totius rei discussione, sedulo, accurateque instructi ea possimus inire consilia, quibus deinde quærelarum Vestrarum adversus Comensem Clerum tollatur occasio: interea vero cum de observantia Vestra erga Nos, et Apostolicam Sedem, quemadmodum etiam de sincera voluntate in publicum Dei cultum, ejusque Ministros, in pristina dignitate tuendos neutiquam dubitemus, illud pro certo habeatis volumus, nihil Nos velle magis, quam ut Clerici in debito Ecclesiasticæ Disciplinæ officio contineantur, ut reliquis morum pietate, vitæque exemplo præluceant, nihilque propterea ab animo Nostro magis alienum, quam si quæ irrepserint morum licentiæ, connivere, illudque permittere, ut Ecclesiasticæ Immunitatis præsidio, delictorum impunitatem aucupentur: contra vero ab æquitate Vestra speramus, ac poscimus, ne, si qui ab Ecclesiasticæ Disciplinæ regulis aberraverint, sæcularis potentiæ, vel publicæ, vel privatæ præsidio innixi, ab Episcoporum, Prælatorumque suorum correctione immunes evadant. Quæ cum ingenuis charitatis Nostræ sensibus significanda habuerimus, salutem, cælestiumque omnium bonorum copiam Vobis, Honorabiles Viri, peramanter impertimur. Datum Romæ die 21 Decembris 1759 Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CVI.

Comendatur vetus Conciliorum disciplina de tempore intermittendo ad ascensum ex uno ad alterum Sacrum Ordinem, quæ sane observantia optimum præbet exemplum iis, qui in minoribus ordinibus sunt constituti. Datum die 8. Jan 1760. Ann. II.

Dilecto Filio Nostro Joachimo S. R. E. Diacono Cardinali de Bernis

Clemens Papa XIII.
Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Posteriores literæ Tuæ renunciarunt Nobis, Te secundum Canonicas regulas, post Diaconii Ordinem iam susceptum, interstitia ita servare jam statuisse, antequam ad Sacerdotium promovearis: qua de re iterum commendamus captum a Te consilium, nihil enim præstantius, quam tam sublimi ac prope Divino Ministerio, diuturna sacrarum rerum contemplatione, multisque ascentionibus cordis in Deum sese comparare, nihil Clero minori utilius, quam Ecclesiasticos Viros aspicere, primis in Dignitatibus constitutos, sacrorum Conciliorum sanctionibus sese lubenter submittere. Cæterum, quod recurrente Natalitio D. N. Jesu Christi Festo, fervidas pro Nobis preces Deo O. M. fuderis, plurimas habemus grates, Tibique prosperitatem omnem toto corde apprecamur: cui utinam conferendi quidquam Nobis daretur occasio. Hanc enim, benevolentiæ erga Te Nostra, nentiquam prætermitteret, in cujus pignus, Apostolicam Benedictionem in osculo charitatis impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die VIII. Jan. MDCCLX. Pontificatus nostri Anno secundo

CVII.

Dat. die 15. Jan. 1760. Ann. II.

Prohibitio sub pæna excomunicationis ne Urna, in qua asservari pie creditur Corpus S. Romualdi, amoveatur, recludatur, vel asportetur e loco in quo situm reperitur in Ecclesia S. Blasii Civitatis Fabrianen. Ordinis Congregationis Camandulensis.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Preces porrectæ ad hoc ut Urna in qua asservatur Corpus S. Romualdi minime removeatur e loco in quo sita reperitur.

§. 1. Exponi Nobis nuper, fecerunt Dilecti Filii Moderni Abbas et Monachi Congregationis Camaldulensis Monasterii S. Blasii Civitatis Fabrianen, quod in medio Confessionis, seu Oratorii, quoad sub Choro seu Presbyterio Ecclesiæ dicti Monasterii remanet; sacrum Corpus Sancti Romualdi intra urnam marmoream, æneis inanratis prominentibusque operibus argenteis, vulgo *Bassi rilievi di argento*, et lapide Lazulo ornatam, ut pie creditur, asservatur, et supra dictam Urnam Altare constructum reperitur, cui ad perpendiculum Altare majus ejusdem Eccelsiæ imminet et ad commodum Presbyterorum inibi devotionis causa celebrantium Sacrarium reseratum existit, ac propterea dicti Exponentes, qui persuasum habent, quod ejusdem Sancti monumenta, alio in loco magis dicti Sancti cultui apto et opportuno, et spiritus, animique applicationi, ac Sacrosanctarum Basilicarum consuetudini, Ecclesiæque disciplinæ uniformi non locatum sit, opportune in præmissis a Nobis provideri, ac ut infra indulgeri plurimum desidcrant.

Ne Urna in qua asservatur Corpus S. Romualdi amoveatur e loco in quo reperitur prohibet sub excomunicationis pœna.

§. 2. Nos ipsos Exponentes, singularibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ne de cætero quisquam quavis auctoritate, vel superioritate, aut officio fungens, ac cujusvis status, gradus, conditionis, præminentiæ, et dignitatis existens, ullo unquam tempore, sub quovis prætextu, quæsito colore, causa vel ingenio, Urnam hujusmodi a dicto loco, in quo de præsenti existit, amovere, ac recludere, ac alium in locum asportare audeat, seu præsumat, sub poena excommunicationis latæ sententiæ ipso facto, absque ulla declaratione per contrafacientes incurrenda, a qua nemo per alium, quam per Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi possit, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Monasterii, et Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere et in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis illarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Præsentium publica affixio demandatur.

§. 4. Volumus autem, quod in valvis dictæ Ecclesiæ, seu Oratorii, aut in aliquo alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit, exemplum præsentium Litterarum continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Januarii Anni MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno secundo.

CVIII.

Dat. die 24. Jan. 1760. Ann. II.

Confirmat indulgentias alias concessas Confraternitati Regiæ Societatis Alborum de Spiritu Sancto, sub invocatione S. Mariæ Sanctorum omnium in Civitate Neapolitana, propriumque nomen, in Fratrum Albo describi permittit.

Hujus Pontificis adscriptionem Confratenitati nuncupotæ De Bianchi sub invocatione S. Mariæ succurre miseris, habetur in Literis supra relatis sub Num. XXI.

Dilectis Filiis, ac Dilectis in Christo Filiabus Confratribus, et Consororibus Regiæ Societatis Alborum de Spiritu Sancto nuncupatorum sub invocatione Sanctæ Mariæ Reginæ Sanctorum omnium Civitatis Neapolitanæ.

Clemens PP. XIII.
Dilecti Filii et Dilectæ in Christo Filiæ Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Romani Pontifices promovere, et augere sodalitiorum institutiones consuevere, Apostolica liberalitatis beneficiis indultis

§. 1. Quantum utilitatis in Catholicæ disciplinæ Cultum ex saluberrima sodalitiorum institutione promanet, probe conscii Romani Pontifices Decessores Nostri, earum fundationes, atque frequentiam collatis Apostolicæ liberalitatis beneficiis promovere atque augere in dies studuerunt, ac proinde Nos quoque ejusmodi Christianæ Pietatis exercitationes fovere, Nostræque Pontificiæ auctoritatis partes in id ipsum conferre parati sumus.

Utilitatem instituti hujus Alborum Confraternitatis comendat, piasque illius exercitationes recenset.

§. 2. Quoniam autem novimus Confraternitatem Vestram inter utiliores merito numerari, siquidem præter alia quamplurima pietatis opera, quibus sedulo incumbitis, illud Tobiæ ex proprio Instituto profitemini, ut egenis, aliisque pauperibus mortuis sepulturam exhibeatis, et quos in familia derelinquunt esurientes alatis, nudisque vestimenta præbeatis, dubitandum Vobis non est Dilecti Filii, ac Dilectæ in Christo Filiæ, quin postulationes vestras gratas habuerimus.

Ut suum nomen in Fratrum albo adscribatur, Apostolica benignitate permittit.

§. 3. Cum igitur communi omnium nomine Dilectus Filius Nobilis Vir Dominicus de Sangro, et dilecti filii Raymundus Costa, et Andreas Sabatinius de Anfora, Rectores in præsens, Gubernatores, seu Consultores enixis præcibus Nos exoraverint, ut Nostrum quoque Nomen Sodalitati vestræ adscriberemus, atque una simul indulgentias, ac peccatorum remissiones eidem a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris antea concessas confirmaremus; permittimus primo, laetamur, atque concedimus, ut in Albo Fratrum, Nomen quoque Nostrum describatis.

Indulgentias Confraternitati a pluribus Romanis Pontificibus concessas, confirmat, et approbat.

§. 4. Præterea vero omnia, et singula indulgentiarum munera, et peccatorum remissiones, quæ Vobis a Romanis Pontificibus antea concessæ fuerunt, potissimum vero a Gregorio XIII. Clemente VIII. Benedicto XIV., tam pro Fratribus, quam pro Sororibus, iisdem, tamen servatis legibus, ac conditionibus, sub quibus tributæ fuerunt, approbamus, et confirmamus, et quatenus opus sit de novo concedimus. Futurum in Domino confidimus ut infirmitas Nostra sub immenso Apostolicæ servitutis onere laborans, vestrarum apud Omnipotentem Deum obsecrationum, fructusque bonorum operum particeps effecta, fervidis quoque præcibus vestris sustentetur, ne tanti ponderis gravitati succumbat. Neque interea ad Nos, quod attinet, Omnipotentem Deum appræcari cessabimus, ut quotiescumque, quemadmodum in libro Tobiæ scriptum est orabitis cum lacrymis et sepelietis mortuos, Raphael Angelus, unus ex septem, qui adstant ante Dominum, Orationes vestras afferat coram Domino: in cujus Paternæ charitatis Nostræ pignus, Apostolicam Benedictionem vobis dilecti filii, et dilectæ in Christo filiæ peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxiv. Januarii MDCCLX. Pontificatus Nostri anno secundo.

CIX.

Dat. die 28 Jan. 1760. Ann. II.

Alloquutio habita in Consistorio diei xxviii. Januarii MDCCLX. occasione investituræ concedendæ Regni utriusque Siciliæ Ferdinando IV. Caroli III. Hispaniarum Regis Filio.

De sequuta morte Ferdinandi Hispaniarum Regis, deque successione in Catholicis illis Regnis Caroli IV. utriusque Siciliæ Regnum ex S. Sedis investitura præcedenter tenentis, habetur alloquutio altera in Consistoro diei 3 Septembris 1759 relata sub Num. LXXXIII.

Venerabiles Fratres

Narrat Caroli voluntatem Pontifici nunciatam cedendi utriusque Siciliæ Regno, quod sibi neutiquam licebat cum Hispaniarum Regni possessione conjungere.

§. 1. Etsi plures ab intimis Animi Nostri præcordiis elicuit gemitus, atque suspiria, turbata jampridem Christianæ Reipublicæ facies, teterrimumque bellum, quo non tam universa ferme Europa concutitur, verum etiam remotissimæ terrarum orbis plagæ, illud tamen unum in tanta rerum ac temporum acerbitate solatio fuit, Italiam nostram tranquillam pacatamque intueri. In hoc rerum statu cum Siciliæ Regno hujus quoque Apostolicæ Sedis beneficio pacifice potiretur, Carissimus in Christo filius Noster Carolus Borbonius, vita functo, sub initium præteriti Mensis Augusti, Ferdinando Rege Catholico germano ejus Fratre, eodem ipso Augusti Mense literas Nobis dedit humanitatis, ac observantiæ plenas, quibus, et hunc luctuosum eventum, et animo jam deliberavisse nunciavit, Utriusque Siciliæ Regno cedere, quod sibi neutiquam licebat, cum Hispaniarum Regni possessione conjungere, atque illud etiam addidit, se quamprimum Nobis significaturum, quem ex Regiis Natis designavisset, qui in Utriusque Siciliæ Regni possessionem sibi succederet.

Refert caussas cur Catholicus Rex ad utriusque Siciliæ Regnum natu Minorem pro Primogenitum designare prætulit.

§. 2. Neque vero destitit piissimus Rex subsequenti Mense Septembris per alias literas diei xxix. diserte Nos edocere, quod cogitanti sibi de Regni successione, id præstituere, quod naturæ leges, fædera, ipsiusque Regni, atque Italiæ tranquillitas postulabant; obsistebat (proh dolor amantissimi Parentis) Promogeniti Filii comperta jamdiu mentis imbecillitas; hanc autem ob caussam, ut Religioni suæ, atque adeo paternæ dilectioni accuratissime satisfaceret peritissimis Medicis, aliisque Sapientibus Viris in mandatis dederat, ut Regii adolescentis ingenium, ac indolem pro lubitu seorsim, ac insimul, iterum, ac sæpius pertentarent, ac scrutarentur. His vero experimentis quorum documenta Nobis quoque communicavit, magis adhuc exploratum, certumque fuit, illud regnandi prorsus incapacem, nullamque in humana medicina spem esse, qua tam gravis infirmitas sanari, ac dolentissimi Genitoris mæror leniri posset. Quamobrem iisdem in literis præconceptum animo consilium transferendi duo illa Italiça Regna in tertio natum Infantem, pro sua in Nos et Apostolicam Sedem insigni, ac vere Filio digna pietate aperuit, eumdemque luculentissime commendavit.

Catholici Regis pietatem Religionemque comendat, erga Sanctam Sedem in novi successoris designatione.

§. 3. Videtis igitur Venerabiles Fratres quam religiose sapienterque Carissimus in Chrirto Filius Noster Carolus utriusque Siciliæ Regni securitati, atque ipsius Italiæ tranquillitati prospiciendum sibi fore censuerit, quam pie, reverenterque se gesserit erga Nos, et hanc Apostolicam Sedem, dum in successore deligendo naturæ ordinem aliquantisper invertere necessarium duxit. Siquidem Primogenitum Infantem, quem natura, atque adeo Pontificium Diploma ad sceptrum primo vocabat, non quidem amantissimus Genitor, sed eadem ipsa natura, mentis imbecillitate indubie patefacta, constantissime repulit. Excipiebat hunc, Regius infans secundo loco natus; verum qui ad Hispaniarum reservatur imperium in easdem difficultates incidit, ob quas prudentissimus Pater ad Italiæ pacem firmius constabiliendam, Utriusque Siciliæ Regno justis de causis se abdicare censuit. Tertius igitur erat dilectissimus in Christo Filius Noster Ferdinandus, non tam naturæ ordine, subsequentibus aliis præcellens, verum etiam præstantissimæ indolis, summæque expectationis laude ornatus, quem æquissimus Parens, ut sibi succederet adlegit, eumdemque ex Italia in Hispaniam mox trajecturus, in plena, ac pacifica utriusqne Siciliæ Regni possessione reliquit.

Nova investitura postulata pro Regno Siciliæ citra Pharum cum tota terra usque ad confinia terrarum Ecclesiæ, directo dominio, ac proprietati Apostolicæ Sedis subjecto.

§. 4. Cum autem Siciliæ Regnum, quod intra Pharum est, cum tota terra usque ad confinia terrarum Ecclesiæ directo dominio, ac proprietati Apostolicæ Sedis subjectum sit, non tam Carissimus in Christo Filius Noster Carolus Hispaniarum Rex Catholicus, antequam Neapoli discederet, verum ipse quoque Dilectissimus in Christo Filius Noster Ferdinandus novam illius inve-

stituram petiit atque idcirco Dilectum Filium Nostrum Dominicum S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconum Cardinalem Ursinum nuncupatum, Procuratorem suum ad debitam obedientiam, et fidelitatis juramentum præstandum, speciali Mandato constituit quod quidem, ut omnia rite peragantur, decet ut in primis legatur (hic legitur Mandatum a Secretario Sacri Collegii).

Pontificium animum ad novam investituram concedendam pronum significat, præviis tamen maturis deliberationibus in quibus S. R. E. Cardinales priores in Ordine adjutores assumit.

§. 5. Qui vero SS. PP. Decessorum Nostrorum exemplis sedulo inhærere debemus atque una simul Apostolicæ Sedis rationibus, Populisque, ac Terris ad proprietatem, ac directum dominium Romanæ Ecclesiæ pertinentibus diligenter consulere, a nova dicti Regni infæudatione concedenda, neutiquam abstinendum putamus, quin potius Carissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, et Dilectissimi in Christo Filii Ferdinandi Borbonii precibus annuendum: ita enim fore confidimus, ut Apostolicæ Sedis jura, sarta, et tecta serventur. Ne antem quam tanti negocii gravitas maturitatem, atque solertiam postulat prætermittatur, opus erit in primis Procurationis Mandatum attente, ac sedulo expendere, quem in finem Dil. FF. N. N. vestri Collegii priores in Ordine, una cum Dil. Fil. Nostro Hieronymo SS. Cosmæ, et Damiani Diacono Cardinali Columna S. R. E. Camerario nominamus, ut hæc omnia diligenter inspiciant, atque scrutentur, Nobisque postmodum referant, atque id ipsum Cameralibus Administris præcipiemus. Denique VV. FF. pro eximiis vestris in Sedem Apostolicam obsequentissimis studiis rogamus Vos, atque hortamur, ut qua excellitis consiliorum prudentia, quanti momenti sit negocium quod agitur perpendatis, dignasque propterea gravitate vestra sententias in proxima Generali Congregatione singuli Nobis explicetis. Ita enim fiet, ut Antecessorum nostrorum Julii Secundi ac Leonis Decimi, aliorumque Summorum Pontificium vestigia sequuti, quæ ad majorem Dei Omnipotentis gloriam, et hujus S. Sedis ornamentum cessura sint, tutius decernamus.

CX.

Poloniæ Regem certiorem reddit de confirmata Antistitibus in illius Regno existentibus alternativa collatione Beneficiorum in Mensibus S. Sedi non reservatis, et simul jus eligendi ad quinque Cathedralium Ecclesiarum Archidiaconatus.

Dat. die 31. Jan. 1760 Ann. II.

Carissimo in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ Regi Illustri

Clemens PP. XIII.
Carissime in Christo Fili Noster salutem

Poloniæ Regem certiorem reddit de confirmata Antistitibus in illius Regno existentibus alternativa collatione Beneficiorum in Mensibus S. Sedi non reservatis, et simul jus eligendi ad quinque Cathedralium Ecclesiarum Archidiaconatus.

§. 1. Etsi ex multis cognovimus quale sit Majestatis Tuæ studium et amor, ad inclitæ Poloniæ Nationis tranquillitatem servandam, eamdemque simul in veteri erga Apostolicam Sedem obsequio continendam, hoc ipsum tamen animadvertero iterum Nobis placuit iis in litteris, quas dedisti, ut petitiones Ven. Fr. Uladislai Gnesnensis Archiepiscopi, aliorum quoque Poloniæ Antistitum nomine ad nos delatas, Regiæ commendationis Tuæ præsidio fulcires. Ut autem in posterum quæcumque tollatur sive controversiarum, sive perturbationis occasio, tum eorum supplicationibus, tum vero maxime Regalibus tuis Votis permoti induximus animum ad eam beneficia conferendi alternis mensibus facultatem Episcopis de novo elargiendam, ea lege, ac norma quibus perpetuo firmiter, inviolabiliterque consistat, stabiliaturque simul jus eligendi ad quinque Cathedralium Ecclesiarum Arcidiaconatus, quemadmodum per Procuratores Vestros isthuc renunciatum fuisse minime dubitamus. Ex hac porro Apostolicæ Sedis facilitate intelligent Episcopi, et omnis Clerus, intercessioni Majestatis Tuæ quantum debeant, in cujus gratiam eorum desideriis lubentius adhæsimus:

Peculiari Litera, Archiepiscopum Gnesnensem certiorem fore nisse de singulis in Epistola Pontifici ab eo perscripta, significat.

§. 2. Demum quod spectat ad alia capita, quæ continentur in eadem Epistola dicti Ven. Fr. singula in nostro ad eum responso, distincte attingimus et remedia proponimus, quibus opportuna Ecclesiasticam disciplinam sarcire, discordiarumque semina eradicare quammaxime cupimus, ut divinus ubique floreat cultus, debita Episcopis reverentia vigeat, neque pax amplissimi istius Regni novis dissidiis interturbetur, cujus paternæ voluntatis, dum Omnipotentem Deum, ut fautor, adjutorque velit adesse, ea-

dem constituimus, Apostolicam Benedictionem, Tibi carissime in Christo Fili Noster amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xxxi. Januarii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXI.

Dat. die 1. Febr. 1760 Ann. II.

Alloquutio habita in Consistorio diei 1. Februari 1760 qua Pontifex exquisitis Cardinalium Votis, et illis pro affirmativa habitis, quoad investituram Regni Siciliæ faciendam favore Ferdinandi Borbonii, futurum indicendum Consistorium significat pro hoc negocio absolvendo.

Prior Pontificis Alloquutio quoad præsentem investituram, habetur superius sub Num. CIX.

Venerabiles Fratres

Refert ad desiderata Regis Ferdinandi datis mandatis pro consequenda Siciliæ Regni investitura, qua de re Cardinalium requirit suffragia.

§. 1. Quos in superiori Consistorio designavimus Dil. nempe Fil. Nostri, Collegii vestri Priores in Ordine una cum Dil. Fil. Nostro Hieronymo Diacono Card. Columna S. R. E. Camerario, ut Procurationis mandatum, junctasque preces dilectissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi Borbonii pro Regni Siciliæ investitura obtinenda, diligenter inspicerent, quemadmodum etiam Cameræ Prælatos, quibus insimul congregatis, eamdem operam dedimus, collatis consiliis, interprete Secretario Collegii vestri, retulerunt Nobis, nihil se animadvertisse in eo Procurationis Mandato, quod consuetis solemnitatibus, debitisque erga Nos, et Apostolicam Sedem Filialis observantiæ significationibus consentaneum non foret, nihilque propterea impedimento esse quominus votis, ac petitionibus Dilectissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi Nostræque erga illum voluntati obsecundare liceat. Reliquum est igitur VV. FF. ut suffragia vestra singuli proferatis, quibus auditis id statuere possimus, quod Divinæ gloriæ, et hujus Apostolicæ Sedis ornamento magis expedire censebimus.

Quid Vobis videtur?

(auditis suffragiis prosequitur)

Favorabiliter pro requisita investitura Cardinalibus suffragantibus, eis proximum indicturum Consistorium, significat pro omnimode absolvendo negocio.

§. 2. Quoniam VV. FF. ea omnium sententia fuit, investituram nempe Siciliæ Regni, cum tota terra citra Pharum usque ad confinia terrarum Romanæ Ecclesiæ non esse amplius differendam, quin imo dilectissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi Borbonii precibus morem esse gerendum, in proxima Congregatione Generali, Vobis quamprimum indicenda, ultimam huic operi manum imponere, quæque more majorum perficenda sunt, Deo adjuvante exequutioni mandare statuimus.

CXII.

Dat. die 4. Febr. 1760 Ann. II.

Alloquutio habita in Consistorio diei 4 Februarii 1760, qua cunctis enarratis, quæ investituram Regni Siciliæ pertingunt, ad illam concedendam favore Ferdinandi Borbonii animum suum pronum esse Cardinalibus significat, quorum jam affirmativa suffragia obtinuerat.

Alloquutiones aliæ, quæ ad hanc investituram se referunt, habentur superius relatæ sub Num. CIX. et CXI.

Quæ præcessere quoad præsentem investituram resumit, et narrat.

§. 1. Ubi primum dilectissimus in Christo Filius Noster Ferdinandus Borbonius, in pacifica utriusque Siciliæ Regni possessione a Patre relictus, investituram sibi a Nobis concedi, enixis precibus postulavit, non tam petitionem hujusmodi Vobis ex hoc loco significavimus, verum etiam quidquid rei gravitas, temporum ratio, et Apostolicæ Sedis dignitas requirebat, adamussim impleri curavimus ne operi huic absolvendo deesse quidpiam videretur, quod vel prudentia suaderet, vel majorum exempla subjicerent, vel imposita infirmitati Nostræ Apostolici Ministerii sollicitudo efficere posset.

Preces ad Deum porrectas, pro felici directione negocii commemorat.

§. 2. Interim vero manus Nostras levantes in Cœlum ad Regem Regum et Dominum Dominantium per quem Reges regnant et legum conditores justa decernunt, eumdem suppliciter exoravimus, ut respiceret in hæreditatem Sanctuario Suo dicatam, gressusque Nostros in illuminatione vultus sui dirigeret, ut fideles, prudentesque patrimonii Sui Dispensatores inveniremur.

Præsentem diem pro solemni concessione postulatæ investituræ ex Majorum more a se designatam esse declarat.

§. 3. Postquam autem juribus Apostolicæ Sedis sedulo perpensis, Procurationis mandato diligenter inspecto, exquisitisque suffragiis vestris, novam hanc infeudationem omnium sententiis laudari perspeximus, incredibilem animo voluptatem cœpimus, atque hanc præ-

Digitized by Google

stituimus diem, qua solemni ritu, institutoque Majorum, Siciliæ Regni cum tota terra citra Pharum usque ad confinia terrarum Ecclesiæ, novam infeudationem impertiremur.

Pontificis animum ad investituram concedendam tum Catholici Regis monita, et religio, tum Ferdinandi illius Filii virtutes inclinarunt.

§. 4. Siquidem movebant Nos plurimum non tam Carissimo in Christo Filii Nostri Hispaniarum Regis Catholici eximius Orthodoxæ Religionis Cultus, singularis pietas in Apostolicam Sedem, cujus, dum Neapoli regnaret, prudentiam, moderationem, animi magnitudinem nemo non audivit, Nos vero in tanta locorum propinquitate oculis propeNostris aspeximus, verum etiam præstantissima Indoles Regii adolescentuli, et primi quidam, quasi impetus ad aequitatis, et justitiæ laudem; magna enim ab illius egregia institutione Christiana Respublica expectat, et ornamenta dignitatis et præsidia stabilitatis suæ.

Quantum Regnis bona profectura sint ex pietate, et Religione Principum exprimit.

§. 5. Quamobrem illud, Divinæ miserationis præsidio inixi fore confidimus, et Apostolicæ benevolentiæ, amantissimæque voluntatis Nostræ insigne hoc argumentum, ad Catholicæ Religionis incrementum, S. R. E. decus, Borbonii nominis gloriam, populorumque suorum felicitatem vergat: etenim ut verbis Deuteronomii 17 Vers. 18. 19. 20. utamur, *si postequam sederit in Solio Regni sui. . . discat timere Dominum Deum suum, et custodire verba, et cæremonias ejus. . . . nec elevetur Cor ejus. . . neque declinet in partem dexteram, vel sinistram, longo tempore regnabit ipse*, et *Filii ejus.* Hanc autem fervidissimam obsecrationemNostram, ex intimis Apostolicæ charitatis præcordiis depromptam, Omnipotens bonorum omnium largitor Deus ac Pater hominum, in bona voluntate sua exaudiat, atque confirmet.

CXIII.

Ferdinando Utriusque Siciliæ, et Hierusalem Regi, concessam illi investituram significat, et salutaria monita, Pontificia charitate dirigit.

Dat. die 4. Febr. 1760. Ann. II.

Carissimo in Christo Filio Nostro Ferdinando utriusque Siciliæ, et Hierusalem Regi Illustri.

Clemens Papa XIII.
Carissime in Christo Fili
Salutem, et Apostolicam Benedictionem

De elargita illi Siciliæ Regni investitura certiorem reddit, et ejus generisque sui laudes expremit.

§. 1. Ubi primum accepimus a Carissimo in Christo Filio Nostro Carolo Hispaniarum Rege Catholico inclyto Genitore Tuo, fuisse Te in istius florentissimi Regni, quo se abdicavit, possessione collocatum, atque id ipsum literæ Majestatis Tuæ die XVIII. præteriti Mensis Octobris datæ confirmaverunt exarsit, illico Pontificia charitas, Deumque Opt. Max. a quo omnis potestas ordinatur, majorem in modum precati sumus, ut omnibus rite constitutis, quemadmodum jam evenit, ea res bene faciliterque contingat ad ipsius Dei gloriam, et Christianæ Reipublicæ felicitatem. Neque vero aliter, ac volumus sperare, sinunt præclara indoles Majestatis Tuæ, egregia institutio, suavissimi mores, et jam erumpentia quodamodo e cordeTuo virtutum semina, ex quibus facile conjicimus, quem tempore suo, datura sint fructum, præsertim cum tam proximum habeas piissimi parentis exemplum, cujus in regnando prudentia, moderatio, magnitudo animi, aliæque virtutes erunt Tibi semper ad imitandum propositæ.

Salutaria Religionis monita Pontificia charitate præbet.

§. 2. Dabis tamen, carissime in Christo Fili Noster, singulari erga Majestatem Tuam charitati, summæque benevolentiæ Nostræ, ut ex hoc communis omnium Parentis, ac Pastoris loco, in quo plane immerentes, Divina sumus Misericordia constituti, Te etiam atque etiam moneamus, ut pietatem in Daum in primis colas, quæ cum ad omnia utilis est (quod ait Apostolus) tum maxime ad bene, beateque Regnandum, cujus quidem pietatis insigne documentum est, perpetua, sibique constans in Sedem Apostolicam observantia, quæ propria semper fuit vestri generis, ac Nominis, neque vero ab Apostolica ipsa Sede non rependitur mutuis officiis, quæ Nos quidem, ubi res

ferat, augere nunquam intermittemus. Nihil enim jucundius ac suavius Paternæ dilectioni Nostræ accidere unquam poterit, quam de Majestate tua benemereri, in cujus certissimum pignus Tibi, carissime in Christo Fili Noster, depromtam ex intimis Pontificiæ charitatis visceribus, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Februarii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXIV.

Dat. die 4. Febr. 1760. Ann. II.

Investitura Regni utriusque Siciliæ, et Hierusalem pro Ferdinando Borbonio Caroli III. Hispaniarum Regis Catholici Filio.

Literæ concessionis investituræ Regni utriusque Siciliæ Julii II. Leonis X, et Julii III. non reperiuntur impressæ in Bullario Mainardi; cæteras vero, quæ in præsentibus, Successorum Pontificum enumerantur, habes in præfato Bullario, ubi poterunt ad opportunitatem examinari.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

Romanum Pontificem, cui nihil esse debet antiquius, quam Sacrosanctam Jesu Christi fidem tueri, et conservare, eamque in dies magis semper augendo longe, lateque diffundere, decet quanta maxima potest munificentia, Magnos Principes, qui firmamento sunt Christianæ Reipublicæ, eos potissimum, qui Religionis zelo, præclaraque tuendæ fidei Orthodoxæ laude floruerunt, maximis honoribus, et beneficiis amplificare, eorumque sobolem, domesticis incitatam exemplis, pari beneficentia complecti, et ad eamdem sibi parandam, quam Progenitores consequuti sunt gloriam, Apostolica liberalitate provocare. Ejus igitur beneficentiæ, cujus Romani Pontifices Prædecessores Nostri quamplurima ediderunt exempla cum Nos etiam animo statuerimus illustre specimen dare, nova Nobis, et huic Sanctæ Sedi extitura hinc præsidia confidimus et adjumenta.

Similis investitura a Julio II. data Ferdinando Regi Aragoniæ.

§. 1 Dudum siquidem fel. record. Julius Papa II. Prædecessor Noster Regnum Siciliæ et Hierusalem cum tota terra, quæ est citra Pharum usque ad confinia terrarum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Civitate Nostra, tunc sua, Beneventana cum ejus territorio, et pertinentiis dumtaxat exceptis ad jus, et proprietatem ejusdem pertinentibus, et tunc ad ipsum Prædecessorem, et dictam Ecclesiam devolutum, aut alias ejus dispositio ad prædictum Prædecessorem pertineret cum omnibus juribus, et pertinentiis suis, cl: mem: Ferdinando Aragoniæ, et utriusque Siciliæ, ac Hierusalem Regi, suisque in dicto Regno Aragoniæ successoribus, et hæredibus tam masculis, quam fœminis ex eo, recta linea descendentibus certo tunc modo expresso natis, et nasciturís in feudum perpetuum pro annuo censu, et sub diversis conditionibus, modis, et formis, adjectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, et ordinationibus etiam tunc expressis, sine tamen præjudicio juris ipsi Ferdinando Regi alias in eodem Regno forsan competentis, cui tunc noluit derogari, de Fratrum suorum consilio pariter, et assensu., et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concessit, et elargitus fuit dictam Civitatem Beneventanam cum ejus territorio, districtu, et pertinentiis per ipsum Prædecessorem, seu Romanum Pontificem distinctis, seu distingnendis cum eorum Incolis, prout illam sibi dudum antea prædicta Ecclesia retinuerat, et reservaverat, sibi, et Sedi Apostolicæ specialiter reservando, prout in ipsius Prædecessoris desuper confectis literis, in quibus idem Prædecessor inter alia voluit, quod dictus Ferdinandus Rex, et sui in dicto Regno Siciliæ cum terra citra Pharum hæredes, et Successores darent Prædecessori, et Ecclesiæ prædictis, eorum Privilegium aurea Bulla bullatum, in quo proprio juramento faterentur se recognoscere expresse Regnum Siciliæ, et Hjerusalem, et totam eorum terram, quæ est citra Pharum, usque ad confinia ejusdem Ecclesiæ, excepta Civitate Beneventana prædicta cum territorio, districtu, et pertinentiis suis ex sola gratia, et mera liberalitate Sedis, et Prædecessoris præfatorum sibi, suisque hæredibus, et successoribus fuisse concessum, ac eos recepisse, et tenere Regnum Siciliæ, et terram hujusmodi a Prædecessore, et Ecclesia præfatis sub pactis, modis, et conditionibus tunc, ut præfertur, expressis plenius continetur.

§. 2. Et deinde piæ memoriæ Leo Papa X. etiam Prædecessor Noster, Regnum Siciliæ cum terra citra Pharum

Sub iisdem conditionibus a Leone X concessa Carulo V.

cl. mem. Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto, tunc Romanorum, et Hispaniarum Regi Catholico, in Imperatorem electo, inFeudum,eisdem modo, et forma, quibus per prædictum Julium Prædecessorem, præfato Ferdinando concessum fuerat, et sub prædictis, quæ tunc per eamdem Sedem remissa non apparerent, et certis aliis tunc expressis conditionibus de novo concessit, et de eo etiam ipsum Carolum Imperatorem investivit, et dictus Carolus Imperator per quondam Joannem Emanuelem aurei velleris equitem, tunc in humanis agentem, et ipsius Caroli Imperatoris apud Leonem, et Sedem prædictam Oratorem, et Procuratorem specialem promisit, et se, et omnes, Regnum ipsum Siciliæ vigore illius concessionum tam per Julium, quam per Leonem Prædecessores hujusmodi factarum, pro tempore obtinentes obligavit ad inviolabiliter observandum, et adimplendum omnia in Literis Julii Prædecessoris contenta, super quibus de dispensatione, aut illorum remissione per eamdem Sedem non constaret, seu appareret, et solvendum singulis annis in perpetuum Reverendæ Cameræ Apostolicæ septem mille Ducatos auri de Camera in festo Beati Petri ultra solitum censum Parafræni albi pro recognitione veri, et directi Dominii ipsius Regni Siciliæ, et ad Leonis Prædecessoris, et Cameræ prædictorum requisitionem delinquentes in terris eidem Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis ad dictum Regnum, et illius Civitates, Terras, et loca confugientes capi, et ad Urbem, vel alium locum remitti faciendum sub pœnis in literis Julii Prædecessoris hujusmodi contentis, dummodo idem Leo Prædecessor, et Successores sui Romani Pontifices, et prædicta Camera ad ipsius Caroli Imperatoris, et Officialium suorum requisitionem delinquentes in terris, et locis dicti Regni ad terras, et loca Ecclesiæ confugientes pariter ad eos remitterent, prout in instrumento publico desuper confecto, et in certis ipsius Leonis Prædecessoris literis de verbo ad verbum inserto plenius continetur.

A Julio III. data Philippo II. Regi.

§. 3. Et successive recolendæ memoriæ Julius Papa Tertius Prædecessor etiam Noster, prævia renunciatione dicti Caroli Romanorum Imperatoris semper Augusti, dictum Regnum Siciliæ, et Hierusalem cum tota terra citra Pharum usque ad confinia Romanæ Ecclesiæ, excepta Civitate Beneventana cum ejus territorio, et districtu ut supra, inclitæ memoriæ Philippo II. tunc Angliæ Regi, et Hispaniarum Principi pro se, suisque hæredibus, et successoribus Aragoniæ Regibus tam Masculis, quam fœminis ex eo recta linea descendentibus natis, et nascituris, et aliis Personis in concessionibus Julii, et Leonis compræhensis, et per eos vocatis, in feudum perpetuum pro solito annuo Censu septem mille Ducatorum auri de Camera, et unius Parafræni albi solvendo, et sub conditionibus, modis, formis, adjectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, et ordinationibus in Literis Julii; et concessione Leonis Prædecessorum hujusmodi contentis, quæ per eamdem Sedem remissæ non apparerent, similiter concessit, et de eo ipsum Philippum Regem investivit, et dictus Philippus Rex per quondam Ferdinandum Franciscum Avolos de Aquino Marchionem Piscariæ tunc in humanis agentem, et ipsius Philippi Regis apud Julium Prædecessorem, et Sedem prædictos Procuratorem, specialem obedientiam, homagium, et juramentum fidelitatis consuetum præstitit, prout in ipsius Julii Prædecessoris literis plenius continetur; Quæ omnia idem Philippus Rex successive per Bullam suam auream sub Datum Bruxellis Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto die prima Octobris manu sua subscriptam approbando, et acceptando confessus fuit, et recognovit.

A Clemente VIII. data Philippo III.

§. 4. Postea vero fel. record. Clemens Papa VIII. Prædecessor Noster eodem Philippo II. viam universæ carnis ingresso, Regnum ipsum Siciliæ et Hierusalem cum tota terra prædicta citra Pharum usque ad confinia terrarum ejusdem Romanæ Ecclesiæ, excepta Civitate Beneventana cum ejus territorio, districtu, et pertinentiis per se, seu ejus, et Nostros Prædecessores Romanos Pontifices distinctis, ac eorum incolis, quam sibi, et eidem Ecclesiæ specialiter retinuit claræ memoriæ Philippo III. etiam Hispaniarum Regi Catholico pro se, suisque hæredibus, et successoribus Aragoniæ Regibus tam masculis, quam fœminis ex eo recta linea descendentibus natis, et nascituris, et aliis personis in concessionibus utriusque Julii, et Leonis Prædecessorum hujusmodi compræhensis, et per eos vocatis, in feudum perpetuum, pro solito annuo censu septem mille Ducatorum similium, et unius Parafræni albi, ut præfertur, solvendo, et sub conditionibus, modis, formis, adjectionibus,

promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, et Ordinationibus in utriusque Julii literis, et concessione Leonis Prædecessorum hujusmodi contentis, quarum remissionem per Sedem prædictam factam fuisse non appareret, præstitis tamen prius eidem Clementi Prædecessori, et Sedi, et Ecclesiæ prædictis, nomine ipsius Philippi III. Regis per bo. mem. Antonium de Cardona, et Cordubæ Ducem, Suessæ, Sornæ, et Vacnæ Comitem, Cabræ et Palamos Vicecomitem de Ybregar, et ipsius Philippi III. Regis consanguineum, et Consiliarium apud eumdem Clementem Prædecessorem, et Sedem prædictam Oratorem, et Procuratorem, ac Mandatarium suum specialem, et per eumdem Clementem admissis, obedientia, atque homagio, ac juramento fidelitatis sub certa tunc expressa forma pariter concessit, et elargitus fuit, et Regnum ipsum Philippo III. Regi, modo, ac forma præmissis infeudavit, prout in dicti Clementis Prædecessoris sub Plumbo, sub datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ MDXCIX. Quinto Idus Septembris, Pontificatus sui Anno VIII. expeditis literis plenius continetur.

A Gregorio XV. concessa Philippo IV.

§. 5. Subinde autem defuncto Philippo III. Gregorius XV. Prædecessor etiam Noster idem Regnum Siciliæ, et Hierusalem cum tota terra prædicta citra Pharum usque ad confinia Terrarum Ecclesiæ Romanæ, excepta Civitate Beneventana cum ejus territorio, et districtu, et pertinentiis per se, seu ejus, et Nostros Prædecessores Romanos Pontifices distinctis, ac loco Pontis Curvi, ejusque territorio, quæ sibi, et eidem Ecclesiæ specialiter retinuit, cl: mem: Philippo IV. etiam Hispaniarum Regi Catholico pro se, suisque successoribus Aragoniæ Regibus tam Masculis, quam fœminis ex eo recta linea descendentibus natis, et nascituris, ac aliis personis in concessione utriusque Julii, et Leonis, ac Clementis Prædecessorum hujusmodi comprehensis, et per eos vocatis in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille Ducatorum similium, et unius Parafreni albi solvendo, ut supra, et sub conditionibus, modis, formis, adjectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, et ordinationibus in literis dictorum Julii II. et III. ac Clementis, quarum remissionem per Sedem Apostolicam factam fuisse non appareret, præstititis tamen prius eidem Gregorio Prædecessori, et Sedi, et Ecclesiæ præfatis nomine ipsius Philippi IV. Regis per quondam Franciscum de la Cueva Ducem de Alburquerque apud eum, et Sedem præfatam Oratorem, et Procuratorem, ac Mandatarium suum specialem, et per eumdem Gregorium Prædecessorem admissa obedientia, atque homagio, et juramento fidelitatis, sub certa tunc expressa forma concessit, et elargitus fuit, ac Regnum hujusmodi, præfato Philippo IV. Regi, modo et forma præmissis infeudavit, prout in prædicti Gregorii XV. Prædecessoris sub Plumbo, sub datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Kalendas Decem. MDCXXI. sui Pontificatus Anno primo, expeditis literis plenius continetur. Quæ omnia idem Philippus IV. Rex successive per Bullam suam auream sub datum Matriti v. Novembris MDCXXII. manu sua subscriptam approbando, et ampliando confessus fuit, et recognovit.

Ab Alexandro VII. data Carolo II. Regi

§. 6. Postremo vero dicto Philippo IV. Rege ab humanis exempto, piæ memoriæ Alexander VII. Prædecessor itidem Noster, prædictum Regnum Siciliæ, et Hierusalem cum tota terra citra Pharum usque ad confinia Terrarum ejusdem Ecclesiæ Romanæ excepta prædicta Civitate Beneventana cum ejus territorio, et districtu, et pertinentiis per se, seu Romanos Pontifices distinctis, una cum terra Pontis Curvi, ejusque territorio, quæ sibi, et eidem Ecclesiæ specialiter reservavit cl. mem. Carolo II. Hispaniarum Regi Catholico, tunc in minori ætate constituto, pro se, suisque hæredibus, ac Successoribus Aragoniæ Regibus tam masculis, quam fœminis ex eo recta linea descendentibus natis, et nascituris, ac aliis personis in concessionibus utriusque Julii, Leonis, Clementis, ac Gregorii Prædecessorum hujusmodi comprehensis, et per eos vocatis, in Feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille Ducatorum similium, et unius Parafreni albi, ut præfertur, solvendo, ac sub conditionibus, modis, et formis, adjectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, et Ordinationibus in literis utriusque Julii, Clementis, ac Gregorii, et concessione Leonis Prædecessorum hujusmodi contentis, quarum remissionem per Sedem prædictam factam fuisse non appareret concessit, et elargitus fuit, ac Regnum ipsum eidem Carolo Regi infeudavit, eumque de illo investivit, et dictus Carolus Rex mediante cl: mem: Marianna ab Austria Regina Hispaniarum ejus Matre, Tutri-

Digitized by Google

ce, atque Gubernatrice per bo: mem: Fridericum dum viveret Tituli Sancti Petri ad Vincula Cardinalem Sfortiam Procuratorem, et Mandatarium suum specialem eidem Alexandro Prædecessori, et Sedi, et Ecclesiæ præfatis obedientiam, homagium, et juramentum fidelitatis præstitit, prout in ipsius Alexandri Prædecessoris Nostri literis pariter sub Plumbo apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCLXVI. xiii. Kalendas Junii Pontificatus sui Anno XII. emanatis, uberius continetur. Quæ omnia idem Carolus II. Rex postmodum tam per suam Bullam auream sub datum Matriti xxix. Martii MDCLXVII. a memorata Marianna Regina ejus Matre Tutrice, et Gubernatrice subscriptam, quam per aliam similem Bullam sub datum pariter Matriti vii. Aprilis MDCLXXVI. propria ipsius Caroli Regis interim majoris, ac sui juris effecti manu signatam approbando, et ampliando, confessus fuit, et recognovit.

Defuncto Carolo II. justis de causis Clemens XI. abstinuit a concedenda investitura.

§. 7. Anno autem MDCC. dicto Carolo II. Rege sine liberis e vivis erepto, Europa ferme tota inde in partes divisa, diuturno bello conflagravit, ac fel; record: Clemens Papa XI. Prædecessor etiam Noster justis, et gravissimis causis adductus, ab Infeudatione, atque Investitura dicti Regni Siciliæ, et Hierusalem cum tota terra citra Pharum concedenda, tametsi, pluries oblato etiam censu prædicto, ad id requisitus fuisset, inter sevientis belli hujusmodi motus supersedendum esse duxit, salvis tamen, et illæsis remanentibus juribus sibi, et dictæ Sedi super eodem Regno competentibus, quæ per plura chirographa propria ejus manu signata, in quibus cautum fuit tempus, et tempora non currere, luculenter præservavit.

Innocentius vero XIII eam dedit Carolo VI Romano Imperatori

§. 8. Postmodum vero piæ memoriæ Innocentius XIII. pariter Prædecessor Noster, prædictum Regnum Siciliæ, et Hierusalem cum tota terra citra Pharum usque ad confinia Terrarum ejusdem Ecclesiæ Romanæ, excepta Civitate Beneventana cum ejus territorio, et districtu, et pertinentiis per se, seu Romanos Pontifices distinctis, una cum terra Pontis Curvi ejusque territorio, quæ sibi, et eidem Ecclesiæ specialiter reservavit, Charissimo in Christo Filio Carolo VI. Hispaniarum Catholico, et Romanorum Regi in Imperatorem electo, qui in eodem Regno Siciliæ, et Hierusalem ac tota terra citra Pharum successerat, et pacifice possidebat pro se, suisque hæredibus, et successoribus tam masculis, quam fœminis ex eo recta linea descendentibus natis, et nascituris, servata inter ipsos descendentes prærogativa sexus ita quod masculi ex masculis, omnibus fœminis earumque descendentibus maribus, et fœminis cujuscumque lineæ essent, aut gradus semper præferrentur in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille Ducatorum similium, et unius Parafræni albi, ut præfertur, solvendo, et ceteroquin in omnibus, et per omnia sub conditionibus, modis, et formis, adjectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, et ordinationibus in literis utriusque Julii, Clementis, Gregorii, ac Alexandri, et concessione Leonis Prædecessorum hujusmodi contentis, quarum remissionem per Sedem prædictam factam fuisse non appareret, concessit, et elargitus fuit, ac Regnum ipsum eidem Carolo Regi infeudavit, ipsumque de illo investivit, præstitis tamen prius eidem Innocentio Prædecessori, et Sedi, et Ecclesiæ prædictis nomine ipsius Caroli per bo: mem: Michaelem Fridericum dum viveret Tituli Sanctæ Sabinæ Cardinalem de Althaan Procuratorem, et Mandatarium suum specialem, et per eumdem Innocentium admissa obedientia, atque homagio, ac juramento fidelitatis, prout in ipsis Innocentii literis sub Plumbo apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1722. 5. Idus Junii Pontificatus sui Anno II. expreditis plenius continetur. Quæ omnia idem Carolus Rex deinceps per Bullam suam auream sub datum Luxemburgii die xxvi. Mensis Maji anno a Nativitate Domini MDCCXXVII. manu sua subscriptam approbando, et ampliando confessus fuit, et recognovit.

Tandem Clemens XII eamdem investituram concessit Carolo Hispaniarum Infanti Philippi Catholici Regis Filio.

§. 9. Ac tandem nonnullis inde elapsis annis, cum grave, et luctuosum in tota ferme Italia, aliisque Europæ partibus exarserit bellum, et Carissimus in Christo Filius Noster Carolus Borbonius Hispaniarum Infans armis a fel: rec: Philippo patre, Hispaniarum Rege Catholico sibi traditis, et donatis ejusdem Regni Nostri Siciliæ cum tota terra citra Pharum, integram acceperit possessionem, eamque pacifice detinuerit, non destitit a piæ recordationis Clemente XII. Prædecessore Nostro per bo: mem: Trojanum Cardinalem de Aquaviva Procuratorem specialiter constitutum Regni Hierusalem, et Siciliæ cum tota terra citra Pharum Investituram pe-

Digitized by Google

tere ,] quam inde præstito homagio, obedientia, et fidelitatis juramento, ac persoluto consueto censu solemni ritu habuit, et recepit pro se, suisque hæredibus, et successoribus masculis per masculinam lineam in perpetuum descendentibus, spectata semper inter eos primogenituræ ratione, ac lineæ prærogativa, iisque deficientibus pro ceteris ejusdem Caroli germanis fratribus a charissimis in Christo filiis Philippo, et Elisabeth Hispaniarum Rege, et Regina procreatis, servata itidem inter ipsos fratres, eorumque descendentes masculos perpetua lege primogenituræ, ac lineæ prærogativa. Et hisce demum quandocumque deficientibus lineis masculinis ejusdem Caroli, aliorumque suorum fratrum utrimque conjunctorum, pro ceteris, qui secundum juris Ordinem, ac dispositionem succedere possent, tum superstites fæminæ, tum ipsarum descendentes sub eadem prærogativa sexus, et lineæ, ac ordine primogenituræ, prout plenius deprehenditur ex ipsius Clementis XII. literis sub Plumbo apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXXVII. IV. Idus Maji Pontificatus sui Anno VIII. Quæ omnia idem Carolus Borbonius Rex deinde per Bullam suam auream sub datum Neapoli die Nona Aprilis Anno a Nativitate Domini MDCCXXXIX. manu sua subscriptam approbando, et ampliando confessus fuit, et recognovit.

Preces porrectæ a Carolo III. pro investitura favore Ferdinandi ipsius Tertiogeniti, et hujus postulationis causa.

§. 10. Quoniam autem laudatus charissimus in Christo filius Noster Carolus Borbonius Neapoli discessurus ad Hispaniarum adipiscenda, moderandaque Regna, sibi ex hæreditario sanguinis jure delata, et statim pacifice possessa, ex obitu sine liberis nuper sequuto cl: mem: Ferdinandi Sexti Regis Catholici sui fratris, probe censuit, post multa in re gravissima explorata consilia, justisque præterea rationibus, et perurgentibus causis, conducibile fore pro ejusdem Nostri Regni Siciliæ securitate, et totius Europæ tranquillitate servanda, si secundum præsentem rerum statum, inverso parumper ordine ultimæ Investituræ, posthabitis tum dilecto primogenito suo filio Philippo ob plene compertam ejus mentis imbecillitatem, tum dilecto altero secundogenito filio Carolo Infanti, in Hispaniarum Regnis designato Successore, prælegisset tertiogenitum itidem filium Ferdinandum, dilectissimum, eique Regnum Siciliæ citra Pharum, ac Hierusalem cum omnibus juribus, indultis, ac privilegiis, uti ipse possidebat, cederet, donaret, pleneque transferret nullo sibi prorsus reservato jure. Cumque ex omnium ordinum ejusdem Nostri Regni Siciliæ summa consensione cessionem hanc pergerit, et obsignaverit. Hinc ut dilectissimus filius suus Ferdinandus in ejusdem cessi Regni possessione quiete, et pacifice permaneret, ac regnaret, nulla interjecta mora, ante suum ab Urbe Neapolitana discessum, Nobis humiliter supplicari fecit, ut eumdem charissimum in Christo filium Ferdinandum, ejusque adnascituros filios, et descendentes, cæterosque de universa sua cognatione, sub certo præfinito ordine, de sæpedicto Siciliæ Regno cum tota terra citra Pharum, usque ad confinia Terrarum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, excepta Civitate Beneventana, et loco Pontis Curvi cum utriusque territorio, et districtu investire, protueri, et conservare de Apostolicæ Sedis auctoritate dignaremur; sub eadem tamen in reliquis, quæ his non adversaretur servata lege præcedentis Investituræ, pro modo, forma, conditionibus, ac substitutionibus, quibus fel: rec: Clemens XII. Prædecessor Noster eumdem Carolum Borbonium, nunc Hispaniarum Regem Catholicum, cum tota ipsius posteritate, et cognatione investivit.

Cardinalis Ursinus nomine Ferdinandi Borbonii, Regnum Neapolitanum in investituram petit, ac juramentum fidelitatis S. Sedi præstat.

§. 11. Nos itaque benigne annuentes piis primum tanti Regis Catholici explicatis votis, inde aliis a Charissimo in Christo filio Ferdinando delatis supplicationibus de obedientia Nobis, et Sedi Apostolicæ, ac Romanæ Ecclesiæ præstanda cum homagio, et fidelitatis juramento per dilectum filium Nostrum Dominicum Sancti Nicolai in Carcere Tulliano nuncupati, prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconum Cardinalem Ursinum nuncupatum, speciali mandato constitutum Procuratorem, et ejusdem quoque Regni Siciliæ quieti, ac securitati providere volentes, ac demum inhærentes Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum vestigiis secundum formulas, modos, adjectiones, promissiones, clausulas, et ordinationes contentas in literis utriusque Julii II. et III. Leonis, Clementis VIII., et XII. Gregorii, Alexandri, et Innocentii, habita super his omnibus cum venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, tum in Consistorio Nostro secreto, in quo Mandatum ipsius Ferdinandi publice, et alta voce perlectum, et diligenter inspectum fuit,

tum in Congregatione generali in Palatio Nostro Apostolico Montis Quirinalis ad hoc coram Nobis convocata. Demum cum in alia simili Congregatione sub hac ipsa die dictus Dominicus Cardinalis, et Procurator, ut præfertur constitutus, assistentibus inibi pluribus Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis, aliisque Prælatis, nomine ipsius Ferdinandi, Nobis, et Sedi Apostolicæ, ac Romanæ Ecclesiæ præfatis, obedientiam, atque homagium, et juramentum fidelitatis sub forma inferius hisce literis inserta solemniter præstiterit.

Concedit Pontifex investiturum de consilio, et assensu Cardinalium.

§. 12. Nos de ipsorum fratrum consilio pariter, et assensu, et ex certa Nostra scientia, et de Apostolicæ potestatis plenitudine ad hanc devenientes Investituræ concessionem, In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, obedientiam ab eodem Dominico Cardinali Nobis, et Sedi, et Ecclesiæ prædictis, ut præfertur, præstitam, itemque homagium, et juramentum fidelitatis hujusmodi, læto, et hilari animo admittimus, ac Regnum ipsum Siciliæ, et Hierusalem cum tota terra prædicta citra Pharum usque ad confinia Terrarum ejusdem Romanæ Ecclesiæ, excepta CivitateBeneventana cum ejus territorio, et districtu, et pertinentiis per Nos, seu Romanos Pontifices distinctis, ac eorum incolis, quamNobis, prout illam sibi dudum prædicta Ecclesia specialiter retinuit, et reservavit, harum serie una cum Terra Pontis Curvi, ejusque territorio, Nobis, et eidem Ecclesiæ specialiter reservamus, eidemFerdinando Caroli Borbonii Regis Catholici tertiogenito filio pro se, suisque hæredibus, et successoribus masculis ex masculis, per rectam lineam masculinam descendentibus servata forma primogenituræ, ac jure repræhesentationis, et post defectam rectam lineam masculinam, succedat proximior defuncto Regi, sive patruus, sive frater, sive alius, qui in proximiori transversa linea masculina progenitus extiterit.

Servanda inter successores Primogenitura.

Deficiente masculina Ferdinandi investiti linea, ceteri Caroli III. filii succedent servato semper Primogeniture ordine.

§. 13. Iisque deficientibus de universa masculina linea Ferdinandi, succedat dilectus in Christo filius Gabriel ipsius frater sub eadem repetita lege primogenituræ, ac juris repræhesentationis. Et in istius quoque lineæ masculinæ extinctionem, et deficientiam decurrat successio ad reliquos in Christo dilectos filios Antonium prius, inde Xaverium, et ad alios denique, si qui deinceps suo ordine adnascerentur ex Catholico Rege Carolo Borbonio, integra tamen inter eosdem descendentes ex virili sexu servata lege successionis, ad formam primogenituræ, et secundum jus repræhesentationis.

Deficientibus vero supra vocatis succedant masculi superstites de linea Caroli III. exordio ducto a secundo genito ipsius Caroli, servata semper primogenitura.

§. 14. Quibus itidem deficientibus alii admittantur, qui superstites forent de masculina linea ejusdem charissimi in Christo filii Catholici Regis Caroli Borbonii, modo tamen in istis ille servetur primogenituræ ordo, qui exordiatur a secundogenito filio Regis pro tempore Regnantis, aut ab eo qui secundogeniti locum post Regem ipsum, et Asturiæ Principem in legitima successioue teneret, ut quantum fieri possit in hac Regni Siciliæ, et tota terra citra Pharum successione, non illud ab eodem Catholico Rege, et Asturiæ Principe detineatur, nisi cum necessitas postulet, et donec adnascatur alius filius, ac nepos, ad quem ex eadem lege sit deferenda successio. Et iis quoque deficientibus, penitusque extincta masculina progenie Caroli Catholici Regis, tunc de ipsius linea succedat fœmina agnata majornata, quæ superstes extiterit, atque proximior ultimo, sive Regi, sive prædefuncto agnato, et in ejus deinde descendentibus idem servetur succedendi ordo ex legibus, et formis paulo ante præscriptis.

Masculis supra vocatis deficientibus, succedat fœmina agnata maior nata, proximior ultimo Regi, et ejus descendentes.

Omni Caroli III. descendentia perempta, admittuntur Caroli ipsius fratres, illorumque linea prius masculina, feminina dein, servato semper Primogeniture ordine.

§. 15. Quibus tandem omnibus deficientibus masculis sive ex virili, sive ex fœmineo sexu descendentibus a laudato Carolo Catholico Rege, tunc succedat dilectissimus in Christo filius Philippus ejus frater, et post ipsum, ejusque masculinam lineam admittatur alter dilectissimus in Christo filius Aloysius itidem Catholici Regis frater, omnesque utriusque descendentes prius per virilem sexum, inde per fœminas, quæ superstites, ac proximiores invenirentur, servata semper inter omnes eadem succedendi lege secundum juris ordinem, et dispositionem primogenituræ consentaneam, in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille Ducatorum similium, et unius Parafræni albi, ut præfertur, solvendo, et cæteroquin in omnibus et per omnia sub conditionibus, modis, et formis adjectionibus, promissionibus, cautelis, clausulis, voluntatibus, et ordinationibus in Literis utriusque Julii, et Clementis, Gregorii, Alexandri, Innocentii, atque concessione Leonis Prædecessorum hujusmodi contentis, quarum remissionem perNos, etSedem præfatam factum fuisse non apparebit, omni meliori, quo possumus modo concedimus, et elargimur. Ac Regnum ipsum

dicto Ferdinando modo, e forma præmissis infeudamus, eumque de illo per ipsius Dominici Cardinalis, et procuratoris, ut præfertur, constituti, ad osculum Pedum Nostrorum admissionem, investimus.

Ferdinando Regi injuncta lex declarandi infra Annum, se regnum hujusmodi obtinere ex mera liberalitate Sedis Apostolicæ.

§. 16. Volentes, et intendentes, ut idem Ferdinandus intra annum, a data præsentium computandum, mediantibus Regentibus Consiliariis in tutores a Patre sibi constitutis, et cum eorum assistentia, privilegium suum Bulla aurea bullatum, et inde aliud simile, statim ac decimum sextum ætatis annum impleverit, in quibus proprio juramento fateantur, et recognoscat expresse, Regnum Siciliæ, et Hierusalem, ac totam terram eorum, quæ est citra Pharum usque ad confina Terrarum ipsius Ecclesiæ Romanæ, excepta Civitate Beneventana, et loco Pontis Curvi cum illius territoriis, districtibus, et pertinentiis, quæ eidem Ecclesiæ remaneant, præfato Ferdinando Regi, suisque hæredibus, et successoribus dicti Regni Siciliæ Regibus ex sola gratia, et mera liberalitate Sedis Apostolicæ, et Nostra fuisse concessa, eosque recepisse, et tenere Regnum Siciliæ, et terram hujusmodi a Nobis, et a dicta Romana Ecclesia, sub pactis, modis, et conditionibus supradictis Nobis, seu Romano Pontifici pro tempore existenti dare, et tradere teneatur. Per præmissa autem non intendimus juribus quibuscumque in aliquo præjudicare. Forma autem Juramenti per dictum Cardinalem præstiti talis est.


Formula juramenti præstiti a Cardinali Ursino.

§. 17. » Ego Dominicus Cardinalis » Ursinus Serenissimi Domini Ferdinandi di Hispaniarum Infantis, et Dei gratia Regis Siciliæ, et Hierusalem cum » tota terra citra Pharum procurator » ad hæc omnia specialiter constitutus, » speciali mandato per dictum Ferdinandum Regem sub die vigesima nona mensis Novembris nuper elapsi » anni subscripto, plenum homagium, » ligium, et vassallagium nomine dicti Ferdinandi Regis faciendum Vobis Sanctissimo Domino Nostro Domino Clementi Decimo tertio, et Ecclesiæ Romanæ pro Regno Siciliæ et » Hierusalem, ac tota terra, quæ est » citra Pharum usque ad confinia Terrarum ipsius Ecclesiæ, exceptis Civitate Beneventana, et loco Pontis Curvi et toto territorio, et omnibus districtibus, et pertinentiis secundum » antiquos fines territorii, et pertinentiarum, et districtus Civitatis, et loci prædictorum per Romanos Pontifices distinctos, et in posterum distinguendos, in animam dicti Serenissimi » Ferdinandi Regis principalis mei juro, » quod idem Serenissimus Dominus Ferdinandus ab hac hora in antea fidelis, et obediens erit Beato Petro, et » Vobis Domino Clementi Decimo tertio, Vestrisque Successoribus Romanis Pontificibus, canonice intrantibus, » Sanctæque Romanæ Ecclesiæ Apostolicæ, non erit in consilio, consensu, vel facto, ut vitam perdatis, seu » perdant, aut membrum, seu capiamini, vel capiantur mala captione. Consilium vero, quod sibi credituri estis » per Vos, aut Nuncios Vestros, vel » per literas ad Vestrum, vel eorum » damnum, scienter nemini pandet, et » si sciverit fieri, vel tractari, seu procurari aliquid quod in Vestrum, vel » eorum damnum cedet, illud pro posse » impediet, et si hoc impedire non » poterit, illud Vobis, vel eis significare curabit. Papatum Romanum et Regalia Sancti Petri, tam in Regno Siciliæ prædicto citra Pharum, quam » alibi consistentia adjutor Vobis, vel » eis erit ad defendendum, vel retinendum, ac recuperandum, et recuperata manutenendum contra omnem » hominem. Universas, et singulas conditiones supradictas, et quascumque » alias in literis fel. record. Julii Papæ II. Leonis X. et aliorum Romanorum Pontificum, et præcipue ejusdem recordationis Clementis XII. super ipsius Regni, et Terrarum Infeudatione, sive Investitura confectis contentas, ac omnia, et singula, quæ » in eis continentur plenarie adimplebit, et inviolabiliter observabit, et » nullo unquam tempore veniet contra » ea, nec procurabit per se, vel per » alium, seu alios quoquomodo ut eligatur, vel nominetur in Regem, vel » Imperatorem Romanorum, seu Regem Teutoniæ, aut Dominum Lombardiæ, seu Thusciæ, et si electionem, vel nominationem ad Imperium, vel Regnum Romanorum, seu » Regnum Theutoniæ, vel Dominium » Lombardiæ, et Thusciæ, aut majoris partis eorumdem de eo celebrari continget, nullum hujusmodi electioni, seu nominationi assensum præstabit, nec intromittet se modo aliquo de eorum vel alicujus eorum regimine, nec de Civitate Beneventana, et loco Pontis Curvi, ac suis » Territoriis, Districtibus, et pertinentiis, seu Campania, neque de Ma-

» ritima, Ducatu Spoletano, Ducatu
» Urbini, neque Marchia Anconitana,
» Patrimonio Beati Petri in Thuscia,
» Massa Trebaria, Romandiola, Alma
» Urbe, Civitatibus Perusina, Civitatis
» Castelli, Bononiensi, Ferrariensi, Ave-
» nionensi, et Comitatu Venaissino,
» sed aliis Terris quibuscumqueVestris,
» et Feudis ipsius Ecclesiæ cuilibet con-
» stitutis ex successione, vel legato,
» seu donatione, aut vindicatione, seu
» alio quovis titulo, vel contractu nihil
» unquam sibi acquiret, seu vindicabit,
» vel poterit acquirere, seu quomodo-
» libet vindicare, et nihil unquam re-
» cipiet, vel habebit, seu retinebit, vel
» poterit recipere, habere, vel etiam
» retinere in illis, neo ullam Potesta-
» riam, Capitaniam, vel Rectoriam,
» nullumque alind officium recipiet, seu
» recipere poterit in eisdem, seu ipsorum
» aliquo, nec etiam occupabit, vel oc-
» cupari permittet, seu faciet præmis-
» sa, seu partem aliquam eorumdem,
» neque illam offendet, aut molestabit,
» neque etiam Romanam Ecclesiam
» quoquomodo sub censuris, pænisque
» spiritualibus, et temporalibus in con-
» ditionibus, et Infeudatione prædictis
» contentis, quas hic haberi volo in
» singulis suis partibus, alias pro spe-
» cifice expressis, et repetitis; schis-
» matico, aut hæretico cuicumque,
» vel a fide devio ab ipsa Ecclesia præ-
» ciso, ejusque sequacibus, et danti-
» bus eis auxilium, consilium, vel
» favorem, non dabit quovis modo,
» per se, vel per alium, seu alios di-
» recte, vel indirecte, publice, vel oc-
» culte auxilium, consilium, vel favo-
» rem, nec ab aliis quantum in eo erit,
» si impedire poterit, dari permittet,
» sed eos juxta posse suum, donec con-
» vertantur, persequetur, et impugna-
» bit. Et ulterius promitto quod ipse
» Rex Ferdinandus intra annum, me-
» diantibus Regentibus Consiliariis in
» Tutores a Patre sibi constitutis, et
» cum eorum assistentia, privilegium
» suum Bulla aurea bullatum tradet,
» et statim ac decimum sextum ætatis
» annum impleverit prædicta omnia
» et singula, mediante alia aurea Bul-
» la ratificabit: Sic dictum Ferdinan-
» dum Regem Deus adjuvet, et hæc
» Sancta Dei Evangelia juravi ut su-
» pra « Ego Dominicus Cardinalis Ur-
» sinus «.

Clausulæ, et sanctiones pœnales. §. 18. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ reservationis, concessionis, elargitionis, Investituræ, voluntatis et intentionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Septingentesimo quinquagesimo nono. Pridie nonas Februarii Pontificatus Nostri Anno Secundo.

 Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.



✠ Ego Raynerius Episcopus Ostien. Cardinalis de Ilcio S. C. Decanus.
✠ Ego Joseph Episcopus Portuen. Cardinalis Spinellius.
✠ Ego Joachim Episcopus Sabinen. Cardinalis Portocarrero.
✠ Ego Camillus Episcopus Tusculan. Cardinalis Paulutius.
✠ Ego Carolus Albertus Episcopus Albanen. Cardinalis Cavalchinus.
✠ Ego Fridericus Marcellus Episcopus Prænestin. Cardinalis Lantes.
✠
✠ Ego Cardinalis Passioneus tit. S. Laurentii in Lucina Prior Presbyterorum S. R. E. Bibliothecarius.
✠
✠
✠
✠
✠ Ego D. F. Tit. S. Callisti Præsbyter Cardinalis Tamburinus.
✠ Ego Hieronymus Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis Bardi.
✠
✠
✠

✠ Ego Jo. Franciscus Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis Albanus.

✠

✠ Ego Henricus Tit. S. Mariæ Trans-tyberim Presbyter Cardinalis Dux Eboracensis.

✠ Ego Joseph Maria Tit. S. Pancratii Presbyter Cardinalis Feronus.

✠

✠

✠ Ego Lucas Melchior Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis Tempi.

✠

✠ Ego Cosmus Tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis Imperialis.

✠

✠ Ego D. Antonius Andreas Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis Galli Major Pœnitentiarius.

✠

✠

✠

✠

✠

✠

✠

✠ Ego Carolus Tit. S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis Rezzonicus S.R.E. Vice-Cancellarius.

✠

✠ Ego Ferdinandus Maria Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis de Rubeis.

✠

✠

✠

✠ Ego Ludovicus Gualterius S.R.E. Presbyter Cardinalis Gualterius.

✠

✠ Ego Antonius Maria Tit. S. Marcelli Presbyter Cardinalis Erba Odescalcus.

✠

✠ Ego Ludovicus Tit. S. Susannæ Presbyter Cardinalis de Valentibus.

✠ Ego Joseph Maria Tit. S. Alexii Presbyter Cardinalis Castellius.

✠ Ego Petrus Franciscus Tit. S. Mariæ in Via Presbyter Cardinalis Bussius.

✠ Ego Cajetanus Tit. S. Augustini Presbyter Cardinalis Elephantutius.

✠ Ego Fr. Joseph Augustinus Tit. S. Sixti Presbyter Cardinalis Orsi.

✠ Ego Petrus Hieronymus Tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis Guglielmi.

✠ Ego Joseph Alexander Tit. SS. Quirici, et Julittæ Presbyter Cardinalis Furiettus.

✠ Ego Petrus Paulus Tit. S. Hieronimi Illyricorum Presbyter Cardinalis de Comitibus.

✠ Ego Nicolaus Tit. SS. Nerei, et Achillei Presbyter Cardinalis Antonellus.

✠ Ego Fr. Nicolaus Tit. S. Laurentii, in Pane, et Perna Presbyter Cardinalis Ganganellus.

✠ Ego Alexander S. Mariæ in Vialata Prior Diaconorum Cardinalis Albanus.

✠ Ego Nereus S. Eustachi Diaconus Cardinalis Corsinus.

✠ Ego Agapitus S. Agathæ ad Suburram Diaconus Cardinalis Mosca.

✠ Ego Hieronymus SS. Cosmæ, et Damiani Diaconus Cardinalis Columna S. R. E. Camerarius.

✠ Ego Prosper S. M. ad Martyres Diaconus Cardinalis Columna de Sciarra.

✠ Ego Dominicus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis Ursinus.

✠ Ego Flavius S. Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis Chisius.

✠

✠ Ego Aloysius Maria SS. Viti, et Modesti Diaconus Cardinalis Torrigianus.

✠

✠ Ego Joannes Constantius S. Cæsarei Diaconus Cardinalis Caracciolus.

✠ Ego Nicolaus S. Georgi in Velabro Diaconus Cardinalis Perellius.

✠ Ego Marcus Antonius SS. Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis Columna.

✠ Ego Andreas S. Angeli in foro Piscium Diaconus Cardinalis Corsinus.

C. Card. Pro-Datarius - D. Cardinalis Passioneus - Visa de Curia J. Manasseus - L. Eugenius.

Digitized by Google

CXV.

Dat. die 5 Febr. 1760. Ann. II

Controversiæ exortæ inter Canonicos Basilicæ S. Joannis Lateranensis quoad Chorale servitium super interpretatione Art. XXVI et XXVII. Capitularium Constitutionum dirimuntur, et interpretatio illis data a Benedicto XIV. perpetuo servari mandatur.

Literæ in forma Brevis Benedicti XIV: diei 27. Maii 1751 quibus novæ approbantur Constitutiones Capituli, et Canonicorum Basilicæ S. Joannis Lateranensis, non reperiuntur impressæ in hujus Pontificis Bullario.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Status controversiæ refertur quoad interpretationem Capitularium Constitutionum relate ad Art. 25 et 26

§. 1. Exposuit Nobis dilectus filius Noster Nereus S.R.E. Diaconus Cardinalis Corsini nuncupatus, Basilicæ Sancti Joannis in Laterano de Urbe Archipresbyter, quod alias postquam fel. rec. Benedictus PP. XIV. Prædecessor Noster, Constitutiones dilectorum filiorum Capituli, et Canonicorum ejusdem Basilicæ reformatas atque correctas Anno MDCCXXVIII. typis impressas, et a rec. mem. Benedicto PP. XIII. Prædecessore itidem Nostro per suum vivæ vocis oraculum confirmatas, per quasdam suas in simili forma Brevis die XXVII. Maii MDCCXLI. Motu-proprio expeditas Litteras confirmaverat, et approbaverat, nonnullæ difficultates inter Canonicos præfatos prodierant circa interpretationem num. XXVII. tit. tertii de servitio Chori, in quo præscripta reperiuntur hæc verba, nempe = eadem facultate per quindecim dies gaudeant, et potiantur, si ad visitandam sacram Lauretanam ædem perrexerint, qua vero die semel quolibet Anno septem Urbis Ecclesias visitaverint, exemti sint a servitio = quippe qui aliqui ex Canonicis prædictis contendebant hujusmodi numerum XXVII. esse referendum præcedenti numero XXVI. quo statutum est = liceat cuilibet Canonico, cæterisque omnibus Ecclesiæ servitio mancipatis semel in anno per decem dies ita spiritualibus exercitiis vacare, ut tamquam præsentes reputentur, dummodo tamen exercitia peragantur, obtenta prius a Capitulo licentia, a quo solum denegari debeat tempore Adventus, Quadragesimæ, et in solemnioribus festivitatibus = ac propterea facultas præfata in ejusmodi numero XXVII. contenta subjecta existeret eisdem conditionibus præfato numero XXVI appositis, alii vero ex hujusmodi Canonicis existimabant, licentiam præfatam esse concedendam absque ulla limitatione, et in quocumque anni tempore ad arbitrium sive Canonici, sive alterius cujuscumque de Clero ejusdem Basilicæ.

Benedictus XIV. ab Cardinali Archipresbytero requisitus, quænam sit præfatorum Articulorum interpretatio habenda declaravit.

§. 2. Ad auferendam autem, et de medio tollendam quamcumque interpretandi ambiguitatem, tunc existentes Decanus, et duo memorati Capituli Canonici supplicem eidem Nereo Cardinali, et Archipresbytero libellum porrexerunt, quo supplicarunt, ut idem Nereus Cardinalis, et Archipresbyter suos in præmissis sensus aperiret; ipse vero Nereus Cardinalis, et Archipresbyter licet existimaret justum, æquumque esse efflagitatum, tamen super orto dubio interpretationem aliquam præbere omisit, supplicemque pro parte eorumdem Decani, et duorum Canonicorum sibi porrectum libellum ipsi Benedicto XIV. Prædecessori, de hujusmodi Constitutionibus plenissime edocto, exhiberi facere curavit, ut super orto dubio statueret, et decerneret, ipse Benedictus Prædecessor postquam dubium inter Canonicos ortum perpendorat, per epistolium a dilecto filio Magistro Joanne Carolo Boschi, tunc Secretario supplicum libellorum, nunc Cubiculi Nostri Præfecto, eidem Nereo Cardinali et Archipresbytero datum, declaravit, leges, et conditiones numero XXVI. ejusdem Cap. tertii de servitio Chori injunctas esse intelligendas, ac intelligi debere iteratas et repetitas etiam in sequenti numero XXVII, ita ut exemtione a servitio chori ratione accessus, et recessus visitationis Sacræ domus Lauretanæ nemo gaudere possit, nisi prius licentiam a Capitulo præfato obtinuerit, quam quidem licentiam Capitulum prædictum nullo modo temporibus Adventus, et Quadragesimæ, neque in solemnioribus festivitatibus concedere debeat.

Benedicti XIV. interpretationem licet Cardinalis Archipresbyter decrato suo confirmaverit, attamen nonnulli ex Lateranensis Basilicæ Canonici protestationes emiserunt ad prætensa jura servanda.

§. 3. Postmodum dictus Nereus Cardinalis et Archipresbyter suum, juxta mentem, intentionem, ac interpretationem a dicto Benedicto Prædecessore expressam, decretum ediderat, ac dederat in mandatis, ut illud in Capitulo ejusdem Basilicæ renunciaretur, ac in in illius Archivio describeretur, collocaretur, ac debitæ exequutioni demandaretur, et tunc quando existimaverat, easdem dissentiones inter Cano-

nicos prædictos absolutas esse, magna cum animi sui molestia accepit, quod idem Capitulum contemptis declaratione, et decreto præfatis, quæ nihilominus, dum idem Benedictus XIV. Prædecessor, Romanam rexit Ecclesiam, sine ulla controversia fuerant observata, post tamen illius obitum, atque hoc ipso anno, alteri ex Clero ejusdem Lateranensis Basilicæ licentiam concesserat visitandi Sacram Lauretanam domum, tempore in prædictis Constitutionibus excepto, quæ quidem licentia prius a dilecto itidem filio Nostro Andrea ejusdem S.R.E. Diacono Cardinali Corsino nuncupato, tunc temporis ejusdem Capituli Vicario neutiquam admissa, deinde vero ab ipso Nereo Cardinali, et Archipresbytero tamquam aperte contraria declarationibus, et decreto prædictis, nulla, ac irrita declarata extitit, ex quo factum fuit, utCanonici prædicti recursum habuerint ad ipsummet Nereum Cardinalem, et Archipresbyterum, obtendentes tum verbis, tum in scriptis, præmissam licentiam rite concessam dictis Constitutionibus minime adversari: contra vero idem Nereus Cardinalis, et Archipresbyter nova declaratione, atque decreto, dictam licentiam nullimode sustineri posse declaravit, quæ quidem nova declaratio, novumque decretum non aliter a prædictis Canonicis fuit admissum, quam sub expressa protestatione videlicet, quod reservata remaneat eidem Capitulo facultas deducendi semper, et quandocumque jura sua adversus supradictam decisionem in quocumque judicio contra quoscumque, et ita etc. et non alias ec. quemadmodum de facto ejusmodi Capitulum et Canonici, habito nuper ad Nos recursu, per supplicem libellum, nonnulla rationum momenta exponere sategerunt.

Cardinalis Archipresbyter abSummoPontifice petit ad hoc ut controversias hasce, auctoritate Apostolica dirimat.

§. 4. In hoc rerum statu ipse Nereus Cardinalis, et Archipresbyter Nobis supplicavit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsorum Capituli et Canonicorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus ejusdem Nerei Cardinalis, et Archipresbyteri Nobis porrectis inclinati, ne ulla in posterum oriatur controversia super capite vigesimo septimo Capitularium Constitutionum ejusdem Basilicæ Lateranensis, quod ad Chori servitium pertinet, eo per Nos perlecto, expensoque, ac simul præcedenti capite vigesimo sexto, adhærentes menti, voluntati, et opinioni ejusdem Benedicti XIV. Prædecessoris, illius vestigia in præmissis sectantes, auctoritate Apostolica tenore præsentium, quamcumque protestationem pro parte dictorum Capituli, et Canonicorum dictæ Lateranensis Basilicæ, tum coram quocumque Judice, tum in quibusvis publici Notarii actis adversus decretum ab ipso Nereo Cardinali et Archipresbytero, ut præfertur, editum, factam, etiamsi in ipsa protestatione appositæ sint quæcumque clausulæ, annullamus, cassamus, et irritamus, illamque nullam, cassam, irritamque declaramus, ac nullius roboris et momenti fore, et esse decernimus, ac insuper auctoritate, et tenore prædictis declaramus, statuimus, ac præcipimus, et in virtute sanctæ obedientiæ injungimus, ut posterius caput vigesimum septimum tituli tertii de servitio chori ipsarum Constitutionum, eisdem omnino præservationibus subjectum sit, et esse debeat, ac intelligatur, quibus anterius caput vigesimum sextum conceptum est, atque unum alterumque ejusdem sit indolis, et relationis in omnibus et per omnia perinde ac si eædem conditiones, quæ in vigesimo sexto capite hujusmodi appositæ, et expressæ reperiuntur, etiam de novo in dicto capite vigesimo septimo appositæ, expressæ et declaratæ fuissent.

Irritatis Canonicorum protestationibus, Pontifex Benedicti XIV. interpretationem, et Cardinalis Archipresbyteri decretum servari perpetuo mandat.

§. 5. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Datum apud S. Mariam Majorem die 5. Februarii 1760. Anno secundo.

Clausula sublata, et decretum irritans

CXVI.

Catholico Hispaniarum Regi participat concessam investituram Regni Siciliæ favore Ferdinandi illius Filii, ab ipso Catholico Rege in successorem designati.

Carissimo in Christo Filio Nostro Carolo Hispaniarum Regi Catholico.

Clemens PP. XIII.
Carissime in Christo Fili Noster
Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Dolor exprimit Pontifex pro Caroli discessu ex Italia cui lenimentum præbet Ferdinandi illius Filii successio.

§. 1. Cum tamdiu Majestas Tua sapienter, feliciterque in Italia regnaverit, mœror ex discessuTuo susceptus leniri, aut mitigare vix posset, nisi reliquisset carissimum Tibi natura, nobis vero in Christo Filium Ferdinandum utriusque Siciliæ Regem, in quo idem ipse commorari adhuc nobiscum videreris hanc ob causam ut Votis quoque Tuis obsecundaremus, simul ac designatus Procurator dilectus Filius Noster Dominicus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis Ursinius, ejusdem Carissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi nomine, Regni Siciliæ investituram, quam vocant ab Apostolica Sede petivit. Nos habito Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, lubentissime concessimus, nulla difficultate cursum retardante Paternæ Nostræ dilectionis, eaque de re consuetum Diploma conscribi, ac subscribi non tam a Nobis, quam ab iisdem Ven. Fr. Nostris curavimus, de Tua prius abdicatione sic proloquuti, ut non tam egregia pietas in hanc Apostolicam Sedem, verum etiam consiliorum Tuorum justitia, æquitas, et publicæ tranquillitatis studium palam elucerent.

De concessa favore Ferdinandi investitura Catholicum Regem certiorem facit.

§. 2. De hoc faustissimo eventu, quem minime dubitamus quin Tui sint latius ad Te perscripturi, voluimus ipsi quoque hasce ad Majestatem Tuam literas dare nuncias ac testes mirificæ illius voluptatis, quam persensimus, quod in Pontificatum Nostrum inciderit pulcherrima hæc occasio Regiæ Sobolis Tuæ cum Apostolica Sede novo hoc arctissimoque vinculo conjungendæ, Tuæque insimul voluntati gratificandi, quo perspiciant omnes, eximium ac singulare desiderium Nostrum in omni genere Officii, quod ad dignitatem Tuam vel ornandam, vel amplificandam pertineant, satisfecimus.

Hortator Hispaniarum Regem ut natum suum Paternis monitis in Religione, et erga S. Sedem observantia confirmet.

§. 3. Igitur ardentissimæ charitati nostræ cum erga Majestatem Tuam, tum vero etiam erga maxime spei Regium adolescentulum, neque aliud restat, nisi ut pro sollicitudine illa pastoralis officii, quæ Nos anxios habet, illud exoremus, ut si aliquando contingerit aliquid, ex quo vel Apostolicæ Sedis dignitas, vel mutua inter vicinos concordia, vel quod Nobis maximæ curæ esse debet, animarum salus labefactetur, totum hoc pœnitus amoveatur: id autem erit, si Tuis ille monitis, consiliisque nitatur, ad recte, sapienterque regnandum; Tu vero, carissime in Christo Fili Noster paterna, illa auctoritate, quæ a Parentibus in Filios nunquam sejungi potest, quæcumque evellas semina dircordiarum; Cæterum sic persuasum habeas cupimus, Nobis nihil esse optatius, nihil jucundius, florentissimis rebus, quibus in tanta universæ ferme Europae turbatione, quasi unus frueris, quod tantum, ac singulare bonum, ut perpetuum sit familiæ Tuæ, assiduis Deum Op. Max. precibus obsecramus, Tuique nominis famam, præclara pacandæ aliquando Christianæ Reipublicæ, tuendæque miserrimis hisce temporibus Catholicæ Religionis gloria cumulare velit, cujus auspici pignus, Apostolicam Benedictionem Tibi carissime in Christo Fili Noster amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vi. Februarii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXVII.

Prohibitio sub pœna excomunicationis latæ sententiæ extrahendi Libros ex Bibliotheca Accademiæ Civitatis Posnaniæ.

Dat. die 6. Febr. 1760 Ann. II.

Ne libri extraherentur a Bibliothecn Urbinatensi prohibuit Clemens XI. Constit. edit. Anno 1720. Julii 11. quæ est in Bullario Mainardii.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Librorum extractio prohibetur ex Bibliotheca Posnaniensi sub excommunicationis poena

§. 1. Conservationi et manutentioni Librorum Bibliothecæ in publica Accademia Civitatis Posnanien existen apprime prospicere, ac dilectum Filium modernum dictæ Accademiæ Rectorem, specialis favore gratiæ prosequi volen-

tes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis porrectis inclinati, omnibus, et singulis personis quacumque auctoritate et superioritate fungentibus et functuris, ac cujusvis status, gradus, et conditionis, ac præeminentiæ, et dignitatis, nunc et pro tempore existen, ne ullo unquam tempore libros, quinterna, folia, sive impressa, sive manuscripta eidem Bibliothecæ hactenus donata, et assignata, seu in posterum assignanda et donanda, ex Accademia hujusmodi extrahere, commodare, seu asportare, vel ut commodentur, aut extrahantur, seu asportentur permittere, ac consentire sub quovis prætextu, quæsito colore, causa, ingenio quoquomodo audeant, seu præsumant, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna per contrafacientes eo ipso, absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo absolutionis beneficium, nisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in Mortis articulo constitutus, obtinere queat, Auctoritate Apostolica tenore præsentium interdicimus, et prohibemus.

Contrariorum derogatio. §. 2. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ Bibliothecæ, aut in alio aliquo conspicuo loco, quo ab omnibus cerni, et legi possit continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vi. Februarii **MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno secundo.**

CXVIII.

Binos Missionarios ad Avæ Regnum mittit, eosque transeuntes, et aliquo forsan tempore immorantes in Civitate Siriami Diœcesis Meliapurensis in Indiis, illius Episcopo comendat. Dat. die 14 Febr. 1760 Ann. II.

Apostolicas missiones pro Regno Batgao in Magno Thibet instituit Benedictus XIV. ut ex Epistola ad Batgai Regem missa die 1. Maii 1742; itemque Missiones pro Regno Bittici in dicto Magno Thibet instituit Pontifex idem ut ex alia Epistola ad Bittici Regem eadem die missa, quæ sunt in hujus Pontificis Bullario.

Ven. Fratri Theodoro Episcopo Meliapurensi, sive S. Thomæ in Indiis.

Clemens. PP. XIII.
Venerabilis Frater, Salutem
et Apostolicam Benedictionem.

Quos anno superiore quamprimum submissuros Nos fore spopondimus, alios nempe operarios ad vineam Domini excolendam, id modo facimus de consilio Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Propagandæ Fidei negociis adlaborantium, dum isthuc mittimus dilectos Filios Benignum Avenati, et Joannem Baptistam Percoto Congregationis S. Pauli, seu Barnabitarum Alumnos, ut ipsi quoque, tempus idoneum nacti, in Regnum Avæ, ad quod pro Christi prædicatione destinantur commode trajiciant: cum autem nullus sit ad trajiciendum illuc opportunior locus, quam Civitas Siriamensis, quæ contineri dicitur Tuæ Diœceseos finibus, ad quam propterea perinde ac ad primam ministerii sui stationem commilitones novi commigrabunt, necessarium duximus, illos Fr. Tuæ enixe commendare, ut quæcumque humanitatis, et Christianæ charitatis officia ab Episcopo salutis animarum studiosissimo, proficisci queunt, iisque commodare non abnuas, sive pertranseuntes, sive ad breve tempus commorantes Siriami substiterint: quod si necesse fuerit, aut ambos, aut eorum alterum ibidem longiorem trahere moram, ut vel Sacrorum dispensationi, vel prædicatione Verbi Dei dent operam ad eorum Christifidelium solatium, eam pariter a Te requirimus egregiam comitatem, atque benevolentiam, quam quilibet bonus pastor, vel

Agricola iis exhibere gauderet, qui pene derelicti gregis sui portionis curam, aut inculti desertique agri sui partem subjigendam, excolendamque susciperent. Erit hoc non tam gratum Omnipotenti Deo, cujus veram, sanctamque Religionem in remotissimas istas regiones iidem ad annunciandum veniunt, verum etiam Pontificiam erga Te benevolentiam Nostram mirum in modum augebit, cujus pignus Apostolicam Benedictionem Nostram peramanter largimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Februarii MDCCLX. Pontificatur Nostri Anno Secundo.

CXIX.

Dat die 19. Feb 1760 Ann. II.

Hasso-Casselanum Principem ad iniquas pactiones compulsum, eo quia Luteranam sectam ejuraverat, Mariæ Theresiæ Hungariæ, atque Bohemiæ Reginæ plurimum comendat, utque eum sub sua protectione habeat hortatur.

De persequutionibus quibus hic Princeps affligebatur habes superius sub Numer. XLV. Epistolam perscriptam Francisco Lotharingiæ, et Barri Duci. Hac ipsa die, et in idem Argumentum binas alias Apostolicas Literas Pontifex direxit prælaudato Francisco Lotharingiæ, et Barri Duci, nec non Maximiliano Duci Bavariæ, quarum prima hic sequitur, altera vero utpote præsenti conformis omittitur.

Carissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ Reginæ Apostolicæ, nec non Bohemiæ Reginæ Illustri, in Romanorum Imperatricem electæ.

Clemens PP. XIII.
Carissima in Chisto Filia Salutem, et Apostolicam Benedictionem

Reginæ Hungariæ, et Bohemiæ cultum erga Catholicam fidem comendatur.

§. 1. Etsi minime dubitamus quin Majestas Tua pro singulari, ac præstantissimo cultu, quo Catholicam Fidem prosequeris, egerrime tulerit acerbissimos casus Dilecti Filii Nobilis Viri Friderici Ducis Hassocassellani, et iniquissimas pactiones, quas jurare compulsus fuit, postquam Pater ejus rescivit, quod Lutheranam sectam ejuravisset, nihilosecius adivit Nos Apostolicæ charitatis ratio, ut defuncto nuperrime Lantgravio, principem hunc virum, vitæ ac morum institutione, plurimisque calamitatibus, quas pro fide Catholica, cui nomen dedit perpessus est, probatissimum, Majestati Tuæ ardentissime commendemus, cum nihil magis cupiamus, quam ut in tutelam, amicitiamque Tuam recipi aliquando possit, hoc vero consilium eo lubentius suscipimus, propterea quod minime Nos latet, Majestatem Tuam, dum inter domesticos conflictaretur anfractus, eum voluisse amplissimo quodam Tuis in exercitibus munere honestare, quo illatas injurias, et quæ adhuc timebantur tutius evaderet: verum eædem illæ partes quas Lantgravius Pater imprídem sequebatur, piissimam bano Majestatis Tuæ mentem præverteretur, neve oblata sibi occasione is uteretur non animus quidem ab Augustissima domo alienus, sed fidei prius alteri datæ religio per summum ejus infortunium impedivit. Quod vero in præsens cogitet, quid agat, vel moliatur pœnitus ignoramus, eo enim detinetur in loco a quo nulli ad Nos perveniunt ab illo nuncii, neque idcirco tuto ad Illum literas Nos dare posse arbitramur.

Iniquas pactiones a Duce HassoCassellano extortas, a novo Lantgravio deleri postulat, Reginæque Officia penes electum Imperatorem provocat.

§. 2. Cum autem victricia Majestatis Tuæ arma, aliorumque fœderatorum proxima undequaque nunc sit Cassellanæ Ditioni, ac fortassis dum hæc scribimus in eadem consistant, nihil æquidem Nobis Majestas Tua videtur facere posse, quod Deo sit magis acceptum novoque Lantgravio optabile magis, atque gratum, quam si, regiminis sui priusquam babenas sumpserit, adjutrici ac prepotenti manu acerbitatem crudelitatemque pactionum illarum delere, atque e medio tollere satagas; qua de re cum enixe rogaverimus carissimum in Christo Filium Nostrum Franciscum Imperatorem electum Augustissimum Conjugem Tuum, ut ipsa quoque pro enixa Religione, qua præfulget, vota Nostra apud illum fulcias et adjuves, flagrantissime poscimus. Quod quidem præclarissimum Chsistianæ pietatis opus, in quo violatæ humanæ naturæ, patriæ, ac religionis agitur caussa, si perficiendo ambo susceperitis, majora in dies Austriacis rebus incrementa dabit Omnipotens Dominus, stabilem atque perpetuam, quod jugibus sacrificiis, ac precibus quotidie obsecramus, Cesareæ Familiæ Vestræ prosperitatem felicitatemque adjiciet, cujus

Digitized by Google

auspici pignus sit Apostolica Benedictio, quam Tibi carissima in Christo Filia Nostra amantissime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIX. Februarii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXX

Dat. die 29. Febr. 1760. Ann. II.

Eodem argumento ac in Litera superiori scribit Imperatori Romanorum electo, atque monet, ut det operam, ne Lutherani Hassiæ Cassellano Principi post mortem sui Parentis aliquod inferant damnum.

Hoc eodem in sensu adest Epistola sub ipsa data ad Maximilianum Bavariæ Ducem perscriptam, quæ ideo ne res eadem bis producatur, omittitur.

Carissimo in Christo Filio Nostro Francisco Lotharingiæ, et Barri Duci, nec non Etruriæ sibi subjectæ magno Duci, in Romanum Imperatorem electo.

Clemens PP. XIII.
Charissime in Christo fili salutem, et Apostolicam Benedictionem

Iniquas Principis Hasso-Casselani pactiones commemorat, queis subscribere, Genitore cogente debuit.

§. 1. Novit optime omnium Majestas Tua, quæ pacta conventa cum Hassianis populis dilectus in Christo Filius Nobilis Vir Fridericus Hassiæ Lantgravius, dura nimium patris asperitate inductus, impulsus, elusus fecit, neque ignorat iniquæ illius pactionis conditiones ejusmodi fuisse, ut non modo Catholicæ Religionis sanctitas, sed Germanicarum etiam legum authoritas per summam injuriam labefactaretur. Dolimus sane, eo fœdere teterrimam, atque omni imbutum odio bellum Romanæ Ecclesiæ atque adeo Christianæ veritati illatum fuisse, ut quam maximam animo voluptatem acceperamus, propterea quod Lantgravius Fridericus, discussa erroris caligine, ad veritatis lucem redierat, eam, hoc repentino ictu concussam sensimus, et fere conversam in luctum, et lacrymas: augeretur tamen majorem in modum nostri causa mœroris, si quæ acerbissima pacta duritiæ patris extorserat, ea quidem sub novi regiminis initium filius servare cogeretur.

Electum Imperatorem hortatur ne iniquas illas pactiones, Genitore defuncto servari a Principe permittat.

§. 2. Cum igitur tanta hæc Nos cura sollicitos habeat, vix audito Lantgravi Patris obitu, hasce ad te literas carissime in Christo Fili Noster, summo animi studio scribendas duximus, Majestatem Tuam impensius hortantes, atque obsecrantes ut ad tantum Catholicæ Religionis detrimentum avertendum incumbere velit. Communis hæc Nobis Tecum cogitatio, et cura esse debet, sed rei perficiendæ vis, atque opera ad te ipsum proprie referri potest Nos quidem qui Pastoris, et Sacerdotis Officio fungimur, ad impios hæreticorum conatus, audaciamque repellendam, nulla alia arma tractanda esse arbitramur, quam obsecrationes et lacrymas. Magnam igitur in tantis Ecclesiæ acerbitatibus lacrymarum vim profundentes, Majestatem Tuam, per viscera Misericordiæ Jesu Christi, obsecramus, obtestamurque ut pro eximia Tua pietate, ac religione, proque Optimi prudentissimique Imperatoris Officio, causam Dei fortiter suscipiat. Meminisse enim debes, cum universæ Christianæ Reipublicæ Imperatorem geras, datum te a Deo esse quasi tutorem istius Pupulis, ut non tam terrenæ eorum felicitati, et quieti, quam sempiternæ incolumitati consulendum putes, et prætera Romanæ Ecclesiæ Advocatum, et Patronum esse, ut illius dignitas, quæ cum Catholicæ Religionis bono conjunctissima est, a perpetuis hostium Nostrorum insidiis, et calumniis pro virili parte defendenda, vindicandaque sit. Erit hoc dignum præstanti Tua virtute, dignum hoc, quem geris honore, dignum genere, et Majoribus Tuis. Ipse autem Deus spectator idem, et remunerator bonorum operum, cujus veræ Religioni, hæc a Majestate Tua opera navabitur, is profecto jam largis præmiis Augustam Filiam Tuam illustrabit, ut quotidie magis perspecturus sis, nulla re uberiores percipi fructus, quam vera Dei pietate, et studio Catholicæ Religionis; atque interea Majestati Tuæ, carissima in Christo Fili Noster, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 29 Febrarii 1760. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Romanorum Imperatorem, Romanæ Ecclesiæ Advocatum, et Patronum appellat.

CXXI.

Dat. die 1. Martii 1760. Ann. II.

De removendis impedimentis Ecclesiasticæ Immunitati contrariis, quibus Magistratus Ambergenses vetuerant Monialibus de Suarzoffen ne coram Sacra Congregatione Concilii sisterent in causa pertinentiæ cujusdam Ecclesiæ vertente inter easdem, et Moniales Ordinis S. Dominici Civitatis Ratisbonæ.

Dilectissimo in Christo Filio Nostro Maximiliano Josepho Bavariæ Duci S.R.I. Principi Electori.

Clemens PP. XIII.
Dilectissime in Christo Fili Noster
Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Avitam Bavaricæ Familiæ observantiam in S. Sedem, Romanosque Pontifices laudibus prosequitur.

§. 1. Quibus officiis ad Ecclesiasticam Immunitatem tuendam pro imposito humilitati nostræ Apostolico ministerio Nos perfungi oportet, iisdem tecum lubentissime agimus, propter avitam, singularemque observantiam, quam inclyta Bavarica Domus in Romanam Ecclesiam, Christique Vicarios quandocumque præsetulit, relatum Nobis fuit, Dominicanas Moniales S. Crucis Ratisbonæ, alias ejusdem Ordinis de Suarzoffen in judicium vocavisse coram Ven. Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Tridentini Concilii legibus explicandis Nobis adsidentibus, ob Ecclesiam quamdam inter utrumque Monasteriorum controversam, a quibus propterea datæ jam dudum fuerunt literæ tum Ratisbonensi Episcopo, tum Apostolico Nuncio Coloniensi, ut ea de re accurate instruerentur: Ambergensem vero Magistratum Sanctimonialibus de Suarzoffen vetuisse ne coram Ecclesiasticis Judicibus sese sisterent, hocque in causa esse, cur rationum suarum momenta ad hunc Magistratum hactenus non allegaverint: quod quidem etsi non sine magno animi Nostri dolore accepimus, hunc tamen lenivit recordatio eximiæ pietatis Tuæ, quæ procul dubio pati non poterit talem, tantamque jacturam Ecclesiasticæ libertati inferri: nemini enim dubium esse potest quin ejusmodi causam undequaque Ecclesiastica sit, cum ratione personarum quæ in Judicium vocantur tum vero etiam ipsius rei Ecclesiæ nempe, quæ in controversiam cadit.

Bavariæ Ducem hortatur, ut impedimenta contraria Ecclesiasticæ Immunitati ab Ambergensibus Magistratibus opposita, removere curet.

§. 2. Quamobrem Pontificii muneris ratio adegit Nos, has dare literas, quibus Te dilectissime in Christo Fili Noster, adhortaremur, ac rogaremus, ut impedimentum hoc a Tuis Magistratibus amoveri quamprimum jubeas, quo scilicet jus unicuique suum secundum Canonicas regulas sancte, illibateque reddatur. Ad Nos enim quod attinet pro certo habeas volumus, nonnullis ex iis partibus, quæ invicem contendunt, vel minimum favere, sed illud unum dumtaxat cupere, ut ea his inter utrumque Monasterium aliquando finiatur, Santæque Immunitatis jura salva permaneant, quod cum Tibi pariter cordi esse, neutiquam dubitemus, ob præstantissimum Justitiæ ac Religionis cultum, quo nihil Deo exhiberi potest, quod magis gratum acceptumque sit paternæ benevolentiæ pignus, Apostolicam Benedictionem ex intimis charitatis Nostræ visceribus depromptam, Tibi dilectissime in Christo fili Noster, amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die prima Martii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXII.

Dat. die 4. Martii 1760 Ann. II.

Conceditur Indulgentia Plenaria perpetua, lucranda ab Christifidelibus utriusque sexus, qui, vere pœnitentes, et sacra Comunione, refecti, Expositioni SSmi Sacramenti, in Ecclesiis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, ubique Terrarum existentibus, singulis Dominicis, et de præcepto Ecclesiæ diebus Festis faciendæ, per aliquod temporis spatium interfuerint, ibique juxta præscriptam methodum oraverint, cum facultate etiam per modum Suffragii Animabus Fidelium Defunctorum applicandi.

Alias a Clemente XIII. elargitas indulgentias retulimus supra num. C. et CI. ubi plures præcedentium Pontificum hujusmodi concessiones referuntur.

Clemens PP. XIII.
Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Quonam ad lucrandas præsentes Indulgentias requirantur exponit.

§. 1. Ad augendam Fidelium religionem, et Animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, ac supplicationibus Dilecti Filii Joannis Gentili, Congregationis Cleri-

corum Regularium Ministrantium Infirmis Præfecti Generalis, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pænitentibus, et confessis, ac sacra Comunione refectis, qui Expositioni Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, de Ordinariorum respective licentia, in Ecclesiis Clericorum Regularium dictæ Congregationis, ubicumque existentibus, singulis Dominicis, et de præcepto Ecclesiæ festis diebus faciendæ, per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, qua Dominica, seu die ex prædictis, id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem, quam etiam animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Transumptis fidem habendam esse mandat.

§. 2. Volumus autem, ut præsentium Literarum transumtis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Martii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXIII.

Ad removendas dissentiones, et jurgia, suspenditur celebratio Capituli Provincialis Ordinis Eremitarum S. Augustini Excalceatorum pro Provincia Ferrarien, et Picena, nec non Prior Provincialis, cæterique Officiales prædictæ Provinciæ nominantur; tandem suspensa Novitiorum receptione, usque ad Diffinitorii Generalis resolutionem, Conventus Ferrariensis pro *Professorio* destinatur in perpetuum.

Dat. die 4. Martii 1760. Ann II.

Eremitas hujus Ordinis, in cantu, et habitu uniformitatem servare debere constituit Benedictus XIII. const. edit. Ann. 1726. Jan. 22. Alternativam Officiorum inter Fratres Provinciæ Beticæ, et eos della Manea confirmavit Pontifex idem const. Ann. 1727. Mart. 3. Ut Vicarius, et Officiales Generales Congregationis Galliarum, post vacationem viginti circiter mensium, ad alia Officia eligi possint indulxit Clemens XII. const. edit. Anno 1731. Jan. 18. Novam Provinciam Ferrariæ, et Picœnam eum dismembratione a Provincia Romana, nec non creationem novi Officii Secretarii Diffinitorii, et Capituli Generalis approbavit Pontifex idem const. edit. eod. Ann. Maii 21. Quæ de Appellationibus, et recursu a Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini gradatim ad Ordinis ejusdem Superiores faciendis, constituta fuerant, ad Fratres Discalceatos Congregationum Italiæ, et Germaniæ ejusdem Ordinis extendit idem Pontifex Constit. altera edit. ann. 1733. Decembr. 7. Ne in Capitulis Generalibus hujus Ordinis Congregationis Hispaniæ, et Indiarum, Provincialatus honorarii concedantur, prohibuit prælaudatus Pontifex const. edit. ann. 1736. Jan. 9. Super modo deputandi Diffinitores deficientes post celebratum Capitulum Provinciale, habetur ejusdem Pontificis constit. edit. ann. 1739. Martii 2. quæ omnes sunt in Bullario Mainardii.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Proœmium

§. 1. Suprema Apostolicæ charitatis, providentiæque Nostræ erga omnes Christifideles, atque eos potissimum, qui è fluctibus sæculi erepti, ad tranquillum Religionis portum con-

fugerunt, adhibenda a Nobis cura maximopere postulat, atque exigit, ut omnem Pontificiæ benignitatis, auctoritatisque operam, consiliumque in hoc studiosissime collocemus, ut dissidiis, partiumque studiis procul amotis atque eliminatis, ubi opus esse constiterit, omnia inter viros præsertim religiosos in pace fiant, et omnia ad divinum cultum adaugendum, regularem disciplinam confirmandam, procurandamque æternam animarum salutem componantur, constabiliunturque.

Affertur causa hujus Brevis.

§. 2. Cum sicut accepimus aliquo ab hinc tempore Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, et dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum super disciplina regulari specialiter a Nobis deputatorum quaerimoniae, dissentiones, controversiæ, et lites delatæ fuerint vigentes inter fratres et Conventus Provinciæ Ferrariæ, et Picœni Ordinis Eremitarum Santi Augustini Excalceatorum nuncupatorum circa officiorum distributionem, et novitiorum receptionem; ac timendum sit, ea de causa, et propter animorum simultates, quæ religiosam quietem, et regularem observantism conturbare solent, atque una insimul in Superiorum electionem non minimam confusionem afferre dignoscuntur, in Capitulo Provinciali Provinciæ præfatæ propediem, benedicente Domino, celebrando, ij in Superiores eligantur, qui augendis potius dissidiis, et contentionibus fovendis, quam sedandis, componendisque occasioni sint.

Suspenditur proxime celebrandum Capitulum Provinciale Provinciæ Picenæ, et Ferrarien. atque Prior Provincialis, cæterique Provinciæ Officiales nominantur ad Sexennium.

§. 3. Hinc est, quod Nos præmissis occurrere, ac felici, prosperoque dictæ Provinciæ regimini, et gubernio, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere cupientes, audito prius Venerabilis fratris Nostri Josephi Episcopi Portuen, et Sanctæ Rufinæ S. R. E. Cardinalis Spinelli nuncupati ejusdem Ordinis apud Nos, et Apostolicam hanc Sanctam Sedem Protectoris voto, ac de infrascriptorum Provinciæ, et Ordinis hujusmodi professorum fide, prudentia, charitate, vigilantia, ac religionis zelo plurimum in Domino confisi, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, Motu-proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Capituli Provincialis Provinciæ Ferrariæ, et Picœni Ordinis fratrum Eremitarum Sancti Augustini excalceatorum nuncupatorum proxime habendi celebrationem per præsentes suspendimus, ac suspensam esse decernimus, et dilectos filios Cyriacum a Sancto Francisco Picœnum in Priorem Provincialem, ac Antonium a Sancto Stanislao Picœnum in illius substitutum, nec non eumdem Antonium a Sancto Stanislao Picœnum, Josephum Mariam a Sancto Josepho Ferrariensem; Nicolaum Mariam a Sancto Pancratio Picœnum, et Dominicum Fortunatum a Sancto Benedicto Ferrariensem in Definitores Provinciales, et Basilium a Sancto Guido Ferrariensem in septimum vocalem Diffinitorii, ac Nicolaum Mariam a Sancto Pancratio Picœnum, et Josephum Mariam a Sancto Josepho Ferrariensem in Discretos Generales, Romualdum vero a Sancta Maria Picœnum, et Apollinarem a Sancto Felice Ferrariensem inSubstitutos dictorum Discretorum Generalium, et Archangelum a Sancto Francisco Picœnum in Secretarium Prioris Provincialis; Conventuum autem ejusdem Provinciæ nempe Sancti Josephi Ferrariensis, Bonifacium a Sancto Josepho Ferrariensem, Sanctæ Mariæ Misericordiæ Firmi, Angelum Antonium a Sancto Nicolao Picœnum, Sancti Augustini Comachli, Joannem Georgeum a Sancto Ambrosio Ferrariensem, Sancti Laurentii Aquævivæ Athanasium a Sancto Josepho Picænum, Sanctorum Angelorum Custodum Asculi, Seraphinum a Sancto Juliano Ferrariensem, Sancti Josephi Maceratæ Carolum Mariam a Spiritu Sancto Picœnum, Sancti Nicolai Laureti, Mauritium a Sancto Bernardino Ferrariensem, Sancti Augustini Montis Sancti Martini, Mansuetum a Jesu Picœnum, Sancti Joannis Baptistæ Bondeni, Adeodatum a Sancto Benedicto Ferrariensem, demum Sancti Spiritus Adriæ respective Civitatum, et Locorum, Bernardum a Sancta TheresiaPicœnum fratres expresse professos Provinciæ, et Ordinis prædicatorum in Priores respective ad Sexennium a die, quo Capitulum Provinciale Provinciæ Ferrariensis hujusmodi, ut præfertur, celebrari deberet inchoandum, et inde computandum, cum omnibus, et singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, auctoritate, facultatibus, gra-

tiis, et indultis, ac honoribus, et oneribus solitis, et consuetis tenore præsentium constituimus, et deputamus.

Suspenditur in dicta Provincia receptio Novitiorum usque ad resolutionem Diffinitorii Generalis.

§. 4. Ac insuper motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus, pro bono pacis sæpedictæ Provinciæ Novitiorum receptionem in ea interea, habendam suspendimus ac suspensam esse volumus, decernimus, et declaramus, donec, et quousque Diffinitorium Generale ipsius Ordinis, computatis interim reditibus uniuscujusque Conventuum, utriusque Nationis Picænae scilicet, et Ferrariensis, numerum presbyterorum, et Clericorum, quam Laicorum, seu Conversorum professorum pro unoquoque Conventu designaverit, ac statuerit, qui commode in illis substentari, et ali possint, et sic pro singulorum Conventuum viribus, et familiarum distinctione recipiantur, imposterum postulantes ab utraque Natione Picæna videlicet, et Ferrariensi, ita tamen ut in posterum tot assumantur ex Picænis sive oriundis, sive adlectis, quot requiruntur ad numerum complendum Alumnorum professorum pro Conventibus Picæni ab eodem Diffinitorio Generali assignandorum, idemque fiat quoad Ferrarienses, quibus pro nunc receptionem Novitiorum interdicimus quoadusque redacti fuerint ad numerum Professorum taxandorum ab ipso Diffinitorio Generali pro suis Conventibus, et idem in perpetuum observari debere præcipimus, volumus, ac mandamus.

Peculiares Conventus designantur pro receptione Novitiorum, et Professorum educatione.

§. 5. Demum motu, scientia, et potestate similibus, Conventum Civitatis Firmanæ in Conventum Novitiatus, seu pro receptione Novitiorum, et pro Professorum educatione vulgo *il Professorio* ejusdem Provinciæ Conventum Sancti Josephi Civitatis Ferrariensis in perpetuum assignamus, constituimus, et deputamus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis, omnibus et singulis memoratæ Provinciæ Superioribus, Fratribus, et personis, cæterisque ad quos spectat, et spectabit in futurum, ut supranominatos fratres ad officia eis respective per præsentes ad sexennium proximum demandata, juxta earumdem præsentium tenorem recipiant, et admittant, eosque recognoscant, et illis in omnibus officia prædicta concernentibus respective pareant, et obediant, faveantque, et assistant.

Clausula sublata, et Decretum irritans

§. 6. Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac fratribus præfatis in omnibus, e per omnia plenissime suffragari, et ab omnibus inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ, et Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Martii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXIV.

De nova extructa Bibliotheca cnm Episcopo Valentino gratulatur; Eumdem successoresque omnes Rectores, et Moderatores perpetuos Bibliothecæ deputat; Bibliothecariis privilegia, et exemptiones concedit; tandem ne libri abBibliotheca extrahantur prohibet sub excomunicationis pœna.

Bibliothecæ Archigimnosii Sapientiæ privilegium retinendi libros prohibitos, indulsit Innocent. XII. Constit. edit. Ann. 1683. April. 21 Privilegium idem ad Romanam Casanatensem Bibliothecam extendit Clemens XI. Constit. edit. Anno 1701 Febr. 12. Bibliothecam Urbinatensem erexit, eique facultatem pro libris vetitis retinendis fecit, prohibuitque ne libri ab ea extrahantur sub excomunicationis pœna Pontifex idem Const. edit. ann. 1720 Jul. 12 Leges etOrdinationes alias conditas pro Vaticana Bibliotheca, novasque servandas mandavit Clemens VII. Constit. edit. Anno 1739. Augusti 24. Quæ omnes sunt in Bullario Mainardii.

Ven. Frat. Andreæ Archiepiscopo Valentino

Clemens PP. XIII.
Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem

Laudat Episcopi consilium ædificandi, instruendique novam Bibliothecam.

§. 1. Post plurima recte ac feliciter a Fraternitate tua jam gesta in Valentina ista Diœcesi ad Christianæ institutionis, et Ecclesiasticæ disciplinæ incrementum, illud quoque suscepisti consilium ut novam Bibliothecam ædificares, multaque librorum supellectile in publica comoda instrueres, ac exornares, quod quidem non tam Sacerdotibus, aliisque in vinea Domini operariis, quorum labia custodiant scientiam necesse est, valde opportunum ac perutile erit, verum etiam illustris adeo Civitatis quæ Valentiæ Regni Caput est, celebrisque Gymnasii, quod tam necessario ad scientias funditus adipiscendas præsidio tamdiu caruit, nomen atque celebritatem augebit. Quibus ex causis cogitationem hanc tuam, impensam liberalitatem, et opus ipsum pene absolutum summopere commendavimus, Nostræque commendationis memoriam ad posteros quoque transituram hisce literis consignari voluimus, quibus unicuique compertum foret, Apostolicam Sedem nil cupere magis, nihilque promovere ardentius quam cultum sacrum primo studiorum, cæterarum deinde bonarum artium, inque tam honorificis literarum domiciliis aperiendis, stabiliendisque nullas prætermittere Apostolicæ benevolentiæ significationes, quibus Antistites tui similes honestare ac munerare licuerit.

Apostolica Sedes nil magis cupit, nihilque promovet quam cultum sacrorum, et bonarum artium studiorum.

Valentiæ Episcopi pro tempore, perpetui Rectores, et Moderatores novæ Bibliothecæ declarantur.

§. 2. Illud igitur inprimis decernimus atque statuimus, ut ipse, aliique Valentiæ Archiepiscopi successores tui novæ istius Bibliothecæ sint Rectores Moderatoresve perpetui, ita ut ejus regimen, Archiepiscoporum dumtaxat nutui voluntati, atque imperio subjiciatur. Hanc autem ob causam Fraternitati tuæ, tuisque successoribus facultatem tribuimus eligendi, nominandique duos Bibliothecarios, quibus Bibliothecæ cura atque custodia committatur, quos tamen arbitrio suo possint iidem Archiepiscopi, si minus idoneos invenerint, aut reputaverint, etiam sine causa scriptis tradita ab Officio removere, quod si iidem exBeneficiatis assumantur, dummodo tamen ejusmodi munus obire velint, quo tempore in eadem Bibliotheca studiosorum commodis vacaverint, exemptionem easdem Beneficiatis a servitute Chori concedimus, ita ut fructus præbendæ si quam habent, aut Beneficii, ac si Choro interessent, percipiant, exceptis tamen quotidianis distributionibus quas secundum Canonicas regulas, vere præsentibus atque inservientibus, ut accrescant relinquimus, declarantes insuper, sub hujusmodi exceptione neutiquam comprætrendi, neque Dominicos dies, neque Majores solemnitates Natalis, nempe Christi Domini Circumcisionis, Epiphaniæ, Passionis, Resurrectionis, Ascentionis, Pentecostes, Corporis Domini, Festi Sanctorum omnium, Commemorationis defunctorum, Dedicationis EcclesiæCathedralis, ac Sancti Civitatis Patroni, neque pariter præcipuas Sanctissimæ Virginis Dei Matris Festivitates, Conceptionis, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, ita ut enunciatis diebus Festis ipsi quoque Bibliothecarii, sicut antea Choro interesse teneantur.

Eisdem facultas conceditur eligendi duos Bibliothecarios, pro Bibliothecæ cura, atque custodia.

Bibliothecariis hujusmodi quoties sint Beneficiati exemptio a servitute Chori conceditur, nonullis tantum exceptis diebus.

§. 3. Ad integritatem deniqueBibliothecæ sarctam, tectamque tuendam, sub excomunicationis pœna vetamus ac prohibemus, ne audeat quispiam, quamcumque ob causam libros quoscumque, Pagellas, ac folia, sive typis impres-

Prohibetur extractio librorum, et cujuscumque rei ad novam Bibliothecam pertinentis sub excomunicationis pœna.

Digitized by Google

sa, sive manu descripta, qui, vel quæ in eadem Bibliotheca modo asservantur, vel in posterum eidem acquirentur, inde asportare, aut extrahere, etiamsi animum surripiendi non habuerit, sine permissu explicito ejusdem Archiepiscopi; quicumque vero contra fecerint, incidant ipso facto in excommunicationem latæ sententiæ, a qua nemo, præter quam solus Archiepiscopus, vel per se ipsum, vel per delegatum ab eo Confessarium absolvere possit.

Publicatio harum literarum affixio demandatur, ut cunctis innotescant quæ in eis continentur.

§. 4. Quæ prohibitio et consequens excommunicationis pœna, ut omnibus innotescant, has nostras literas in forma Brevis, vel earum authenticum exemplum, in aliquo Bibliothecæ conspicuo ac patenti loco, ut a quocumque conspici, ac legi possint, affigendas esse præcipimus, ne sanctionis hujus Nostræ ignoratione quispiam valeat excusari, atque hæc sunt, quæ pro singulari charitate Nostra Fr. tuæ duximus elargienda, quo magis intelligas, quam gratum Nobis acciderit, præclarum hoc opus, quod tuæ quoque gloriæ perpetuum erit monumentum. Deum igitur Opt. Mx. apprecabimur ut id ipsum cedat tuæ Diocæseos spirituali incremento, teque diutius adhuc salvum, atque incolumen servet, ut de laborum tuorum fructu etiam in hac vita læteris, et meritorum plenus, immarciscibilem coronam in Cœlis recipias, ac demum Apostolicam Benedictionem tibi Ven. Fr. tuoque gregi peramanter largimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die 12. Martii 1760. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXV.

De Territorio separato, seu Nullius Diœcesis Sanctæ Sedi immediate subjecto agit, et cum Episcopo Cephaldiensi Diœcesim obtinente in Sicilia ultra Pharum conqueritur, quod Presbytero cuidam jurisdictionem quasi Episcopalem S. Mariæ XII. Apostolorum Balneariæ, Prælato Regulari commendatam, contulerit, absque Apostolicæ Sedis indultu, proindeque ut suæ consulat conscientiæ exhortatur.

Dat. die 14. Martii 1760. Anno II.

Ven. Fr. Joachimo Episcopo Cephalediensi.

Clemens PP. XIII.
Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

De arbitraria collatione Prioratus cum jurisdictione quasi Episcopale conqueritur.

§. 1. Mirum sane, ac ferme incredibile Nobis accidit intelligere quod Fr. tua cujus tota Diœcesis in Sicilia est ultra Pharum, in Calabriam præterito Mense Septembri clanculum transjectaverit, ut Præsbyterum quemdam cui sub initium præcedentis Augusti Prioratum S. Mariæ XII. Apostolorum de Balnearia institutione Episcopali contuleras, in possessionem ipse quoque immitteres, eidemque Ecclesiasticæ jurisdictionis in Clerum, ac Populum illum potestatem quasi Episcopalem traderes quod quidem idcirco incredibile videbatur, cum propter hactenus inauditam rei novitatem, tum vero etiam quoniam paulo ante officiosissimam Nobis Epistolam scripseras, de negociis tuæ Diœceseos, cui 8. Kalendas ejusdem Mensis Septembris responsum dedimus.

Non licet Episcopus absque Pontificis assensu cuiquam Presbytero jurisdictionem quasi Episcopalem tribuere

§. 2. Neque dicas oblatum tibi fuisse ab eo Præsbytero, qui clam Neapoli discedens in Siciliam te convenerat, Regiæ nominationis placitum, significatumque insuper, Balneariæ Prioratum Ecclesiæ Cephalediensi subjectum, siquidem neque de Regio Patronatu sermo nunc est, neque de asserta subjectione (hæc enim cum piissimo Rege, æquo, et amico animo discutientur) Illud tantummodo querimus quo titulo, quo jure, qua authoritate ausus fueris demandare alicui sine Pontificio mandato potestatem quasi Episcopalem in Territorio perfecte separato, eumdemque manuducere in exercitium ordinariæ jurisdictionis, quam in ejusmodi Districtibus a solo Romano

Pp 2

Pontifice derivari Catholici omnes profitentur.

Multoque minus Territorium e Territorio separare Parochem in jurisdictione quasi Episcopali constituere.

§. 3. Etenim illud primo animadvertere debueras, Balneariam neque in tua, neque de tua Diæcesi nunquam fuisse. Contra vero, Prælatos nullius nuncupatos, plurimum sæculorum spatio, jurisdictionem quasi Episcopalem a Cæphalediansibus Episcopis omnino independentem ibidem exercuisse. Deinde vero quamvis etiam ageretur de Paræcia intra fines Cæphalediensis Diæceseos indubia compræhensa, numquam potest Episcopus Territorium a Territorio separare, vel ex Parocho quasi Episcopum constituere, sina privilegio Apostolico, sine Pontificio Mandato.

Itemque naturam Beneficii Regularis immutare, et jurisdictionem in Clericum secularem transferre.

§. 4. Quod si profitearis, tibi numquam in mentem venisse, potestatem quasi Episcopalem simplici Sacerdoti da novo tribuere, sed in vim assertæ subjectionis, Regiique Mandati recognovisse te, ac insimul confirmavisse in Sacerdote præsentato illam eamdem jurisdictionem, qua reliqui in antecessum Balneariæ Prælati jam dudum gavisi fuerant, nimis obvium, ac patens erat Ven: Fr. quid Regi, ejusque administris respondere debueras, tibi scilicet nullum occurrere exemplum Cephaladiensium Antistitum, qui destituerint, vel instituerint unquam Balneariæ Prælatos: quod si unio illa Balneariensis Prioratus a Pseudo Pontifice Anacleto jam facta teneret, non Regis amplius sed Ecclesiæ tuæ Patronatus ille fuisset: demum vero cum palam omnibus esset, jurisdictionem ordinariam in Clarum, ac Populum Balneariæ per Ragulares Prælatos ex privilegio Apostolico hactenus exercitam non posse te neque naturam Beneficii Regularis immutare, neque jurisdictionem illam in Clericum Sæcularem transferra. Tunc enim sapientissimus æque ac piissimus Rex, ejusque probi doctique Consiliarii, non tam responsum hoc tuum non tulissent egre, quinimo probavissent potius, atque commendavissent.

Jurisdictio quasi Episcopalis Regularibus e Pontificibus indulta, sola Pontificis auctoritate potest in Secularem converti.

§. 5. Quare videat Fr. Tua quam inconsulto, ac perperam egeris: sive enim novam jurisdictionem quasi Episcopalem, per tuam Institutionem conferre putavisti, atque id nullo pacto efficere poteras, sive antiquam, quæ per Balneariæ Prælatos antea garebatur, quasi in illo reviviceret, excitare cogitavisti et gravius adhuc errasti; etenim spiritualis potestas, quæ per Apostolicum privilegium Monasterio, ejusque Cænobitis inhærabat, nisi per novum Apostolicum privilegium, Pontificiumque mandatum in Præsbyterum secularam transferri nequibat.

Quod ab Episcopi privata fecerint auctoritate, injuriam S. Sedi inferent.

§. 6. Hæc autem pro paterna caritate Nostra fusius tibi Ven. Fr. explicare voluimus, ut considerares attentius quid mali feceris, quantamque injuriam inconsiderata, uti arbitramur, non quidem Nobis, sed personæ, quam immerentes gerimus, ipsiqua Apostolicæ Sedi palam intuleris, cujus quidem Pontificiæ authoritatis cum vindices, atque custodes a Deo constituti fuerimus, non possumus quin gravissimum mœrorem Nostrum tibi significemus, tuique facinoris rationem repetamus.

Et Presbyteri talem jurisdictionem exercentes nulliter agunt, atque maxima culpa non vacant.

§. 7. Illud etiam accedit non sine amarissimo fletu prosequendum, quod Præsbyter ille, nulla legitima spirituali potestate munitus, cum per ostium non intraverit, quidquid agit, irrite ac perperam agit in Christianæ illius plebis detrimentum. Frustra enim sacramenta dispensat, Confessarios adprobat, Clericos ordinat, edicta proponit, quorum omnium criminum ipse præcipuus auctor coram æterno severissimo Judice a Balneariensi Christiano populo expostulaberis.

Populi clamores contra relatum Episcopi arbitrium S. Sedi delatos significat.

§. 8. Verum quid inquam expostulaberis, cum te jam nunc redarguat, et coram Apostolica Seda plebs illa reum expostulet: novit enim, transmisaque a parentibus in filios traditione accepit, se jam inde a prima Ecclasiæ institutione, Apostolicæ Sedi conceptis verbis, prescriptisque sanctissimis formulis, commendatam, Romanisque Pontificibus per longissimum octo sæculorum, et ultra curriculum, nullaEpiscoporum intermedia aucthoritata subjunctam: utiqua Ven. Fr. popnlus illa clamat, atque conqueritur, Alumnumque tuum intuetur invitus, aliosque Pastores suplex deposcit, ne spirituale pabulum, quemadmodum facit per alienas Diæceses querere cogatur.

Episcopum hortatur, ut propriæ conscientiæ et Sanctæ Sedi satisfaciat.

§. 8. Consulito igitur Religioni tuæ et serio cogita, quomodo tot mala emendare queas, atque insimul Apostolicæ Sedi satisfacere: dum tibi toto corde apprecamur a Domino, ut spiritus Sancti gratia mentem tuam illuminet. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die 14 Martii 1760. Pontificatus Nostri Anno secundo.

CXXVI.

Dat. die 17 Mar. 1760. Ann. II.

Gallicanum Clerum hortatur, ut in proximis convocandis comitiis, quæ a Benedicto XIV. super Sacramentorum administratione pro praxi et norma præscripta fuerant, amplectatur, et tueatur pro pace, et prosperitate Gallicanæ Ecclesiæ.

Encyclica Benedicti XIV de qua in præsenti litera sermo est, in hujus Pontificis Bullario reperitur impressa Tom. IV. pag. 208 sub Num. LXII. edit. Mainardi 1762.

Venerabili Fratri Carolo Archiepiscopo Narbonensi

Clemens PP. XIII.
Venerabilis Frater Salutem, et Apostolicam benedictionem

Magnam in spem erigitur Pontifex ex convocato Gallicani Cleri coetu pro Gallicarum Ecclesiarum tranquillitate.

§. 1. Cum primum accepimus, comitia generalia Antistitum, et Deputatorum istius Cleri, ad primam diem labeotis mensis Martii, Lutetiæ Parisiorum indicta esse, non modica Nobis spes affulgere visa est, ex tot delectorum virorum conventu quem religionis, et pacis studio, sapientiæque spiritu animatum merito auguramur, illustre aliquod, et salutare consilium esse proditurum, per quod turbatæ jamdudum Ecclesiarum Regni istius res aliquando componi, et ad optatam tranquillitatem adduci possint. Quum vero Fr. tua, cujus virtutes egregio Præsule dignæ, multiplici apud Nos testimonio commendatur, hujusmodi Comitiis Præsidem electum fuisse intellexerimus, conceptam animo Nostro spem magis, magisque augeri persensimus, plurimum in Domino confisi, te nihil omissurum, quo Ven. Fratres, atque dilectos Filios, de gravissimis Ecclesiæ negociis tecum deliberantes, ad eum, quem singulis propositum esse non dubitamus, utilitatis publicæ finem assequendum, consilio, studio, authoritate juvare queas: quod ut enixius, atque ferventius præstare satagas, quamvis cohortationibus Nostris, te minime indigere existimemus haud tamen supervacaneum duximus has ad te literas scribere plenas ardentissimi ejus desiderii, quo maxime pro Ecclesiæ Gallicanæ incolumitate, et pace flagramus, camque propterea assiduis precibus a Deo bonorum omnium largitore expetere non cessamus.

Singularem affectum Romanorum Pontificum erga Gallicarum Ecclesias commemorat.

§. 2. In quo cum omnium Prædecessorum Nostrorum, Apostolicæ Sedis Antistitum, qui nobilissimas Galliarum Ecclesias singulari semper affectu in oculis, et in corde gessisse noscuntur, tum vero potissimum Fel. Rec. Decessoris Nostri Benedicti XIV. exempla sectamur cujus paternam prorsus in vos charitatem, ac de restituenda rerum vestrarum tranquillitate sollicitudinem, multis quidem argumentis sæpe testatam, tum vero maxime compertam plurimum habuistis in illa encyclica epistola, qua propositis sibi quæstionibus a Comitiis generalibus anni 1755 ita rescripsit, quemadmodum Pontificem sapientissimum, eumdemque simul Canonicæ disciplinæ retinentissimum, et Christianæ pacis amantissimum respondere decebat. Eam porro Epistolam traditamque in ea praxim, ac normam in Sacramentorum administratione servanda, quam Nostro quoque judicio probare, et quatenus opus sit plene confirmare profitemur, si omnes et singuli Galliæ Præsules, in hac comitiorum celebritate, te præsertim duce ac Præsule, pro regula sumant, quam in suis quidem Diæcesibus re ipsa custodiri, parique, et animorum consensione observari jubeant, neo dubitamus, quin magnus existat comitiorum vestrorum fructus. Nam sicut in aliis, Galliarum populi, unanimem Pastorum suorum voluntatem, firmamque constantiam, in custodiendis veræ, sanæque doctrinæ principiis asserendis perspectam habuerunt, ita si nunc in statuendis tradendisque ministrandorum Sacramentorum regulis, parem animorum concordiam in Episcopali cœtu conspexerint, majori quoque venerationis, obsequii, ac etiam amoris sensu erga Pastores suos afficientur, seque ita eorum dicto audientes, docilesque præstabunt, ut sinceram tandem Apostolicæ Sedis definitionibus, quas universa jam pridem Ecclesia, veneratione debita complectimur, obedientiam, et observantiam omnes exhibeant.

Encyclicam Benedicti XIV. Epistolam de praxi et norma habenda in Sacramentorum administratione comendat, atque in illa contenta confirmat.

Quæ a Gallicano Clero ad pacem concordiamque Ecclesiasticam statuentur, grata futura fore Christianissimo Regi significat.

§. 3. Ipse autem Carissimus in Christo Filius Noster Ludovicus Rex Christianissimus pro eximia sua in Deum et Ecclesiam religione, ac pietate, non modo pacem, atque concordiam in suis Regnis, quantum in vobis est, restitui, et foveri lætus aspiciet: verum etiam, hac ipsa consensione vestra, magis excitabitur, ut validam opem Ecclesiæ Antistitibus præbeat, quo ipsis cunctisque animarum Rectoribus in omni sua Ditione, liberum tandem, et integrum sit, ad normam in præfata Bene-

dicti Prædecessoris epistola descriptam, Sacrorum mysteriorum administrationem moderari. Id olim ab ipso, laudatus Prædecessor Noster, studiosissime petiit, id ipsum Nos, et alias non semel et iterum hac ipsa occasione enixis votis ab eo postulare non omisimus. Quod si temporibus Nostris hoc Deus dederit, ut Gallicana Ecclesia tuis, Ven. Frater, aliorumque Sacrorum Præsulum, et Ecclesiasticorum Virorum isthic congregatorum, consiliis et studiis a tot dissidiorum perturbationibus emergat, quanta cordi Nostro futura sit lætitia, quanta Sacerdotali virtuti vestræ laus apud Apostolicam Sedem, omnesque Christiani Orbis Ecclesias accessura sit, res ipsa satis per se declarabit. Nos quidem Omnipotentis Dei opem, et gratiam hac in re tibi, tuisque consortibus, et cooperatoribus adprecantes, Apostolicam Benedictionem Fr. tuæ, universæque congregationi vestræ peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die 17. Martii 1760. Pontificatus Nostri anno secundo.

CXXVII.

Dat. die 18. Martii 1760. Ann. II.

Neapolitani Monasterii S. Claræ in statum pristinum restituitur titulus, ac munus Comissarii Apostolici, sed ejusdem Monasterii tantum.

Suppressionem muneris, et Officii Comissarii Generalis Monasteriorum S. Claræ, et S. Mariæ Magdalenæ Civitatis Neapolitanæ, novique Comissarii faciendam electionem, Pontifex hic demandavit per constit. diei 20. Jun. 1759 relatam supra sub Num. LXIII.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Quam in præcedenti constitutione sancita fuerant commemorat.

§. 1. Alias postquam pro parte Charissimi in Christo filii nostri Caroli, tunc utriusque Siciliæ et Hierusalem, nunc vero Hispaniarum Regis Catholici Nobis expositum fuerat, quod inter duo Regia Monasteria Monialium, alterum sub invocatione S. Claræ, reliquum sub titulo S. Mariæ Magdalenæ Ordinis S. Augustini Civitatis Neapolitanæ, utrumque sub gubernio Fratrum Minorum ejusdem S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, nonnullæ ortæ reperiebantur, ac vigebant lites, controversiæ, et dissentiones ex eo, quod tunc existens primodicti Monasterii S. Claræ Guardianus contendebat, ad se tamquam Commissarium Apostolicum, utriusque Monasterii spectare, sibique licere, non solum Guardianum pro tempore existentem, alterius Monasterii S. Mariæ Magdalenæ in possessionem Officii Guardianatus illi demandati immittere, verum etiam suffragia, cum res sit de Monialibus educandis, famulisque in ipso Monasterio S. Mariæ Magdalenæ recipiendis, colligere, sacris, ecclesiasticisque functionibus, quæ in Ecclesia dicti Monasterii solemniori pompa, et apparatu singulis annis, juxta ritum Ecclesiæ, sive etiam in Vestitionibus Monialium, sive earum respective Professionibus fieri solent, ac etiam Capitulis pro electione illius Suriorissæ, aliarumque Officialium, illarumque confirmatione, invitis ipsis Superiorissa, et Monialibus, ac Guardiano prædicto, interesse: ipse vero Carolus Rex, lites, et contentiones hujusmodi, per Nos dirimi, et penitus evelli plurimum desiderabat. Nos piis ejusdem Caroli Regis votis, ea in re, quantum in Domino possumus, annuere cupientes, Pastorali cura prædictorum omnium cognitione assumpta, ambarum partium rationibus maturæ perpensis, post plenum, maturumque examen, per quasdam Nostras, in simili forma brevis die 20. Junii anni proximi præteriti expeditas Literas, decrevimus et demandavimus, non licere Guardiano Monasterii prædicti S. Claræ qua commissario Apostolico Monasterii S. Mariæ Magdalenæ, explere solemnitates, et actus de quibus agebatur, invitis Guardiano, et Monialibus dicti Monasterii S. Mariæ Magdalenæ, nec non ut alter eligeretur, qui Comissarii Apostolici munus gereret, deputandus pro utroque Monasterio, arbitrio Cardinalis Protectoris, exclusis in perpetuum ab eodem officio Comissarii Apostolici, Guardianis prædictorum Monasteriorum, ac dilecto filio nostro Hieronymo S.R.E. Diacono Cardinali Columnæ nuncupato, Ordinis fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, ac supradictorum Monasteriorum apud Nos, et Apostolicam hanc S.Sedam Protectori comisimus, et mandavimus, ut eorumdem Monasteriorum S. Claræ, et S. Mariæ Magdalenæ in locum Comissarii Apostolici quacumque auctoritate, et superiorate electi, et deputati, alterum in Comis-

sarium Apostolicum, qui munus Comissarii Apostolici pro utroque Monasterio hujusmodi deputandi, arbitrio tamen dicti Hieronymi Cardinalis moderni, et pro tempore existentis Protectoris prædicti, gerere deberet, exclusis in perpetuum ab eodem officio Comissarii, Apostolici, Guardianis prædictorum Monasteriorum, auctoritate Nostra Apostolica eligeret, et deputaret; ea tamen imposita lege, ut Comissarius Apostolicus Monasteriorum prædictorum pro tempore electus, et deputatus, nullo umquam tempore quoscumque actus, nempe Guardianum S. Mariæ Magdalenæ in possessionem officii Guardianatus immittere, suffragia prædicta colligere, sacris interesse functionibus in Ecclesia prædicta Monasterii prædicti pro electione Superiorissæ aliorumque Officialium, illarumque confirmatione Capitulis faciendis, invitis Superiorissa, Monialibus, et Guardianis Monasterii prædicti S. Mariæ Magdalenæ facere posset, et valeret, et alias prout in dictis Nostris literis, quarum tenorem præsentibus, pro expresso haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Preces porrectæ pro reintegratione tituli, et muneris Comissarii Monasterii S. Claræ, exclusa omnimoda jurisdictione in monasterium S. Mariæ Magdalenæ.

§. 2. Quoniam vero dilectæ in Cbristo filiæ Abbatissa, et Moniales dicti Monasterii S. Claræ, Nobis nuper exponi fecerunt, quod inter cætera privilegia, jura, et indulta Monasterio, et Monialibus prædictis per Romanos Pontifices prædecessores Nostros concessa, et impertita per Literas Apostolicas sub plumbo expeditas, illa reperitur, quod Guardianus Monasterii S. Claræ hujusmodi pro tempore existens, Comissarius Apostolicus sit, et esse debeat, ac ipse jure electus et deputatus, ac nominatus intelligatur: ac propterea exponentes prædictæ ne Monasterium hujusmodi jure sibi competenti privatum remaneat, seu aliqua in parte privilegia imminuantur, modernum, et pro tempore existentam Guardianum Monasterii earum, in exercitium tituli, et muneris Comissarii Apostolici, cum solitis facultatibus, et privilegiis, absque eo quod Guardianus prædictus uti Comissarius Apostolicus, aliquam superioritatem, jurisdictionem, et auctoritatem supra Monasterium, Guardianum, Ecclesiam, Conventum, Moniales, et Fratres dicti Monasterii S. Mariæ Magdalenæ habeat, ct exerceat, neque in illud, illas, et illos aliqua in parte sese ingerere debeat, possit, et valeat, atque contendat, per Nos restitui, reponi, et plenarie reintegrari plurimum desiderent: Nobis propterea humillime supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune provvidere, et nt infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Guardianus Monasterii S. Claræ, iterum ad Comissarii Apostolici munus restituitur ad nutum Cardinalis Protectoris.

§. 3 Nos igitur ipsas exponentes, specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et earum singulares personas, a quibusvis excomunicationis, censuris, et pœnis si quomodolibet innodatæ existant absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, et justis, ac rationabilibus causis animum Nostrum moventibus adducti, non obstante, quod in Nostris literis prædictis cautum, et expresse præscriptum sit, ne Guardianus dicti Monasterii S. Claræ pro tempore existens, sit et esse debent Comissarius Apostolicus, sed alter ad munus idem explendum eligeretur, et deputaretur, nihilominus eidem Cardinali, moderno, et pro tempore existenti illius Guardiano electo, et eligendo dumtaxat, authoritate Nostra Apostolica pro suo arbitrio, et prudentia libere, et licite comittere, et mandare, dictumque Guardianum in Comissarium Apostolicum Monasterii S. Claræ tantum, electum, nominatum, et deputatum, ab eodem munere, et exercitio, ac ulterius Guardiani, ad sui libitum juxta datam sibi a Domino prudentiam, removere, et alium in sui locum, juxta facultates sibi competentes, et vigore præsentium concessas, firmis tamen in reliquis remanentibus dispositione, et tenora prædictarum nostrarum Literarum, illa eligere; et deputare, libere, et licite possit, et valeat.

Clausulæ sublata, et decretum irritans

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis exponentibus plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus memoratis Nostris Literis, nec non omnibus, et singulis, quæ in illis volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Martii MDCCLX. Pont. Nost. Ann. II.

Digitized by Google

CXXVIII.

Dat. die 20. Mart. 1760. Ann. II.

Confirmatio seu innovatio privilegii alias per Sedem Apostolicam concessi eligendi, et nominandi Presbyteros cujuscumque regionis ad Beneficia, seu Cappellanias Collegio, seu Convictui Monialium de Schonis nuncupat Ordinis S. Augustini Curien Diœcesis.

Literæ in forma Brevis de quibus in præsentibus fit mentio quum repertæ non fuerint in Secreteria Brevium in Tomo ad quod pertinebant, quoties eas invenire contigerit, referemus in fine hujus Anni, ubi ratio etiam habebitur de nonullis aliis, quæ pariter in prælaudata Secreteria inverso temporis ordine regestratæ reperiuntur.

Clemens PP. XIII
Ad futuram rei memoriam

Exponitur Causa hujus Brevis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo Filiæ Abbatissa, et Convictrices Collegii seu Convictus de Schonis Ordinis S. Augustini Curien Diœcesis, quod alias Nos per quasdam in simili forma Brevis die secunda Martii Anni proximi præteriti expeditas Literas, nonnulla statuta ac peculiaria privilegia, quibus ipsæ Exponentes gaudent, alias ab hac S. Sede concessa, confirmata, et approbata, de novo concessimus, confirmavimus, et approbavimus; Verum quia in dictis Nostris Literis duo capita omissa fuerant, nempe facultas quam exponentes habent, nominandi Præsbyteros cujuscumque regionis ad Beneficia seu Cappellanias eidem Collegio, seu Convictui unitas et incorporatas, nec non omnes et singulos Ministros, et Officiales sæculares pro servitio dicti earum Collegii, seu Convictus, ad earum libitum sine ulla exceptione, verentur, ne tractu temporis aliqua oppositio in præmissis fieri possit; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Facultatem hæc Collegio Monialium confirmat eligendi Presbyteros cujuscumque regionis ad Beneficia, ac Cappellanias Collegio eidem unitas.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes amplioris favore gratiæ prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictam facultatem nominandi, et eligendi Presbyteros, cujuscumque regionis, dummodo sint idonei, et ab eorum respectivis Ordinariis approbati, ad Beneficia ac Cappellanias dicto Collegio seu Convictui unitas, et incorporatas, nec non quoscumque Ministros sæculares, et Officiales dicti earum Collegii seu Convictus servitio necessarios, quam semper habuerunt, et hucusque haberi pergunt, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus et approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus omnesque et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus, et quatenus opus sit de novo concedimus.

Clausula sublata, Decretum irritans et contrariorum derogatio.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ipsis exponentibus, aliisque ad quos spectat, ac pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, sicque in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus et singulis illis, quæ in dictis Nostris Literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xx. Martii Anni MDCCLX Pontificatus Nostri Anno secundo

Digitized by Google

CXXIX.

Dat. die 26 Martii 1760. Ann. II.

De Cephaldiensis Episcopi arbitrio quoad potestatem quasi Episcopalem Sacerdoti tributam in Civitate Balneariæ, a sua Diœcesi omnino disjuncta, et absque Apostolicæ Sedis auctoritate, certiorem reddit Catholicum Regem, huncque obsecrat ut periculosi schismatis initium removere pro sua curet religione.

Literæ hac super re Cephaldiensi Episcopo ab hoc Pontifice perscriptæ habentur supra sub Num. CXXV.

Carissimo in Christo Filio Nostro Carolo Hispaniarum Regi Catholico

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo fili salutem, at Apostolicam benedictionem.

De iis quae Balneariae evenerunt certiorem Catholicum Regem facit.

§. 1. Cogitantibus Nobis de preclara, ac vere insigni pietate, quam erga Catholicam Fidem, Sanctamque Matrem Ecclesiam diuturna Christianæ vitæ institutione Majestas Tua, profitetur, dubium non est, quin bene humaniterque accipiat, quæ de Balneariæ casibus non sine multis lacrymis in Hispaniam perscribere cogimur, quum renunciatum Nobis fuerit, eorum, quæ hac in re, Neapoli, Tuo sub regimine, evenerunt, inconsulta Majestate Tua, nihil immutari fas esse: Porro sensus quoquo Nostros in adnexis paginis latius describi mandavimus, quas una cum his literis Ven: Fratri Nostro Joachimo Episcopo Sabinensi Cardinali Portocarrerio, in rebus Ecclesiæ, Tuisque negociis gerendis, solertia, religione, prudentia spectatissimo, communicari voluimus, ut ipse quoque rei gravitate perspecta, acerbissimum dolorem Nostrum, literis suis, Majestati Tuæ significarot. Non agitur modo carissime in Christo Fili Noster, de Regio Patronatu, de quo vel Tecum si libuerit, vel carissimo pariter in Christo Filio Nostro Ferdinando utriusque Siciliæ Regi illustri amica tractatio institui poterit: interim vero Majestati Tuæ persuasum esse cupimus, Nos idcirco petitas Bullas Regio præsentato neutiquam concessisse, non quia lubitum non esset voluntati Tuæ morigerari, sed quia religione detinebamur eas ob causas, quas ex adjunctis paginis Majestas Tua cognoverit.

Intollerabile Cephaldiensis Episcopi arbitrium, et mala deinde obventa enumerat.

§. 2. Id autem quod Nos modo vehemonter conturbat, summoque mœrore conficit, facinus est hactenus inauditum Caphalediensis Episcopi, qui de simplici Sacerdote, quasi Episcopum constituere ausus fuit, eidemque potestatem ordinariam ut vocant in Clerum ac Populum Balneariæ, quæ in Territorio perfecte separato, nemine contradicente a solo Romano Pontifice proficiscitur. Hoc sane per se ipsum unicuique Antistiti vero præsertim, obvium, ac patens esse debuerat, atque hoc illud erat, quod Cephalediensis Episcopus pro sua Fide, et Sacramento, Divo Petro, ejusque Successoribus præstito, Majestati Tuæ significare debuisset: tunc enim propter eximiam et singularem prudentiam, ac Religionem Tuam non tam eum excusavisses, si ab eo sacerdote in Prælatum Ordinarium instituendo, abstinuisset, verum etiam more Tuo valde commendavisses, quod Episcopus ille timore Dei perterritus tantæ offensioni, tantisque criminibus, quæ inde sequuta sunt impedimento fuisset. Siquidem palam est, quod Presbyter ad ministerium illud quasi Episcopale sic assumptus legittima missione caret, neque potestatem, quam exercet, Romano Pontifici acceptam refert neque Sedis Apostolicæ gratiam, et communionem quærit, ac proinde (proh dolor!) quidquid agit frustra, ac perperam, agit in spirituale detrimentum Balneariensis Populi; eoque insuper ejus audacia devenit, ut ordinarii quoque Prælati fines transgredi veritus non fuerit, Clericos illius Sacerdotii ordinando, quod Balneariæ Prælatis tributum non erat; tandem ea sibi quoque arrogare non puduit in Canonicis impedimentis tollendis, quæ ne quidem Episcopi sine Apostolicæ Sedis permissu, suis in Diæcesibus faciunt.

Catholicum Regem hortatur, ut schismatis initium in Balneariae Civitate pro sua auctoritate eradicet

§. 3. Hæc autem gravissima crimina non tam illi imputabuntur, quam Cephalediensi Episcopo, qui tot mala; cum posset, non solum non cavit, sed otiam dux fuit, et author, verum Nobis quoque culpæ darentur coram severissimo æterno Judice, si tam multas, gravesque offensiones, inexcusabili silentio comprimeremus: quamobrem tot Christianarum ovium perniciem ex hac Apostolica specula prospicientes, amarissimo fletu perfusi, Majestatem Tuam per viscera misericordiæ Dei Nostri, enixe quantum possumus obtestamur, ut innocentis populi misera-

tione, æternæque illius salutis amore incensus amoveri quamprimum jubeas luctuosum hoc schismatis initium, quod quidem si effeceris, quemadmodum pietate tua freti minime dubitamus, non tam gravissimam animi Nostri ægritudinem lenieris, sed quod potissimum est, Deo Opt: Max: gratissimum præstabis obsequium, qui rebus Tuis jam florentissimis, majorem in dies prosperitatem, et stabile incrementum adjiciet, cujus pignus sit Apostolica Benedictio, quam Tibi carissime in Christo Fili Nostera mantissime impertimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die XXVI. Martii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXX.

Dat. die 29. Martii 1760 Ann. II.

Illustris Principis Hohenlochici Religionem, et gesta pro Catholica fide commendat, atque ut prosequatur in landabili opere hortatur ferventissime.

Dilecto Filio Nobili Viro Carolo Philippo Principi Hohenlohico Supremo Cameræ Vetzlariensis Judici.

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Etsi non fuimus prorsus nescii eorum quæ sub fælicis recordationis Decessore Nostro gessisti, ad Catholicæ Fidei cultum, in quodam Tuæ Ditionis Oppido amplificandum, et gravium erumnarum, quas eam ob causam diutius cum perpeti, tum timere coactus fuisti, nihilosecius commemoranti hæc Tuis literis, lubenter audivimus, ut ipsi quoque Virtutem Tuam, animique robur, suffragio Nostro commendaremus. Hortamur igitur, ut in suscepto consilio pergas, et Orthodoxam Religionem Nostram, non tam Domi Tuæ, quam in eo, quod geris splandidissimo munere tueri, atqua augere studeas: Siquidem præterquamquod gratissimum Deo reddes obsequium, Apostolicæ Sedis benevolentiæ argumenta Nobilitati Tuæ non deerunt. Interea vero cum opportuna sese dederit occasio, commendationis Filii Tui immemores non erimus, atque ubi licuerit de aliquo Sacerdotio eidem gratificare, neutiquam omittemus, ac interea Nobilitati Tuæ Apostolicam Benedictionem per amanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIX. Martii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno secundo.

CXXXI.

Dat. die 1. Aprilis 1760 Ann. II.

Commendat rationem redditam ab Episcopo Elnensi circa regimen cujusdam Pareciæ, cui se prospecturum in sacra visitatione pollicitus fuerat.

Venerabili Fratri Carolo Episcopo Elnensi.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater Salutem, at Apostolicam Benedictionem.

Confugientibus ad Sedem Apostolicam, quæ Fidelium omnium Mater studiosissima, quinque Oppidulorum, seu Villarum incolis, ne unus ex antiquis eorum Pareciæ titulis extingueretur, quid aliud pro sollicitudine, ac charitate Nostra, quæ majoribus præsertim debetur, facere Nos apportebat, quam Fraternitatem Tuam literis Nostris interpellare, atque una simul consulere, ut in re tam gravis momenti, qualis est animarum cura, quæ animadvertenda sunt sedulo pensitares? quod cum partim jam fecisse Te renunciaveris, partim etiam diligentius facturum in Sacra Visitatione pollicearis, neque non modo quidquam admissurum quod Canonicis regulis consentaneum non sit, verum etiam Pareciæ illius regimini sic imposterum prospectum iri ut animarum saluti melius consulatur, susceptum primum consilium deinde vero Tuam erga Nos et hanc Divi Petri Cathedram observantiam, in ista ratione reddenda plurimum commendavimus: si quid autem in re hac perficienda, præsidio Nostro Tibi opus erit, quemadmodum etiam in aliis, quæ commissæ Tibi Diœceseos bonum respiciant, gratum Nobis erit solertiæ Tuæ morigerari, ac interea Apostolicam Benedictionem Tibi Venerabilis Frater, tuoque Gregi peramanter largimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die prim. Aprilis MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXXII.

Dat. die 16. April. 1760. Ann. II.

Ut Hasso-Cassellanum Principem in sua protectione recipiat, neque iniquas pactiones ab eo extortas dum Lutheranæ hæresi ejuravit exequutioni committi permittat, per hasce Literas hortatur.

Assiduas hujus Pontificis curas pro Hasso-Cassellano Principe habes ex pluribus supra relatis monumentis, quorum postremus est sub Num. CXX.

Carissimo in Christo Filio Nostro
Carolo Hispaniarum Regi
Catholico

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Catholici Regis potentiam, sapientiam, virtutesque laudibus commendat.

§. 1. Cum tam magna sit authoritas, atque potentia, quam bonorum omnium distributor Deus rebus Tuis, ubique florentissimis contulit, neque minor sapientiæ fama, quam ipse pariter, opitulante Divino Numine, christianis virtutibus Tuis comparasti, nemo est, qui non videat, ex Tuo patrocinio quantum boni profluere possit in Catholicæ Religionis causam, in Cassellana ditione vehementer afflictam, erigendam, sublevandamque.

Augustias, in quas Hasso-Cassellanus Princeps conjectus est pro sua erga Catholicam fidem devotione enarrat.

§. 2. Cognitum quidem Majestati Tuæ arbitramur, quod, aliquibus ab hinc annis dilectus Filius Nobilis Vir Fridericus Hassiæ Cassellanæ modo Lantgravius, ac Dominus, vivo adhuc patre, Lutherana hæresi ejurata, Catholicæ Fidei nomen dedit, quod postquam rescitum est, incredibile prorsus, quot ærumnas, atque tribulationes a domesticis potissimum perferre coactus fuerit, illud vero præ cæteris acerbissimum, quod Pater, eum adegerit durissimam quamdam conventionem eum Hassianis Populis jurejurando subscribere, qua et Patria potestate in liberos suos, et insigni avitæ hæreditatis portione, et publico Catholicæ Religionis usu, quodammodo privaretur, ac paulo post a propria domo, et cogatione in alienas terras migrare quasi compulsus, in quibus licet undique ab hæterodoxis stipatus esset, nihilo secius tamen in Catholica Fide, Deo miserante, constantissime permansit.

Suam sedulitatem exprimit cum aliis Catholicis Principibus habitam pro Hasso-Cassellano Principe.

§. 3. Vix audito Lantgravii Patris interitu, paterna charitate erga dilectum hunc Filium pluribus tentatum angustiis, valde solliciti efficaces dedimus literas Carissimis in Christo Filiis Nostris Francisco in Romanorum Imperatorem electo, ejusque Augustissimæ Conjugi, ac Ludovico Francorum Regi Christianissimo, ut quandocumque daretur occasio, iniquissima ea pacta delerent, abscinderentque, quod in Hannoviensi Comitatu fieri jam cæptum est.

Catholicum Regem hortatur, ut propria officia interponat pro Principe Hasso-Cassellano.

§. 4. Quoniam autem probe novimus, quantum officia quoque Tua ad hoc sanctissimum opus perficiendum sint valitura, hinc Majestatem Tuam enixe quantum possumus amore Dei obsecramur, ut Principem hunc virum Tuam quoque in tutelam recipias, a diris hujusmodi vinculis liberandum, veluti da comuni pace sancienda tractabitur, vel quandocumque pro eximia prudentia Tua opportunum esse censueris: divina enim, atque humana Jura omnia eo fœdere violata, Catholicorum Principum auxilium, atque præsidium deposcunt, quinimo Christus ipse pro Ecclesia, quam Sanguine suo acquisivit, qui profecto ex abundantia benedictionum suarum Majestati Tuæ, ac Regiæ soboli retribuet largiter, si ad hanc veræ incorruptæque Fidei professioni illatam injuriam sarciendam, potentissimam opem tuam adjunxeris: cujus auspicis studiosissimum pignus sit Apostolica Benedictio, quam Tibi carissime in Christo Fili Noster, amantissime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XVI. Aprilis MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXXIII.

Dat. die 19. Apr. 1760 Ann. II.

Dolet cum Poloniæ Rege Illustri quod Filius, quasdam Religioni extiosas conditiones ratas habuerit in delato illi Curlandiæ Ducatu, hortaturque, ut pacta sic corrigat, quod Catholicorum jura salva, ac tecta permaneant.

Carissimo in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ Regi Illustri

Quanta sollicitudine Pontifex hic Catholicæ Religionis observantiæ, consulerit, auxiliumque Catholicorum Principum constanter imploraverit, habes passim in monumentis supra relatis. Sic pro Germanicis Populis habes Epistolas XIX, et XX. Pro Principe Hasso-Cassellano, Epistolas XLV, CXIX, CXX, et CXXXII; contra Græcos Schismaticos Epistolas LXXVI, et LXXVIII, alibique passim.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Suum dolorem exprimit pro conditionibus Religioni Catholicæ contrariis ab novo Curlandiæ Duce acceptis habitis.

§. 1. Quum certis Nunciis, neque uno ex loco intellexerimus in deferendo Curlandiæ Ducatu Dilectissimo in Cristo Filio Nostro, et secundum carnem Tuo, Carolo, illas eum conditiones ratas habuisse, quibus Catholicæ Religionis jura partim neglecta, partim labefactata fuisse videntur, non potuimus non vehementer commoveri, ac pro Pastorali Nostra in universum Christi Gregem sollicitudine, hasce ad Majestatem Tuam literas dare, quibus conceptum ex hac re dolorem Nostrum declaramus: quod si in dominatione hætherodoxi Principis cavendum summopere fuisset, ne quidquam veræ, incorruptæque Fidei nostræ sectatoribus periculi, aut detrimenti inferretur, vides Carissime in Christo Fili Noster, multo id minus sub Catholico, et Religiosissimo Principe ferendum esse: Etsi autem in hac tanta temporum iniquitate, tantaque rerum perturbatione minime sperare licebat, ut antiquus ille, ac primævus splendor Orthodoxæ professioni restitueretur, at illud saltem expectandum non erat, ut nonnulli eidem infensi, Vestra in communem quietem optima voluntate abusi conarentur, ad dignitatem, et quasi vestigium omne Catholici nominis, in præscripta novi regiminis methodo pene delendum: id quod in pactis, conventisque novæ dominationis factum fuisse apparet, si cum veteribus Curlandici regiminis præscriptis ac formulis conferantur. Nobis quidem videtur insignem Poloniæ Regum, totiusque inclyti Regni avitæ pietati injuriam fecisse, qui hoc non modo cogitare, verum quod non sine lacrymis reminisci possumus exequi, ac perficere potuerunt.

Poloniæ Regem hortatur, ut sua authoritate et Religione, nova pacta prescribat, illaque observari minime sinat.

§. 2. In hoc igitur tristissimo rei eventu, arbitramur inservire Deo, ac muneri nostro satisfacere, si Majestatem Tuam hortemur in Domino, et per viscera misericordiæ Jesu Christi requiramus, ut eo, quo præstas catholicæ pietatis studio, Regia authoritate Tua prospicere velis, ne in iis pactis Romanæ Fidei dignitas, ac salus omnino periclitentur, sed Catholicorum in primis jura salva, ac tecta permaneant, eaque disertim explicentur, quæ sub decessoribus tuis Poloniæ Regibus explicita usque dum, atque inviolata manserunt.

Ut autem hæc omnia caute, prudenterque agat Poloniæ Regem hortatur.

§. 3. Non ignoramus id caute quidem prudenterque tractandum, agendumque, sed ea est vera, et Christiana prudentia, quæ cum summa Catholicæ Religionis custodia conjuncta est, quæque intelligit verum Dei cultum, ejusque tutelam, qua Cœli portæ Nobis patefactæ sunt, hæreditatem esse immarcescibilem, atque omni dignitate, omnique humano patrimonio prestabiliorem: quod reliquum est, Majestatem Tuam rogamus, ut hac de re alloquentem tecum Ven. Fratrem Nicolaum Serra Archiepiscopum Metelinæ auscultare non pigeat, atque insimul in optimam partem accipiat, quæ scripsimus impulsi ardentissima Tui charitate, cujus certissimum pignus sit Apostolica Benedictio, quam Tibi carissime in Christo Fili Noster amantissimo impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIX. Aprilis MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Digitized by Google

CXXXIV.

Dat. die 19. April. 1760. Ann. II.

De novationibus contra Catholicam Religionem in novo Curlandiæ Ducatu, Poloniæ Regis Confessario perscribit, eumque hortatur ut cum Rege ipso de novis hisce scandalis removendis agat.

In hoc eodem argumento vide Epistolam superiorem.

Dilecto Filio Leoni Rauchio Societatis Jesu Presbytero, Regis Poloniæ Confessario.

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Regii Confessarii virtutes comendat, et cum eo de novationibus in Curlandiae Ducatu factis conquaeritur.

§. 1. Ea Nobis inest opinio peculiaris virtutis tuæ, ut occasionem nullam Catholicæ Religionis juvandæ apud carissimum in Christo FiliumNostrum Poloniæ Regem Illustrem prætterlabi velimus, quin operam diligentiamque tuam exerceamus. Te non latebunt profecto pacta conventa cum dilectissimo in Christo Filio Nostro Carolo Curlandiæ Duce sub ejus novæ Dominationis ingressum, quæ etsi aliquantisper fuerint immutata, nihilosecius valde adhuc ab iis discrepant, quæ aliis temporibus sancita leguntur, et quidem in detrimentum sanctæ, incorruptæque fidei nostræ, cujus jura, inclyta isthæc Poloniæ Respublica jussit, voluitque semper inviolata custodiri, atque defendi: magnum equidem dolorem ex istiusmodi facto percepimus, quem nihil aliud lenire, aut mitigare potest, quam recordatio eximiæ pietatis cum optimi Regis, tum vero etiam optimi ejus filii, quorum egregia in communem tranquillitatem voluntate abuti certe videntur ii, qui Catholici Principis nomine opprimere, aut delere se posse quod reliquum erat in Curlandia Orthodoxæ disciplinæ dignitatis, ac decoris sunt arbitrati.

Consilia, et auxilium Regii Confessarii pones Poloniae Regem, novumque Curlandiae Ducem ad novationes tollendas requirit.

§. 2. QuamobremApostolicæ servitutisNostræ rationemDeo daturi, prætermittera non potuimus, quin adhortationes Nostras, atque Paterna monita ad utrumque specialibus literis, imitteremus quæ idcirco, ut ipse quoque consiliis Tuis fulcias, et adjuves. enixe petimus pro co Catholicæ fidei defendendæ studio, quod etsi omnibus Christi Administris pernecessarium est, tum vero iis, maxime qui Regum, atque Summorum Principum animos in viam mandatorum Domini perducendos dirigendosque suscipiunt. Nos porro sicuti principio diximus de tua sollicitudine neutiquam dubitamus, verum locus, ac tempus nunc est, ut hanc ipsam experiamus: quod si piissimum Regem induxeris, ad ea pacta corrigenda, et pristinam dignitatem Catholicæ disciplinæ restituendam non tam Nobis rem gratissimam feceris, verum etiam Regio nomini gloriosissimam, et quod omnem superat laudem, Deo optimo maximo acceptissimam: quod ut prospere, ac feliciter adoriaris, Apostolicam Benedictionem amanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIX. Aprilis MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXXV.

Dat. die 19 April. 1760. Ann. II.

In eodem Argumento, novo Curlandiæ Duci Epistolam mittit.

Dilectissimo in Christo Filio Nostro Carolo Curlandiæ Duci.

Clemens PP. XIII.

Dilectissime in Christo fili salutem, et Apostolicam Benedictionem.

De novo Curlandiæ Ducatu illi delato gratulatur, et pro novis pactis Religioni Catholicæ contrariis valde conquaeritur.

§. 1. Etsi propter delatum Tibi Curlandiæ ducatum, ex recenti ista accessione, atque amplificatione dignitatis Tuæ, satis magnam lætitiam, voluptatemque capiebamus, tamen non possumus non confiteri vehementer,Nos perturbatos fuisse, ubi perspeximus, Te in ingressu novæ dominationis, certa quædam pacta, conventaque rata habuisse, quibus Catholica Religio non leve detrimentum accepisse videtur. Itaque pro paterna Nostra erga Te charitate, proque Pastorali in universam Christianam Rempublicam sollicitudino cogimur his litteris amantissimæ hortationis officium complecti, quamvis autem, nec Tibi ipsi consilium desit, et charissimi in Christo Filii Nostri Augusti Poloniæ Regis Illustris Patris Tui benevolentia, fidelisque prudentia Tibi omnibus in rebus, multoque magis in iis, quæ ad Religionem pertinent, præsto futura sit, patere tamen

dilectissime in Christo Fili Noster Apostolicæ etiam charitatis monitum aliquod ad Te pervenire.

Terrena Dominationes habere possunt honoris vocabulum, non veritatis, nisi sint cum Catholica Religione conjunctæ.

§. 2. Crede igitur Nobis Tui quidem amantissimis, amplissimum istum dignitatis, atque dominationis gradum, quem Divina suffragante misericordia es consequutus, habere quidem posse honoris vocabulum, sed non veritatem, nisi idem sit cum Catholicæ Religionis salute, et dignitate conjunctus: Quomodo enim omnipotenti Deo, qui est Rex Regum, et Dominus Dominantium grata, acceptaque contingere unquam potest Dominatio illa, quæ ab aliquo sanctissimæ incorruptæque fidei illato vulnere exordium sumpserit? Hoc autem in iis pactis, quæ supra commemoravimus sin minus, apertissime factum, multis tamen prætermissis, vel ambigue tantummodo vel leviter indicatis, quasi per cuniculos tentatum ab iis, quibus nihil optatius videtur esse, quam ut in isto Tui novi Principatus regimine, nullæ Catholici Numinis, ac dignitatis reliquiæ palam eniteant: Illud certe miramur, homines istos eo calliditatis, atque versutiæ devenisse, ut sub Catholico Principe, tantique Regis filio conati sint, quod sub hæterodoxo ausi certe nunquam fuerunt.

Ut Adversariorum Catholicæ Religionis molimina vitet et se ab eorum periculosa societate separet hortatur.

§. 3. In tanto igitur Divinarum rerum periculo talem te esse oportet, dilectissime in Christo Fili Noster, qui primum in iis omnibus, quæ Catholicæ Religionis jura respiciunt, eorum artes, atque molimina plane cognoscas, deinde vero ab eorum periculosa Te societate sejungas, cum quibus uti arbitramur, non Tuus Te delectus, atque judicium, sed temporum fortassis rationes, et vincula conjunxerunt, denique ut Nobis, bonisque omnibus, aut socium, aut etiam Ducem Te præbeas ad sanctissime fidei decus illic redintegrandum; Nihil enim ex omnibus rebus humanis preclarius est, atque præstantius, quam de ipsa Catholica Religione, quæ mistica illa Navis est, quæ sola ducit ad æternæ beatitudinis portum, bene mereri. Hæc si, et ages, et senties, Nobis erit cur novæ isti dignitati iterum, iterumque gratulemur, atque a largitore bonorum omnium Deo summis precibus expetamus, ut Te Ecclesiæ Catholicæ filium optimum, magis, magisque in dies ornare, atque augere velit: quod quidem et animo ominati Apostolicam Benedictionem, Tibi, dilectissime in Christo fili Noster ex intimis charitatis visceribus depromptam impertimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die XIX. Aprilis MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Catholica Religio, est mystica Navis, quæ sola ducit ad æternæ beatitudinis portum

---

CXXXVI.

In eodem Argumento Gnesnensis Archiepiscopi adjutrices operas provocat.

Dat. die 19. April. 1760. Ann. II.

Ven: Fratri Uladislao Archiepiscopo Gnesnensi.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Pontificiam suam sollicitudinem pro Catholicæ Religionis honore, exprimit.

§. 1. Pontificiæ Nostræ sollicitudinis, quæ ad universam Christianam Rempublicam pertinet cogimur partem aliquam derivare in Fraternitatem Tuam, eidemque Catholicam Religionem a studiosis rerum novarum in Curlandia perturbatam, quam diligentissime commendare: Nos sane ubi accepimus, novum ejusdem Curlandiæ Ducem factum dilectissimum in Christo Filium Nostrum Carolum, quem, et sua, et Paterna pietas, Romanæ Ecclesiæ, Nobisque arctissime devinxit, sperabamus, Catholicam Religionem ipsam, sin minus florenti, at saltem iniquiore loco, ac conditione neutiquam fore, sed vehementer dolemus rem aliter cecidisse, ut potius per occasionem novæ Dominationis plura quam antea detrimenta Nostræ causæ fuerint importata.

De novis pactis, et conventionibus in Curlandiæ Ducatu introductis conqueritur.

§. 2. Ejusmodi enim pacta, atque conventa statuta sunt, ut nulla Orthodoxæ Fidei ratio habita fuisse videatur, perinde, ac si ea ditione, quæ inclyti Poloniæ Regni feudum est, nullus Catholici cultus vigor, nullusque splendor in posterum apparere deberet; in quo cum multa sunt admodum deploranda, tum nihil minus est ferendum, quam quod Nostri nominis hostes jam non per hæterodoxum, suique similem sed per Catholicum Principem, et Regis optimi filium optimum, veræ fidei professioni periculum inferre non pudeat, et quam vi delere adhuc non potuerunt, eam Orthodoxi Principis Nomine oppressuros se arbitrentur.

Gnesnensis Archiepiscopi auxilium implorat, in proximis etiam Poloniæ Regni

§. 3. Hanc tantam injuriam, quum pro imposita humilitati Nostræ universi Dominici Gregis cura dissimulare minime possimus, Fraternitatem Tuam, summo animi studio hortamur, ut ejus

Digitized by Google

defensam suscipias, atque si opus fuerit in proxime futuris Regni comitiis enitare contendas, efficias, utTua commendatione,Tuo studio, Tua authoritate alii quoque excitentur, Venerabiles Fratres Poloniæ Antistites, ut eadem sanctissima religio nostra pristinum gradum, ac locum in pactis conventis obtineat, qua in re certo certius confidimus, apud piissimum quoque Regem Vestrum gratiam Vos maximam inituras, si a durissimis ejusmodi vinculis optimæ spei Regium Adolescentem liberaveritis; communis hæc quidem Nobis Tecum Venerabilis Frater, cogitatio, et cura debet esse. Sed opera, et diligentia Tua huic sane rei conjunctior est, cum propter amplissimam dignitatem quam in Ecclesia, istoque in Regno sustines, tum propter peritiam qua prestas rerum omnium vestrarum: quid optimum factu sit his miseris, turbolentisque temporibus, non latebit profecto sapientiam Tuam; Nos autem de optima voluntate, eximiaque prudentia minime dubitamus, hancque ob causam Ven: Fratri Nicolao Metelinæ Archiepiscopo Apostolico Nuncio perscripsimus, ut Te in primis consuleret, ut collatis consiliis, conjunctisque studiis, quæ salubrior videbitur medendi ratio iniri possit: quare plura non dicimus ad cohortandam Fraternitatem Tuam, res enim ipsa per sese loquitur vel Christus potius pro sua sanctaque Ecclesia, atque is labores omnesTuos, Tuamque vigilantiam largissime compensabit, cujus rei auspicium optimum sit Apostolica Benedictio, quam ex intimo cordis affectu depromtam Fraternitati Tuæ peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIX. Aprilis MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Hortatur ut cum Apostolico Nuncio propria studia conjunget pro removendis Catholicæ Religionis damnis

CXXXVII.

De iisdem novationibus in Curlandiæ Ducatu, cum Livoniensi Episcopo agit.

Dat. die 19. Aprilis 1760. Ann. II.

Venerabili Fratri Antonio Casimiro Episcopo Livoniensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, at Apostolicam benedictionem.

§. 1. Quantum animo simus perturbati, propter eas pactiones, sive, uti vocant reversales, quas dilectissimus in Christo Filius Noster Carolus in ingressu Curlandici Ducatus jurejurando servaturum sa fore adpromisit, Tuæ sapientiæ erit, Venerabilis Frater, existimare: sive enim earumdem novitatem, siva exemplum aliis ad Catholicorum jura evertenda in iis proditum cum animo recogitamus, omnia sunt ejusmodi, ut gravissimum inde Orthodoxam Fidem nostram vulnus accepisse videamus, ex quo magnum equidem dolorem hausimus, sed non tantum adhuc, quantum pro imposita nobis totius Christiani Gregis custodia videmur debere non dissimulabimus, tamen solatium aliquod ægritudini Nostræ afferre virtutis Tuæ opinionem, ac studium catholicæ Fidei defendendæ, quo flagrare Te audivimus, ut tantum dedecus Catholicae disciplinæ inflictum aboleatur.

Pontificium exprimit dolorem pro innovationibus in Curlandiæ Ducatu.

§. 2. Ad Te enim maxime pertinent oves illas signatas sanguine Christi, quæ sunt ex Tuo Ovili, ab hostium insidiis tueri, ea cum libertate Episcopo vera digna, qua decessores Tui usi fuere. Quod si ultimus ex iis nonnullis ab hinc annis palam conquestus fuit, Catholicæ Religionis jura in Curlandia periclitari, eaque propter desideria Ecclesiæ suæ in Conventu Venerabilium Fratrum Poloniæ Antistitum exposuit, quid Tibi modo agendum erit, cum isthæc ab pacta neglecta prorsus ac ferme pessumdata fuerint? Certe tempus nunc est non desideria modo, sed lacrymaa atque suspiria edendi, illudque propterea diligenter, ac fortiter efficiendi, quod Venerabili fratri Nicolao Metclinæ Archiepiscopo, Nostroque Apostolico Nuncio principio recipisti, Te scilicet omnem moturum lapidem, ut macula hæc Catholicæ professioni inusta

Episcopi proprium est, proprias oves ab hostium insidiis tueri.

Digitized by Google

deleatur, et vero etiam Tuæ ipsius Episcopalis jurisdictionis damnum sarciatur: qua quidem in re, neque minuetur, neque tepescet, sanctissimus ardor iste Tuus, quemadmodum Divina miseratione freti confidimus, et quantum possumus in Domino vehementer monemus.

Cæteras hac de re perscriptas Epistolas enunciat, pro damnis illatis Catholicæ Religioni removendis.

§. 3. Nos quidem ne impositæ Nobis Apostolicae servituti deficeremus, literas dedimus carissimo in Christo Filio Nostro Poloniæ Regi Illustri, ejusque secundum carnem, Nostro autem in Christo pariter dilectissimo Filio Carolo Curlandiæ Duci, dedimus etiam ad ven. fratrem Archiepiscopum Gnesnensem, quibus diligentissime hortati sumus, atque etiam obsecravimus, ut patrocinium veritatis suscipiant, et ad propulsandam illatam Catholicæ Religioni injuriam, omni sua ope, atque auxilio adesse velint sicuti arctissima istius Reipublicæ cum Apostolica Sede conjunctio, ejusdemque prestantissimi Regis, optimique Filii religiosæ mentes, et sincera pietas postulant; Sed in fraternitatem Tuam oculos, animumque Nostrum in primis convertimus, etenim Diæcesis Tuæ causa agitur, cum qua Catholicæ Religionis Dignitatem consociatam esse intelligis quare incumbe, Venerabilis Frater in eam curam, et cogitationem, quæ maxima omnium Tibi esse debet, ut aliqua ineatur ratio catholicæ rei in pristinum locum restituendæ nunc maxime, dum instat jam, et adpropinquat Comitiorum tempus, quæ ex inclyto isto Regno haberi solent: quodquidem si naviter ac sedulo aggrediaris, dederitque Dominus incrementum laboribus Tuis nihil gratius Nobis, et Apostolicæ huic Sedi contingere poterit quamquam illud volumus, ut in toto hoc negocio, non Nos ipsos et gratiam Romanæ Sedis tantum, sed quod potissimum est Dei optimi maximi unicum ac verum cultum, sanctamque Ecclesiam Christi sanguine fundatam intuearis, atque interea Apostolicam Benedictionem peramanter largimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris 19 Aprilis 1760. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Livoniensem hortatur Episcopum ut in proximis Regni comitiis Catholicæ Religionis causam agere, et protueri curet.

CXXXVIII.

Separatio, et dismembratio Ecclesiæ S. Petri a Colonnello Salernitan. Diœcesis a Monasterio S. Mariæ Matris Domini dictæ Diœcesis, cum unione dictæ Ecclesiæ, illiusque fructuum favore Collegii Sanctæ Jesu familiæ in Civitate Neapolitana pro Sinensibus, et Indis, cum obligatione alendi alios quatuor Alumnos.

Congregationem Presbyterorum Secularium seu Collegii sub titulo Sacræ Familiæ Jesu Christi in Civitate Neapolitana, pro eruditione Juvenum Sinensium, ac Indorum approbavit, et confirmavit Clemens XII. Constit. edit. anno 1732 Aprilis 7. Regulas, et Constitutiones præfatæ Congregationis confirmavit Pontifex idem Constit. altera anni 1735., Martii 22. Quæ vero hic memoratur Benedicti XIV. Constit. super unione Abbatiæ S. Petri de Ebumbo præfato Collegio, non reperitur impressa in hujus Pontificis Bullario.

Clemens Episcopus
Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Quanta Ecclesiæ Dei commoda, et bona proveniant ex Ecclesiasticorum Collegiorum institutione, eorumque præcipue in quibus e remotis regionibus in falsæ Religionis tenebris ac supertitionis erroribus misere jacentibus aliqui adolescentes, quorum indoles et voluntas spem afferrat eos Ecclesiæ Ministeriis, et veræ fidei propagationi assidue inserviturος, antequam alicujus vitii macula notentur, pietate, religione, scientiis, sacrisque cæremoniis informantur provide considerantes, pro supremi muneris Nostri debito, quantum Nobis datum est Collegia ipsa, et Alumnorum numerum amplificare non detrectamus, pro ut expedire in Domino conspicimus.

Collegia Ecclesiastica pro erudiendis Adolescentibus ad Missiones peragendas, laudibus comendat.

§. 2. Alias siquidem felicis recordationis Clemens Papa XII. Prædecessor Noster fundationem Collegii sub titulo Sacræ familiæ Jesu Christi extra Civitatem Neapolitanam siti, curæque, et directioni Congregationis Presbyterorum secularium commissi, ad hoc ut in eo Alumni Sinenses et Indi, qui ex iis regionibus ad Catholicæ fidei addiscenda præcepta ad Sacerdotalem amplectendum statum, ac sese in Patriam

Erectionem hujus Collegii, et instituti præstantiam commemorat.

reversos ad annuntiandum Christi Evangelium parandos advenissent, educarentur, ejusdemque Collegii Constitutiones, et regulas Apostolica ejus auctoritate confirmavit, et approbavit, successive vero ejusdem recordationis Benedictus Papa XIV. Prædecessor Noster intendens, pium dicti Collegii opus Sinensium, et Indorum nationibus adeo utile et salutare totis viribus promovere, illudque temporalibus vitæ subsidiis providere communire, Motu ejus proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Monasterium Abbatiam nuncupatum Sancti Petri de Ebumbo, seu Eboli Ordinis Sancti Benedicti Salernitan. Diœcesis, quod tunc in humanis agens Marius Millini etiam tunc unius ex Causarum Palatii Apostolici Auditoribus, et postea S. R. E. Cardinalis in commendam ad sui vitam ex concessione, et dispensatione Apostolicis tunc pariter obtinebat, ex tunc et cum primum Monasterium præfatum ex persona dicti, Marii quovis modo illius commenda cessante vacavisset, cum annexis quibuscumque, ac omnibus illius bonis, et pertinentiis, nec non quibusvis fructibus, redditibus, ac proventibus certis, et incertis sub certis modo et forma tunc expressis eidem Collegio pro illius antea exiguæ dotis augmento donec tamen idem Collegium in dicta Civitate Neapolitana extiterit, Apostolica ejus auctoritate univit, annexit, et incorporavit, prout in prædicti Benedicti Prædecessoris Litteris desuper expeditis plenius continetur.

Benedictus XIV. hoc institutum protexit, et redditibus auxit.

§. 3. Cum autem, sicut accepimus, postquam unio præfata effectum suum sortita fuit, juxta dicti Collegii redditus, et obligationem subinde per dictum Benedictum Prædecessorem impositam, hactenus sexdecim Adolescentes, quorum videlicet octo Sinenses, et Indi, reliqui vero octo ex Nationibus Turcarum dominio subjectis, pro tempore in eo recepti, et educati, sacrisque litteris imbuti postea ad Sacros ordines promoti fuerint, ipsique ad Patriam respective reversi, Catholicam Religionem benedicente Domino mirabiliter propagarint, et propagare peragant, per opportunum etiam in Domino existimamus numerum dicti Collegii Alumnorum alia temporalia subsidia ipsi applicando, augere.

Refertur utilitas ex hoc instituto erga Infideles ad Catholicam Fidem conversos et quantum intersit Alumnorum educandorum numerum augere

§. 4. Cumque, sicut etiam accepimus, dicti Monasterii fundis per Benedictum Prædecessorem præfatum eidem Collegio, ut præfertur, proxima sint bona sine cura Ecclesiæ, seu Cappellæ Sancti Petri a Colonello, seu la Petruccia vulgo nuncupatæ dictæ Salernitanæ Diœcesis, aut in ea perpetuo simplicis Beneficii Ecclesiastici sub invocatione, seu ad Altare ejusdem Sancti, quæ seu quod a Monasterio Abbatia etiam nuncupato Sanctæ Mariæ Matris Domini præfati Sancti Benedicti, seu alterius Ordinis ejusdem Salernitanæ Diœcesis dependet, aut alias illi canonice unita, seu unitum existet, si dicta sine cura Ecclesia, seu Cappella, aut Beneficium hujusmodi, prævia illius a Monasterio secundo dicto ejusque Mensa Abbatiali separatione, e quatenus opus sit dismembratione cum illius bonis eidem Collegii redditibus augerentur, ut postquam infrascripta etiam unio suum fuerit sortita effectum, alii quatuor adolescentes in Alumnos recipi, et in eo educari possint. Ac ad id Venerabilis Fratris Nostri Nicolai Xaverii Sanctæ Mariæ moderni Episcopi Cyreuen., qui Monasterium Secundo dictum in commendam ad sui vitam ex simili concessione, et dispensatione Apostolicis ad præsens obtinet, expressus accedat assensus.

Postolatio pro reunione bonorum Cappellæ S. Petri præfato Collegio.

§. 5. Intendentes propterea juxta Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis de Propaganda fide præpositorum, a qua dictum Collegium dependet votum, et consilium Nobis oblatum ejusdem Collegii institutionem adeo utilem, et de Catholica Religione benemeritum, ac remotissimis regionibus salutarem, quantum in Domino possumus, ampliare, modernosque ipsius Collegii Superiorem, ac Presbyteros, et Alumnos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ipsosque, et eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, Motu-Proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine dictam sine cura Ecclesiam, seu Cappellam, aut Beneficium hujusmodi una cum ejus proprio territorio, et pertinentiis suis, cujus et ejusdem Territorii, ac pertinentiarum hujusmodi fructus, redditus, et proventus Nonagiota quinque Ducatorum auri de Camera hujusmodi secundum communem æstimationem, valorem annuum, ut etiam ac-

Ex S. Congregationis de Propaganda fide voto, et consilio, prudens, et utilis habita fuit memorati Collegii amplistio.

Cappella S. Petri a Colonnello, ejusque bona nunc pro tunc, et quatenus vacare contigerit ex Abbatia Matris Dei in Salernitana Diœcesi perpetuo disjungitur, et separatur.

cepimus, non excedunt, ex nunc prout ex tunc, et e contra, ac cum primum Monasterium secundo dictum illius commenda per cessum etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu privationem aut dimissionem, seu amissionem, seu religionis ingressum, vel Professionis emissionem dicti. Nicolai Xaverii Episcopi, vel alias quovis modo etiam apud Sedem Apostolicam cessante vacare contigerit, etiamsi actu nunc quovis modo, quam etiamsi ex illo quævis generalis reservatio, etiam in corpore juris clausa resultet, præsentibus haberi volumus pro expresso, vacet, a Monasterio secundo dicto ejusque Mensa Abbatiali harum serie sejungimus, et separamus, et quatenus opus sit etiam unionem quamcumque dissolvendo, Apostolica auctoritate dismembramus.

Eadem Cappella, et bona, redditus, atque proventus nunc pro tunc Collegio præfato uniuntur, et incorporantur quousque Collegium præfatum in Neapolitana Civitate extiterit.

§. 6. Eamdemque sine cura Ecclesiam seu Cappellam, aut Beneficium hujusmodi per Nos, ut præfertur sejunctam, et separatam, ac etiam dismembratam, seu sejunctum, et separatum, ac etiam dismembratum etiam ex nunc, prout ex tunc, et e contra, ac cum primum Monasterium secundo dictum ex persona dicti Nicolai Xaverii Episcopi, illius commenda quovis modo, ut præfertur cessante vacaverit, seu vacet: ac ita quoque illam, seu illud, quatenus eadem sine cura Ecclesia, seu Cappella, aut Beneficium hujusmodi ab eodem secundo dicto Monasterio minime dependens, seu ipsi, ut præfertur unita, seu unitum non existeret, dictusque Nicolaus Xaverius Episcopus, illam seu illud ex concessione, et dispensatione paribus in similem commendam ad sui vitam obtineret, ex nunc pariter, et ex tunc, et e contra, ac quando illud seu illa ex ejusdem Nicolai Xaverii Episcopi, ut præfertur, vel ex alterius cujuscumque persona, ut alias quovis modo etiam apud Sedem prædictam vacare contigerit, seu etiam vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio, provisio, et omnimoda alia dispositio juxta Lateranensis statuta Concilii ad Sedem Apostolicam præfatam legitime devoluta existat cum dictis Territoriis, et pertinentiis, nec non omnibus, et singulis bonis, rebus, proprietatibus, et juribus, nec non illius fructibus, redditibus, ac proventibus præfatis ad dictam sine cura Ecclesiam, seu Cappellam, aut Beneficium hujusmodi quovis modo spectantibus, et pertinentibus, dicto Collegio, ad infrascriptum tamen effectum, et non alias, ac donec, et quousque dictum Collegium in dicta Civitate Neapolitana permanserit, ita quod statim ac Monasterii secundo dicti commenda, ut præfertur, cessaverit, seu dictæ sine cura Ecclesiæ, seu Cappellæ, aut Beneficii hujusmodi vacationis casus, ut præfertur, evenerit, liceat præfatis modernis, seu tunc existentibus ejusdem Collegii Superioribus, et Præsbyteris dictæ sine cura Ecclesiæ, seu Cappellæ, aut Beneficii hujusmodi, illiusque Territoriorum, et pertinentiarum, ac bonorum, rerum, proprietatum, et jurium quorumcumque, nec non fructuum, redditium, ac proventuum præfatorum, veram, realem, et actualem possessionem per se vel alium, seu alios ejusdem Collegii nomine, propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam retinere, dictaque bona res, et proprietates locare, dislocare, arrendare, illorumque fructus, redditus, proventus, et emolumenta quæcumque in quibusvis rebus consistentia, et quomodocumque et qualitercumque ex eis provenientia, exigere, percipere, levare, ac pro substentatione infrascriptorum Alumnorum convertere, Diœcesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, supportatis tamen per præfatum Collegium, et pro eo per modernos et pro tempore existentes illius superiorem, et Presbyteros præfatos omnibus et singulis dictæ sine Ecclesiæ, seu Cappellæ, aut Beneficii hujusmodi oneribus dicta Apostolica auctoritate, Motu, et potestatis plenitudine paribus, earumdem tenore præsentium unimus, annectimus, et incorporamus.

Unionis casu advento, præcipitur ut Alumnorum numerus ex sexdecim ad viginti augeatur.

§. 7. Statim ac autem Monasterii secundo dicti commenda, ut præfertur cessaverit, et dismembrationi præfatæ locus factus fuerit, seu dictæ sine cura Ecclesiæ, seu Cappellæ, aut Beneficii hujusmodi vacationis casus, ut præfertur, evenerit, per easdem præsentes constituimus, ac præcipimus, et mandamus, quod præter et ultra numerum sexdecim Alumnorum, per Benedictum Prædecessorem præfatum, ut præfertur constitutum, alii quatuor Alumni, quorum videlicet duo Sinenses, et Indi, reliqui vero duo sint ex supramemoratis aliis Turcarum Dominio subjectis Nationibus: Itaut dicti Collegii Alumni non modo sexdecim, sed viginti numerentur, in idem Collegium recipi, ali, et substentari, ac in eo educari, instrui, ac erudiri debeant per integrum consuetum tempus, ac iisdem prorsus modo et forma, quibus alii primævi dicti Collegii Alumni in eo permanse-

runt, et permanent, ac permanere solent. Ac propterea etiam expresse sancimus, quod dicti moderni, et pro tempore existentes dicti Collegii Superiores, et Presbyteri secundodictæ Congregationi, a qua, ut præfertur, Collegium præfatum dependet, de receptione, educatione, ac profectu dictorum quatuor Alumnorum, ac alias in omnibus, et per omnia rationem reddere teneatur.

Hunc Collegium eximit a Quindenniis, annatis, aliisque juribus Cameræ Apostolicæ, et S. R. E. Cardinalibus pertinentibus.

§. 8. Præterea indemnitati dicti Collegii consulere volentes, et attento quod illud a primodicta Congregatione etiam ut præfertur, dependet Collegium præfatum, ab annatarum, quindenniorum communium, minutorum, aliorumque jurium Cameræ Apostolicæ, ac etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac Romanæ Curiæ Officialibus de annatis, quindenniis communibus, minutis, et aliis juribus præfatis quomodolibet participantibus, eorumque respective Collegiis ratione sejunctionis, separationis, dismembrationis, ac unionis hujusmodi debitorum solutione, et præstatione, auctoritate, et tenore præfatis omnino eximimus, et liberamus, liberumque, et exemptum omni futuro tempore fore, et esse volumus, et mandamus.

Quaslibet futuras provisiones de eadem Cappellania, et bonis præter quam ad comodum præfati Collegii prohibet, et quas fieri in posterum forsitan diversimode contigerit, irritat.

§. 9. Decernentes dictam sine cura Ecclesiam, seu Cappellam, aut Beneficium hujusmodi ex nunc prout ex tunc prædicto Collegio unitam, annexam, et incorporatam, seu unitum, annexum, et incorporatum esse, et fore, ac ex nunc plenum jus eidem Collegio in illa, seu illo vere, et non ficte acquisitum existere, ipsumque Collegium beneficio regularum Nostrarum, et Cancellariæ Apostolicæ de non tollendo jure quæsito, ac de annali, et triennali possessoribus, gaudere, dictamque sine cura Ecclesiam, seu Cappellam, aut Beneficium hujusmodi Commenda Monasterii secundodicti, seu ejusdem sine cura Ecclesiæ, seu Cappellæ, aut Beneficii hujusmodi quovis modo cessante ad hoc ut de illa, seu illo in alterius quam dicti Collegii favorem disponi possit, minime vacare posse, ac ex nunc omnes et singulas collationes, provisiones, commendas, et quasvis alias dispositiones de eadem sine cura Ecclesia, seu Cappella, aut Beneficio hujusmodi quovis modo vacatura, seu vacaturo, aut vacante tam conjunctim cum Monasterio secundo dicto, quam ab illo separatim etiam per Nos, et Romanum Pontificem pro tempore existentem, et Sedem eamdem, vel illius etiam de latere Legatos cum quibusvis clausulis, et decretis in alterius quam præfati Collegii favorem faciendas tamquam præter, et contra mentem, et intentionem Nostras factas, nullas, et invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, et esse, nullumque per eas cuiquam jus acquiri, vel etiam coloratum titulum possidendi tribui posse.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Præsentes quoque Nostras Literas nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel quacumque causa, quantumvis juridica, et legitima de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatie vitio, seu intentionis Nostræ, vel quopiam alio defectu, aut ex alia quavis causa notari, impugnari, invalidari, aut alias quomodolibet infringi, aut per Nos, et Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, et Sedem præfatam revocari, suspendi, restringi, limitari ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus eas restitutionis in integrum, aut quodcumque aliud grave justitiæ, vel facti remedium impetrari aut illis in aliquo derogari nullatenus unquam, nec sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, ac Cancellariæ præfatæ regulis unionum effectum suum non sortitarum revocationis, a Nobis et quibusvis Romanis Pontificibus Successoribus Nostris emanatis, et emanandis, comprehendi, vel confundi, sed tamquam pro ampliatione dicti Collegii ad bonarum artium cultum, fideique Catholicæ propagationem instituti factas, semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenariæ reintegratas, ac de novo concessas esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ob omnibus ad quos spectat, et pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum ejusdem Palatii Apostolici Auditores, ac præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere legatos, Vice-legatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quavis causa et instantia, judicari et definiri debere, irritumque, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus Nostris, et Cancellariæ Apostolicæ præfatæ regulis de exprimendo vero annuo Beneficiorum

Ecclesiasticorum valore in dismembrationibus, et unionibus, deque illis ad partes committendis, vocatis quorum interest, ac Lateranensis, et aliorum etiam generalium Conciliorum uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis, ac etiam Beneficia unius Diœcesis cum aliis Beneficiis, Collegiis, et locis alterius Diœcesis uniri prohibentium, nec non felicis recordationis Pii PP. IV. de gratiis interesse dictæ Cameræ concernentibus infra certum tunc expressum tempus in ea registrandis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, et universalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus vel generalibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Monasterii secundo dicti, et Ordinis cujus illud existit etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, Privilegiis quoque Indultis, et Literis Apostolicis quibusvis Superioribus, et Personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet facien. concessis, confirmatis, et innovatis; Quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, et formis specialis, specifica, expressa, et individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso et forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide Motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ absolutionis, sejunctionis, dismembrationis, unionis, annexionis, incorporationis, constitutionis, præcepti, mandati, exemptionis, liberationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Septingentesimo sexagesimo Kalendas Maii Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXXIX.

Quæ contra homicidas, et deferentes arma prohibita, Benedictus XIV. pro Diœcesibus et Locis Parmensi, Placentina, Burgi S. Domnini, et Guastallæ sanciverat, eadem extendit ad Terras, loca. et Oppida directi dominii, seu ditionis temporalis Placentinæ, in Diœcesi Papiensi.

Contra homicidas, vel de homicidio condemnatos, vel diffamatos, peculiares sanctiones ordinavit Pius II. constit. edit. ann. 1461 Febr. 28. De hac etiam materia pro Urbe Roma, et districtu, habetur Constit. Pauli II. edit. ann. 1466 Sept. 22. Contra Barones, et Comunitates non custodientes loca contra bannitos, habetur Constit. altera Julii II. edit. Anno 1503 Nov. 8. Itemque Leonis X. Anni 1518 Sept. 1. Ampliavit, et approbavit præcedentes constit. Clemens VII. constit. sua Anni 1524 Junii 12. Nec non Julius III. constit. Anni 1552. Sept. 22 quas sanctiones confirmavit etiam Pius IV. revocata quacumque facultate gratiandi homicidas constit. edit. Anno 1561 Jun. 6. Eas innovavit, et confirmavit Pius V. constit. edit. Anno 1566 Julii 3. Præcedentes Apostolicas Constitutiones contra homicidas aliosque capitaliter bannitos confirmavit Gregorius XIII., seviores pœnas infligens contra auxiliatores, receptatores, et Comunitates eos non persequentes. Const. edit. Anno 1580 Jul. 11. Eas etiam innovavit, et ampliavit Sixtus V. constit. edit. Anno 1585 Jul. 1. Franchitias pro homicidis abolevit Innocentius XI. constit. edit. Ann. 1687 Maii 12. Ne homicidis concedatur facultas redeundi absque Pontificis mandato prohibuit Innocentius XII. constit. edit. Anno 1692 Maii 22. Contra homicidas, et deferentes arma prohibita in Alma Urbe, et Statu Ecclesiastico adest Constit. Clementis XII. edit. Anno 1735 Febr. 1. Quæ omnes reperiuntur in Bullario Mainardi. Omnes, et singulas contra homicidas Constitutiones Apostolicas ad petitionem Magistratum respectivorum locorum, extendit Benedictus XIV. ad Civitates, Terras, et loca Diœcesis Parmensis, Placentinæ, Burgi S. Donnini, et Guastallæ per constit. edit. Anno 1752 Januarii 26 relat. in ejus Bullario, atque in præsenti integre inserta.

Digitized by Google

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam.

Exponitur id quod a Benedicto XIV. hac de re actum fuerat.

§. 1. Alias sicut accepimus, fe-
licis recordationis Benedictus PP. XIV.
Prædecessor Noster ad supplicationem
dilectorum filiorum Senatus, Magistra-
tus, Communitatum, et Universitatum
respective Civitatum, et Terrarum, ac
locorum Diœcesis Parmensis, Placentinæ,
Burgi Sancti Domnini, et Guastallæ Con-
stitutionem a rec. me. Clemente PP. XII.
Prædecessore itidem Nostro contra ho-
micidas pro ditione, et statu tunc suo,
nunc Nostro Ecclesiastico ad Civitates,
Terras, loca, et Oppida Diœcesum præ-
dictarum extendit, et ampliavit per suas
in simili forma Brevis Litteras tenoris
sequentis, videlicet. = Benedictus PP. XIV

Refertur tenor Literarum Benedicti XIV.

» Ad perpetuam rei memoriam. Alias
» felicis recordationis Clemens PP. XII.
» Prædecessor Noster per suas sub plum-
» bo expeditas Literas, nempe IV. Ka-
» lendas Februarii Anno Incarnationis
» Dominicæ MDCCXXXIV. Pontifica-
» tur sui Anno Quinto, ad compescen-
» da, et coercenda, atque ab hac Al-
» ma Urbe, totaque in temporali San-
» ctæ Romanæ Ecclesiæ ditione peni-
» tus avertenda, atque eliminanda ho-
» micidia, quæ a viris sanguinum, Di-
» vini, humanique juris oblitis, incre-
» dibili cum immanitate in dies ma-
» gis, magisque increbescente, sæpissi-
» me, patrari non sine gravissimo pa-
» terni Animi sui dolore, ac mœrore
» inaudiverat, Constitutionem, quæ in-
» cipit = In supremo Justitiæ Solio =
» promulgavit, in qua postquam omnes,
» et singulas Constitutiones a rec. mem.
» Pio II., Paulo II., Sixto IV., Ju-
» lio II., Leone X., Julio III., Pau-
» lo IV., Pio V., Gregorio XIII., Si-
» xto V., Gregorio XIV., Clemen-
» te VIII., Innocentio XI., Innocen-
» tio XII., ac Benedicto XIII., et qui-
» busvis aliis Romanis Pontificibus Præ-
» decessoribus pariter Nostris, tunc suis
» adversus homicidas saluberrime edi-
» tas approvavit, illasque adversus quem-
» cumque non usum, seu contrarium
» usum, qui quovis modo prætendi,
» vel alligari potuisset, in pristinum
» restituit, et plenarie reintegravit, quas
» deinceps omnino, et inviolabiliter ob-
» servari præcepit, et mandavit; inter
» cœtera in eadem Constitutione con-
» tenta, hæc præscripta erant = Teno-
» ris, qui sequitur = Et quoniam expe-
» rimento compertum, est administra-
» tionem, et cursum rectæ, et expe-
» ditæ justitiæ, qua Reipublicæ, salus
» præcipue innititur, summopere obtur-
» bari, vel ab excessivo numero pri-
» vilegiatorum vulgariter = Patentati =
» nuncupatorum, vel a minus recta in-
» telligentia privilegiorum concessorum,
» proinde salvis, firmisque remanenti-
» bus decretis, et resolutionibus, quæ
» temporibus felicis itidem recordatio-
» nis Urbani PP. VIII., et dictorum In-
» nocentii XI., ac Innocentii XII. Præ-
» decessorum, aut alias quandocumque
» ea super re emanarunt; Volumus,
» quod privilegium fori nemini quo-
» rumcumque privilegiatorum hujus-
» modi tam in Urbe, quam in reliquo
» Statu Ecclesiastico præfatis (Officiali-
» bus, aliisque privilegiatis a Congre-
» gatione pro tempore existentium ejus-
» dem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-
» dinalium contra hæreticam pravita-
» tem Generalium Inquisitorum, ac
» Ministris necessariis actu inservienti-
» bus, Archiepiscopis, Episcopis, ac
» Ordinariis præfatis, eorumque Curiis
» dumtaxat exceptis) pro crimine ho-
» micidii suffragentur, sed dicti privi-
» legiati, quatenus clericali charactere
» insigniti, Ecclesiasticæ, et quatenus
» laici fuerint seculari jurisdictioni subja-
» ceant. Reservantes Nobis facultatem
» declarandi quinam quotque esse de-
» beant viri familiares dictorum Archie-
» piscoporum, et Episcoporum, ac Or-
» dinariorum, ac Officiales necessarii
» Curiis Ecclesiasticis verum, et actua-
» le servitium præstantes. Insuper quia
» ex illis etiam, qui in sortem Domi-
» ni vocati sunt, quique aliis irrepren-
» sibilis, et ab omni culpa et macu-
» la immunis vitæ, ac virtutum exem-
» po prællucere deberent, aliqui inter-
» dum reperiuntur adeo suæ vocationis
» immemores, et impellente humani
» generis hoste, pluribus etiam homi-
» cidiis manus suas cruentare non per-
» horrescant. Nos perversorum quorum-
» cumque malitiæ obviandum esse, non
» indulgendum prope intelligentes; ad
» istorum quoque frenandam pervica-
» ciam perpetuo itidem statuimus, quod
» Clericus primæ tonsuræ nullum bene-
» ficium Ecclesiasticum obtinens, tam-
» etsi conditiones Clericis hujusmodi a
» Concilio Tridentino præscriptas ser-
» vaverit, ac servet, pro duobus tamen
» homicidiis animo deliberato, ac præ-
» meditato per eum patratis, privile-
» gio fori, et Canonis in odium tanti
» excessus, et ad aliorum terrorem exua-
» tur, et uti incorrigibilis omnino se-

» culari potestati subjiciatur, ab ea tan-
» quam laicus legitimis pœnis plecten-
» dus. Clericus quoque in minoribus Or-
» dinibus constitutus, nec pariter be-
» neficiatus, nec præscripta a Concilio
» Tridentino præfato servans, tam Cæ-
» lebs, quam conjugatus in causis ho-
» micidii dicto privilegio fori non gau-
» deat, eoque privatus remeneat, ne-
» que a proprio Episcopo, seu Ordi-
» nario repeti, minusque habitum Cle-
» ricalem, quem indigne abjecit, reas-
» sumere possit, post totaliter expiatam
» admissi delicti pœnam. Declaratio au-
» tem, an Reus ante patratum homi-
» cidium requisite a Concilio Tridenti-
» no reservaverit, ad Episcopum, alium-
» que loci Ordinarium omnino spe-
» ctet, non retardata interim delin-
» quentis assecuratione, facienda etiam
» per Judicem secularem nomine Ec-
» clesiæ, qui illum pariter Ecclesiæ
» nomine ad illius dispositionem re-
» tinere possit, et debeat, donec dicta
» declaratio prodierit, quacumque di-
» versa, ac etiam contraria juris ca-
» nonici, et Apostolicarum Constitutio-
» num dispositione, seu interpretatio-
» ne, nec non consuetudine haud re-
» fragante. Porro cum idem Benedictus
» Prædecessor animadvertens homicidia
» hujusmodi suo etiam tempore incre-
» brescere, nec minus quam alia fa-
» cinora in celebri Constitutione dicti
» Gregorii XIV. etiam Prædecessoris,
» quæ incipit: » Cum alias » recensita,
» publicæ quieti officere, pro commis-
» si sibi Apostolici Officii debito per
» præfatam suam Anno Incarnationis
» Dominica MDCCXXV. sexto Idus Ju-
» nii, cui initium est: » Ex quo di-
» vina » evulgatam Constitutionem, Lai-
» cos animo præmeditato, ec delibera-
» to proximum suum interficientes, ab
» Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio
» excluserit, et repulerit, atque pro
» exclusis, et repulsis haberi voluerit.
» Nos ob gliscentem in dies quorum-
» dem Ecclesiasticorum nequitiam, qui
» nulla proprii status habita ratione,
» non raro in adeo nefarium, detestan-
» dumque crimen prolabuntur, ipso-
» rum Gregorii, et Benedicti Præde-
» cessorum Constitutionibus, quas su-
» pra confirmavimus, etque innovavi-
» mus, inhærentes, et quatenus
» opus sit, criminum in illis excepto-
» rum reos, immunitate Ecclesiastice
» nequaquam juvari, iterum decernen-
» tes, eamdem Benedicti Prædecessoris
» Constitutionem leicos enimo præme-
» ditato, ac deliberato proximum suum,
» sicut præmittitur, interficientes, a be-
» neficio Immunitatis Ecclesiasticæ ex-
» cludentem, ed ipsos Ecclesiasticos
» cujuscumque gradus, et ordinis exi-
» stant, in Urbe, et universa ditione
» Nobis, et Sedis Apostolicæ mediate,
» vel immediate subjecta homicidium
» animo similiter præmeditato, seu de-
» liberato patrantes, extendimus quo-
» que, et ampliamus, dummodo ta-
» men causa edmissi per eos homici-
» dii ab illorum Judice Ecclesiastico
» competente cognoscatur, et ab eo,
» si rei reperti fuerint citra pœnam san-
» ginis, ad præscriptum Sacrorum Ca-
» nonum, condigne puniantur animad-
» versione. Ulterius ad verias Doctorum,
» qui ejusdem Benedicti Prædecessoris
» mentem, quoad personas in dicta
» ejus Constitutione comprehensas in-
» terpretari, et explicare voluerunt,
» sententias et opiniones dirimendas,
» declaramus, homicidii reos natu ma-
» jores viginti quinque, minores vero
» viginti annis tam Laicos, quam Cle-
» ricos, atque omnes et singulos, sive
» laicos, sive Clericos, qui mandatum,
» consilium, instigationem, auxilium,
» cooperativam, aut aliam operam oc-
» cisori præbuerint, ex quorum singu-
» lis pravis actionibus homicidium eve-
» nerit, in dictam Benedicti Præde-
» cessoris Constitutionem comprehen-
» sos esse, ac deinceps censeri debere,
» ac eam, quatenus opus sit, ad ipsos
» pariter extendimus, ita scilicet, ut
» illorum extractio e loco immuni, at-
» que traditio Curiæ secnlari, quoad
» laicos ad ejusdem Curiæ secularis re-
» quisitionem fiat a Cnria Ecclesiasti-
» ca, et Clerici ab ipse Curia Eccle-
» siastica ex officio omnino extrahan-
» tur, juxta normam infradicendam.
» Item decleramus, omnes, et singulos
» prædictos tam laicos, quam Eccle-
» siasticos, qui in Urbe, et ditione
» prædictis ex causa et occasione ho-
» micidii, etiam in rixa commissi, cum
» ermis, seu instrumentis suapte na-
» tura aptis ad occidendum inquisiti,
» et processati, vel in contumaciam
» banniti, et condemnati fuerint, dum-
» modo homicidium non fuerit casua-
» le, vel ad propriam defensionem,
» Immunitetis Ecclesiasticæ præfatæ be-
» neficio minime etiam gaudere; Ut-
» que reorum ratione homicidii, ut
» præfertur, excepti inquisitorum, seu
» bannitorum, et in contumaciam con-
» demnatorum extrectio ab Ecclesiasti-
» cis, aliisque locis immunibus, atque
» traditio suo cuique Judici competen-

» ti legitimis modo, et forma a Curia
» Ecclesiastica fiat, volumus, et ordi-
» namus, ut quotiescumque Judici Ec-
» clesiastico competenti innotuerit, ali-
» quem laicum, seu Ecclesiasticum ex
» causa homicidii excepti inquisitum,
» atque processatum, ad Ecclesiam, seu
» locum immunem confugisse, ibique
» moram trahere, ac ea super delicti
» qualitate, ac personæ reitate submi-
» nistrata, vel acquisita suppetant in-
» dicia, quæ ad capturam decernen-
» dam sufficere videantur, tunc idem
» Judex Ecclesiasticus ex officio, et ne-
» mine etiam requirente, si delinquens
» sit Clericus, sin vero laicus, post-
» quam a curia seculari requisitus fue-
» rit, ad ipsius delinquentis extractio-
» nem ab Ecclesia, seu loco immuni,
» implorato etiam ad hoc, quatenus
» opus sit, auxilio brachii secularis,
» et interventu personæ Ecclesiasticæ
» ab Episcopo deputandæ devenire te-
» neatur, extractumque ad suos, si tu-
» ti, et securi fuerint, sin minus ad
» Curiæ secularis carceres asportari,
» ibique sub tuta costodia detineri cu-
» ret, et faciat; ubi vero ex processu
» informativo desuper conficiendo quoad
» inquisitum nondum condemnatum, di-
» ctus Judex Ecclesiasticus ex acquisi-
» tis seu subministratis indiciis ad tor-
» turam tantum sufficientibus, ab extra-
» cto homicidium a præfata Benedicti
» Prædecessoris, et hac Nostra Con-
» stitutionibus exceptum patratum fuis-
» se cognoverit, ad declarationem, quod
» scilicet de casu ita excepto constet,
» progrediatur, extractumque, si lai-
» cus sit, Ministris, et Officialibus Cu-
» riæ secularis, si autem Clericus ejus
» competenti Judici Ecclesiastico trade-
» re, et consignare possit, et debeat,
» exactis tamen, receptisque in actu
» traditionis, et consignationis hujus-
» modi a Judice quidem seculari In-
» strumento, et ab Ecclesiastico pro-
» missione in verbo veritatis de resti-
» tuendo extractum Ecclesiæ, locove
» immuni sub pœna excommunicatio-
» nis latæ Sententiæ Nobis, et eidem
» Romano Pontifici pro tempore exi-
» stenti reservatæ, quatenus extractus
» in ejus defensionibus, quæ ad tra-
» mites Juris, et Ordinationum Apo-
» stolicarum ei competunt, præfata eli-
» dat, et diluat indicia, et si illa mi-
» nime eliserit, sive diluerit, et deli-
» quens repertus fuerit, Judici suo,
» scilicet Ecclesiastico in Clericum,
» Seculari in laicum, ut juris esse cen-
» suerit, animadvertere liceat. Quoties
» autem de jam bannito, aut in contu-
» maciam damnato, ex causa homici-
» dii superius excepti, sive laico, sive
» Ecclesiastico agetur, quilibet Judex
» Ecclesiasticus, ut præfertur, compe-
» tens, ad illius laici nimirum, instan-
» te Curia seculari, et Ecclesia, loco-
» ve immuni cum interventu quoque
» personæ Ecclesiasticæ ab Episcopo
» deputandæ, ac traditionem suo res-
» pective Judici, sicut mox dispositum
» est faciendam procedat, solamque
» sententiæ contumacialis, et actorum,
» quibus illa fundatur, exhibitionem ad
» hoc sufficere decernimus; Ut dictus
» Judex Ecclesiasticus ex illorum in-
» spectione dumtaxat, agnito, num
» istiusmodi sententia contumacialis,
» legitime, justeque prolata sit, ad
» formam Constitutionum Apostolica-
» rum pronunciare, et declarare queat,
» et debeat, an bannitus, et in contu-
» maciam damnatus consignandus ve-
» niat nec ne, exactis pariter, et re-
» ceptis, quatenus consignetur, a Ju-
» dice seculari instrumento, si delin-
» quens sit laicus, ab Ecclesiastico ve-
» ro, si fuerit Clericus, promissione,
» ipsum, ut supra restituendi Eccle-
» siæ, locove immuni sub antedicta
» pœna excommunicationis, si extra-
» ctus in suis similiter defensionibus
» ei ad præscriptum prædictarum Con-
» stitutionum Apostolicarum competen-
» tibus, nullitatem, et injustitiam con-
» tumacialis sententiæ prædictæ osten-
» derit, et sceleris indicia diluerit, quod
» si id præstare nequiverit, et ex eis-
» dem sententia, et actis rite, et re-
» cte gestis reus repertus fuerit, Judex
» ejus competens sententiam exequi,
» et quando aliquem in pœna irrogata
» excessum deprehenderit etiam mo-
» derari valet; ita quod quæcumque
» declaratio a prædicto Judice Eccle-
» siastico facta in Judicio Ecclesiasticæ
» immunitatis super consignatione ban-
» niti, et in contumaciam damnati,
» ejusque denegatione nullatenus deve-
» nire, et a nemine allegari possit in
» alio diverso, ac separato Judicio, in
» quo scilicet de præfatæ Sententiæ con-
» tumacialis exequutione postmodum di-
» sputari contingeret, ad quem effectum
» dicta declaratio Judicis Ecclesiastici
» perinde habeatur, ac si non emanas-
» set, nec ullus exinde scrupulus ani-
» mo Judicis competentis in cognoscen-
» da, et definienda validitate, seu nul-
» litate, justitia, sive injustitia ejus-
» dem sententiæ contumacialis ingera-
» tur. Quoniam autem dilecti Filii, Se-

» natus, Magistratus, Communitates, » et Universitates respective Civitatum » et Terrarum, ac locorum Diœcesum » Parmen., Placentin., Burgi Sancti » Domnini, et Guastallæ Nobis nuper » humiliter supplicari fecerunt, ut di- » spositionem prædictæ Constitutionis » Clementis Prædecessoris præfati su- » perius expressam, et insertam ad Ci- » vitates, Terras, loca, et Oppida Diœ- » cesum hujusmodi, in quibus homi- » cidia quoque frequentissima sunt, ex- » tendere, et ampliare de benignitate » Apostolica dignaremur. Nos igitur ip- » sos exponentes specialibus favoribus, » et gratiis prosequi volentes, et eorum » singulares personas a quibusvis ex- » communicationis, suspensionis, et in- » terdicti, aliisque Ecclesiasticis sen- » tentiis, censuris, et pœnis a jure, » vel ab homine quavis occasiona, val » causa latis, si quibus quomodolibet » innodatæ existunt, ad effectum præ- » sentium tantum consequendum ha- » rum serie absolventes, et absolutas » fore censentes, hujusmodi supplica- » tionibus inclinati, et tam exitiale ho- » micidiorum flagitium, quantum cum » Domino possumus propulsandum, » exterminandumque advigilantes, præ- » dictam Constitutionem pro universa, » sicut præmittitur, Sanctæ Romanæ » Ecclesiæ præfatæ ditione a memo- » rato Clemente Prædecessore factam, » quoad præinserta in his præsentibus » Literis respective ad Civitates Par- » men, Placentin, Burgi Sancti Domni- » ni, ac loca, Terras, Castra, et Op- » pida illarum respective Diœcesum, » et oppidum Civitatem nuncupatam » Guastallæ, earumque Territoria, au- » ctoritate Apostolica, tenore præsentium » extendimus, et ampliamus, atque » deinceps omnino observari præcipi- » mus, et mandamus. Volumus autem, » veluti alias idem Clemens Prædeces- » sor pariter voluit, et decrevit, ut si- » cut in Nostra ditione Ecclesiastica tum » extractus in suis defensionibus, quæ » ad tramites juris, et Apostolicarum » Ordinationum ei competunt, elidat, » et diluat indicia, tum sola sententiæ » contumacialis, et actorum, quibus » illa fundatur, exhibitio ad hoc suffi- » ciat, ut Judex Ecclesiasticus ex illo- » rum inspectione, dumtaxat agnito, » tum sententia contumacialis legitime, » justeque prolata sit ad formam Con- » stitutionum Apostolicarum pronun- » ciare, et declarare queat, et debeat » an bannitus, et in contumaciam da- » mnatus consignandus veniat, nec ne, » tum denique si extractus in suis de- » fensionibus, et ad præscriptum præ- » dictarum Constitutionum Apostolica- » rum competentibus nullitatem, et » injustitiam contumacialis sententiæ » præfatæ ostenderit, et sceleris indi- » cia diluerit, ita pariter in Civitatibus » locis, Terris, Castris, et Oppidis Diœ- » cesum præfatarum prædictis hæc » omnia præmissa ad dispositionem ju- » ris, et statuta localia Civitatum, et » Diœcesum hujusmodi intelligi debeant » Ac insuper volumus, ut donec, et » quousque sive per Nos ipsos, sive per » Romanos Pontifices pro tempore exi- » stentes declaratio hujusmodi facta non » fuerit, ii tantummodo familiares, et » Officiales excepti intelligantur, et ha- » beantur, quos de jure, et juxta con- » suetudinem loci cujuslibet usque ad » hanc diem pro familiaribus, et Offi- » cialibus, habitos, et deputatos esse, » et haberi, et deputari solitum est. » Decernentes easdem præsentes Litte- » ras, et in eis contenta quæcumque » semper et perpetuo firma, valida et » efficacia existere, et fore, suosque » plenarios, et integros effectus sortiri, » et obtinere, atque ab omnibus, et » singulis, ad quos spectat, et pro tem- » pore quandocumque spectabit, ple- » nissime observari, sicque in præmis- » sis per quoscumque Judices ordina- » rios, et Delegatos, etiam Causarum » Palatii Apostolici Auditores, ac ipsius » Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales » etiam de Latere Legatos, eorumdem- » que Cardinalium Congregationes, alios- » ve quoslibet quacumque præeminen- » tia, et potestate fungentes, et functu- » ros, sublata eis, et eorum cuilibet » quavis aliter judicandi, et interpre- » tandi facultate, et auctoritate judica- » ri, et definiri debere, ac irritum, et » inane, si secus super his a quoquam, » quavis auctoritate, scienter, vel igno- » ranter contigerit attentari. Non obstan- » tibus præmissis, aliisque Apostolicis, » ac in universalibus, Provincialibus- » que et Synodalibus Conciliis editis ge- » neralibus, vel specialibus Constitutio- » nibus, et Ordinationibus, nec non » Civitatum, Terrarum, locorum, Op- » pidorum, Diœcesum hujusmodi etiam » juramento, confirmatione Apostolica » vel quavis firmitate alias roboratis, » statutis, stylis, usibus, et consuetu- » dinibus etiam immemorabilibus, ac » quorumcumque Prædecessorum No- » strorum litteris, privilegiis, indultis, » et facultatibus quibusvis etiam dictis » Cardinalibus, eorumque Congregatio-

„ nibus sub quibuscumque verborum „ tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis etiam Motu-proprio, ac ex certa scientia, et potestatis plenitudine etiam consistorialiter, vel alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo, ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore mansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus, autem, ut lapsis quindecim diebus, postquam præsentes Literæ per Civitates, Terras, loca, et Oppida Diœcesum prædictarum per Ordinarios locorum publicatæ fuerint, omnes et singulos in Civitatibus, et Diœcesibus præfatis existentes perinde arctent, ac si unicuique eorum personaliter, ac nominatim intimatæ fuissent, utque earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclestastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ: Datum Romæ apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Januarii MDCCLII. Pontificatus Nostri Anno duodecimo - D. Cardinalis Passioneus.

Exponitur causa harum Literarum Apostolicarum

§. 2. Quæ quidem literæ in Civitatibus, Terris, locis, et Oppidis præfatis publicatæ, debitæ executioni demandatæ fuerunt; Nuper vero, cum ortum sit dubium, an literæ præfatæ exequi possint, et debeant in ea parte Diœcesis Papiensis directi Dominii, seu ditionis Senatus, aut Magistratus Placentini, attento quod in præinsertis Literis minime expressa, et comprachensa reperitur ea pars directi dominii hujusmodi in dicta Papiensi Diœcesi existens.

Supra insertæ Benedicti XIV. Literas extendit ad Terras, Loca, et Oppida ditionis temporalis Placentinæ in Diœcesi Papiensi existentia

§. 3. Nos ad dirimendam, et de medio tollendam omnem ambiguitatem, præinsertas Benedicti Prædecessoris præfati literas, ac omnia et singula in eis contenta, et expressa, etiam ad Terras, loca, et Oppida directi dominii, seu ditionis temporalis Placentin. in Diœcesi Papiensi existentia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, servata tamen in omnibus, et per omnia forma, et dispositione tam earumdem literarum Benedicti, quam Constitutionis Clementis Prædecessorum prædictorum, extendimus, et ampliamus, ac quatenus opus sit, oppida et loca directi Dominii, seu ditionis temporalis Placentin. in dicta Diœcesi Papien. existentia, eisdem Literis Benedicti Prædecessoris subjecta esse, et fore in omnibus et per omnia, perinde ac si in Literis præfatis de illis expressa mentio facta fuisset, auctoritate, et tenore præfatis volumus, decernimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 5. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Benedictus Prædecessor in suis Literis præfatis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Aprilis MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Digitized by Google

CXL.

Approbatio Decreti Diffinitorii Generalis Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum, quo statuitur, Præsbiteros Novitios in omnibus antecellere debere Laicos professos

Approbationem Ordinis Cappuccinorum cum habitus præfinitione, gratiarumque, et privilegiorum concessione habemus in Constit. Clementis VII. edit. Anno 1528. Julii 7; Alteram hujus Ordinis approbationem cum declarationibus circa munus eorum Vicarii generalis, et Aliorum Officialium exhibet Const. Pauli III. edit. anno 1536 Augusti 25, ut videre est in Bullario Mainardi. Præcedentem constit. confirmavit Paulus IV, itemque Gregorius XIII. nonnullis sanctionibus additis, quæ tamen in eodem Bullario non habentur insertæ. Ne quilibet alius Religiosus Cappuccinorum, Capucium deferre possit prohibuit Gregorius XIV const. edit. ann. 1591 Julii 6, quam quidem Constitutionem, addita prohibitione cæteris Religiosis assumendi habitum, vel nomen Cappuccinorum confirmavit Gregorius XV. const. sua edit. anno 1621 Dec. 9; quod Laici Cappuccinorum professi præcedere deberent Clericos Novitios jussit Urbanus VIII. const. edit. Ann. 1631. Maii 7 quæ pariter sunt in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Exponuntur veteres controversiæ exortæ circa præcedentiam inter Novitios Cappuccinorum, eorumque Laicos Professos.

§. 1. Religiosam pacem, atque concordiam ubique servari decet, in iis vero præsertim Religiosorum Hominum cœtibus, qui se totos Christianæ humilitatis, ac pœnitentiæ exercitationibus devoverunt, et si quid ob humanæ indolis infirmitatem exadverso contigerit, Apostolicæ Nostræ servitutis officium est, discordiarum semina sedulo extirpare, ne parvis ex scintillis magnum exurgat incendium. Exposuit Nobis dilectus Filius Seraphinus a Capricolle Ordinis Capuccinorum Generalis Minister demissis precibus, totius etiam Diffinitorii nomine oblatis, san. mem. Urbanum VIII. prædecessorem Nostrum die VIII. Maji MDCXXXI. decrevisse, ut in Capuccinorum Ordine Fratres Laici Professi Clericis Novitiis præcederent, ac paulo post ipso adhuc Summo Pontifice Urbano VIII. in vivis agente, exortum fuisse dubium, num sub Clericorum nomine censendi forent Sacerdotes, qui ad habitum Capuccinorum admittuntur, ita ut ipsi quoque, Laicis Professis, in quibusdam sacris functionibus, præcedentiæ locum concedere tenerentur: quo dubio in Capitulo Generali anni MDCXXXIII. per hæc verba proposito = *Utrum scilicet Socerdotes Novitii debeant præcedere Laicis Professis in Processionibus, et in Communione feriæ V. in Cœna Domini* = Responsum fuit = *Affirmative: quia Decretum clare loquitur de Clericis Novitiis, non de Sacerdotibus, et ideo quoad Sacerdotes debet valere jus, et antiqua consuetudo, et ordo Ecclesiasticus.* Retulit præterea idem dilectus Filius in iisdem precibus, hoc ipsum in universo suo Ordine religiose hactenus observatum.

Non obstante Diffinitorii Generalis resolutione, quod Novitii Sacerdotes præcedere deberent Laicos Professos, postremi hi turbas ciere præsumserunt.

§. 2. Cum vero nonnulli Fratres Laici Professi Provinciæ Bœticæ, occasione Sacerdotis cujusdam Sacro Capuccinorum Schemate recens induti, motum facere, turbasque ciere præsumpserint, ne præcedentiæ honore gauderet, nuperrime quoque in Generali Diffinitorio propositum fuit aliud simile dubium = *An scilicet Novitius Sacerdos in publicis, et privatis actibus ubique præcedere debeat Religiosis Laicis Professis* = Cui pariter in Congregatione habita die XVII. Januarii anni labentis responsum fuit = *Affirmative*: inhærendo definitioni jam latæ de anno MDCXXXIII. quam supra memoravimus. Ut autem Laici Professi debito in officio humilitatis, religiosæque obedientiæ contineantur, nec amplius audeant sese extollere supra illos, quos elegit Dominus, ut ascendant, ad Altare suum, eidemque sacrificium laudis, atque Divinam Hostiam litarent; Nobis idem Minister Generalis humiliter supplicari fecit, ut novum hoc Diffinitorii Generalis Decretum, quo firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ Nostræ confirmationis munimine roborare dignaremur.

Decernit Pontifex, Sacerdotes Novitios præcedere debere Laicis Professis.

§. 3. Nos itaque dictum Generalem Ministrum, et Generale insimul Diffinitorium specialibus gratiis, atque favoribus prosequi cupientes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum

consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes eorum supplicationibus inclinati, ne imposterum ejusmodi concertationibus religiosam tranquillitatem, atque concordiam interturbantibus pateat aditus, Decretum antedictum Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, eidemque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Decernentes, præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suumque plenarium, et integrum effectum sortiri, et obtinere, atque ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari debere; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, Apostolicos Nuncios, S.R.E. Cardinales, et eorumdem Cardinalium Congregationes, et quosvis alios, quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis Capuccinorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu Ministri Generalis, vel Generalis Procuratoris pro tempore existentis, subscriptis, et sigillo ejusdem Ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Aprilis MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno secundo.

CXLI.

Alloquutio habita in Consistorio diei 7. Maii 1760. qua Pontifex exponit gesta per Rempublicam Genuensem contra Præsulem Crescentium Apostolicum Visitatorem missum in Insula Corsicæ, et Cardinalium in hac tanta re consilium exquirit ab unoquoque scriptis tradendo.

Literæ Pontificiæ, quibus Præsul Crescentius tamquam Apostolicus Visitator in Corsicæ Insulam mittitur, habentur supra relatæ sub num. LXXXIX.

Venerabile Fratres.

Miserum Religionis statum in Insula Corsicæ initio sui Pontificatus exponit.

§. 1. Non opus esse credimus apud Fraternitates Vestras multis verbis uti ad demonstrandum, quo loco res essent in Insula Corsicæ, cum jam inde a Nostri Pontificatus initio illuc studia, et cogitationes Nostras, pro Nostri muneris debito intendimus. Versabatur præsertim ante oculos Nostros nonnullarum Ecclesiarum infelix conditio ac prorsus miseranda, quæ a suis Pastoribus disjunctæ, multis, magnisque jam erant obnoxiæ malis, majoribus autem atque gravioribus expositæ, nisi aliquo Apostolicæ providentiæ remedio consuleretur. Quare excogitandum et agendum aliquid duximus, quod et ad boni Pastoris officium erga concreditum Nobis Dominicum gregem, et ad benevoli Patris animum in Genuensem Rempublicam declarandum maxime pertineret. Cum tamen consilia Nostra non æquis auribus exciperentur, libenter opportunam aliquam occasionem expectabamus, rati fore, ut tandem aliquem sollicitudinis Nostræ fructum consequeremur. Sed cum malum in dies latius manaret, et fere ubique in illis Diœcesibus sese diffunderet, veriti, ne ante Supremi Judicis oculos mora diuturnior in crimen socordiæ, ac negligentiæ Pastoralis Nobis commissi officii converteretur, nonnullos Ven. Fratres Nostros, Collegas Vestros S. R. E. Cardinales in consilium adhibuimus, quibus labefactatum, deformatumque illic Ecclesiasticæ rei statum, et clamorem hominum ex omni ordine ad Nos confugentium, et summam, in qua versabantur, rerum ad fidem et mores spectantium ignorantiam, Sacerdotum penuriam, Pastorum inopiam, gravissimaque iu-

de exorientia mala, ac calamitates exponi mandavimus, ut, collatis consiliis, quid facto opus esset, statuerent, et quod in Domino expedire censuissent, Nobis referrent.

Ut ingravescentibus malis medela afferretur, prius Vicarii delecti fuere, deinde vero Apostolicum esse Visitatorem mittendum consultius judicatum.

§. 2. Quonsque spes fuit illarum Diœcesum malis, periculisque satis fore consultum, si interim Vicarii constituerentur, qui animarum curam susciperent, hanc sententiam sequuti sumus; sed cum eo res progrederetur, ut gravioribus malis efficaciora quoque remedia adhiberi deberent, concordibus suffragiis omnes censuerunt, Apostolicum Visitatorem in Corsicam esse mittendum, qui coram perspectis rebus omnibus, et præteritis mederetur incommodis, resque omnes sic deinceps disponeret, ut obscuratum, atque obtenebratum illarum Ecclesiarum splendorem redintegraret, ac restitueret. Probavimus consilium necessarium ac salutare, sed ut benevolentiam Nostram, Nostrique Paterni animi benignitatem erga inclytam Genuensium Rempublicam testaremur, utque Visitatoris missio conjunctis ex utraque parte studiis, quem optabamus, exitum felicius consequeretur, illius Ducem, atque Senatum hanc Nostram deliberationem ignorare noluimus, expositis etiam rationum momentis, quæ illos facile impulissent, ut huic Nostro consilio impensius faverent, si eas æquioribus ac pacatioribus animis excepissent.

Quæ de re, licet Respublica Genuensis fuerit per Pontificias Literas commonita, attamen asperum ab illa datum fuit responsum

§. 3. Verum res cessit longe aliter ac sperabamus, Nosque amoris in illam Rempublicam Nostri fructum cepimus eum, quem minime oportebat. Grave enim, ac molestum est ex hoc loco commemorare responsum illud, quod a Senatu accepimus; Vos Vos, Ven. Fratres, pro Vestra sapientia, atqua egregio erga hanc Apostolicam Sedem obsequio, et amore facile judicare potuistis, si forte illud in Vestras manus incidit, quam asperum fuerit, et quam Nostram, et Apostolicæ Sedis dignitatem læderet, et a pristina illa Genuensium erga Prædecessores Nostros fide, et pietate discreparet. Quamvis ita se res haberet, adhuc tamen avita Genuensium observantia erga Romanam Ecclesiam confisi, eos, superna opitulante gratia, saniora consilia suscepturos sperabamus, nec passuros, rem æquissimam a se diutius frustra flagitari. Sed cum ea spes evanuisset, eaque Nos semper cura angeret, sollicitosque haberet, tot animas Divino redemptas sanguine illic jacere miseras, afflictasque, et salutari doctrinæ pabulo, et Sacramentorum præsidiis destitutas, cumque multa gravia accidere, multa etiam graviora instare atque impendere nunciarentur, exquisitis iterum Cardinalium sententiis, effusisque precibus ad Divinam opem implorandam, ea, qua fungimur, auctoritate, Venerabilem Fratrem Nostrum Cæsarem Crescentium Episcopum Signinum a Nobie electum Visitatorem ex Centumcellarum portu solvere, et in Corsicam trajicere imperavimus, quo eum, Divina protegente ope, feliciter appulisse cognovimus. Quod quidem fecimus de sola animarum salute solliciti, quæ, deficientibus præsertim Episcopis, Nostræ est Divinitus commissa curæ, et vigilantiæ.

Sed necessitate urgente, Apostolicus missus fuit Visitator, eique commissum ut ad Religionem tantum sua converteret studia.

§. 4. Itaque ea Visitatori mandata dedimus, quæ ad spiritalem tantum illarum aut perditarum, aut periclitantium ovium salutem pertinerent, nihil præterea curaret, imo sese abstineret ab iis, quæ motus, turbasque illic jamdudum exortas respicerent; audaciam vero, rapinas, injurias Ecclesiasticæ immunitati inflictas, atque alia ab improbis sparsa pravarum opinionum semina evelleret, atque aboleret. Sumus enim Nos quidem Nobismetipsis coram Deo conscii, ante cujus oculos omnia nuda, et aperta sunt, Vosque etiam latere non potest, Ven. Fratres, Nos ad avertendam solum animarum perniciem atque exitium, ad Dei gloriam procurandam, ad Pastoris universalis debitum implendum, omnia Nostra consilia retulisse, hunc Nobis esse propositum finem cogitationum Nostrarum. At cum Genuæ renuntiatum est, Episcopum Visitatorem Centumcellis solvisse, et Corsicam petere, quo novo atque inaudito Edicto, quam indigno pietate hominum Catholicorum, quam injurioso in hanc Divi Petri Cathedram, et in honorem ac dignitatem Episcopalem, quam in Nos, qui meritis licet imparibus, Apostolorum Principis tenemus locum, contumelioso, illi obsistere tentaverint Dux, Procuratores, atque Gubernatores Reipublicæ Genuensis, jam probe nostis, Ven. Fratres, ex pervulgatis ejusdem Edicti exemplis: Refugit enim animus commemorare constitutum a Catholicis viris in Christiana Civitate imperantibus esse præmium immani sceleri, quo quis auderet in Episcopum, Visitatoris titulo a Sede Apostolica insignitum, sacrilegas manus injicere, a quocumque loco abducere, in militum potestatem tradere Januam transmittendum; et ne

Genuensis attamen Respublica, evulgato Edicto, Apostolici Visitatoris carcerationem imperitavit, et inobedientiam ipsius Visitatoris mandatis jussit.

quid deesset ad summam injuriæ acerbitatem, gravissimas iis pœnas indictas esse, qui Visitatoris dicto audientes essent, ejusque mandatis quocumque modo parerent.

Ut Apostolicæ Sedis dignitati prospicere possit, Pontifex a singulis Cardinalibus Consilium scripto tradendum requirit.

§. 5. Tantam in Deum atque Ecclesiam suam injuriam, atque tantam horum temporum iniquitatem, et Apostolicæ Sedis contemptum, lacrymis quidem et luctu prosequimur, non tamen in eo solum occupati illa negligere consilia volumus, quæ et justitiæ, et ejusdem Apostolicæ Sedis dignitati in Domino convenire, et rerum et temporum conditioni apta atque opportuna esse judicantur. Nullus Nos profecto labor, nullum periculum deterrere poterit a justa Apostolicæ Sedis, et Ecclesiæ defensione, et magno animo præclara illa Apostoli verba recolentes, beatos Nos putabimus, si quid patiemur propter justitiam. Sed quoniam, Venerabiles Fratres, Vos quoque in partem sollicitudinis Nostræ vocati estis, et Vestra Nobis perspecta est virtus, sapientia, probitas, multisque etiam rebus sæpe alias probata fides, et studium, quo Nobis in pastorali Nostro munere præsto fuistis, eo Vos consilio huc convenire jussimus, ut in hoc quoque gravissimo negotio sententiam Vestram rogaremus, quam nunc libentissime excipiemus, si quis Vestrum habet aliquid, quod consulet, paratum ac meditatum. Cæterum de re tanta deliberaturi, ut ea, qua par est, utamini maturitate consilii, volumus, ut singuli scripto tradatis sententias Vestras, et sincera mente, libero animo, prout in Domino expedire censebitis, aperiatis Nobis, quid Nos deceat agere, post eam, quam audistis, Edicti indignitatem. Ad Nos Vestra suffragia transmittetis, quam citius fieri poterit, Deum Optimum Maximum interim enixis votis deprecantes, ut in Vos veniat Spiritus consilii, et fortitudinis, qui Vestras mentes dirigat, et Nobis strenue opponentibus murum pro domo Israel præsto esse dignetur.

CXLII.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, et Regularium, quo approbatur Conservatorium seu secessus pro Mulieribus animum a mundi illecebris revocare cupientibus erectum in Diæcesi Bachien in Indiis.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Exponitur se, quuta Conservatorii erectio, illiusque per Sacram Congregationem Episcoporum, et Regularium approbatio.

§. 1. Nuper Nobis pro parte Dilecti Filii Emmanuelis Dos Santos Presbyteri novarum Fodinarum Arfuahi nuncupatarum Bachien Diæcesis, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium præpositorum exposito, quod cum ipse, afflante Deo, quamdam domum ad instar Conventus seu Communitatis pro commodo et secessu mulierum, quæ animum a Mundi illecebris revocare, et periculosis occasionibus prætermissis, earum famulatum Deo summa virtute præstare intendunt, construi ac erigi facere curaverit, prout revera de præsenti in eadem domo decem et octo mulieres in communi viventes reperiuntur, pro firmiori dictæ piæ fundationis, vere in illis dissitis et incultis regionibus necessariæ, stabilitate, domum, seu secessum hujusmodi in verum et accuratum Conservatorium, in quo actus Catholicæ pietatis, et devotionis exerceri possint, attento quod annuis reditibus et proventibus satis jam provisum existit, erigendi facultatem sibi concedi plurimum desiderabat: Emanavit ab eadem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris sequentis, videlicet = Sacra Congregatio Eminentissimorum, et Reverendissimorum S.R.E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum et Regularium præposita benigne commisit Ordinario Bahyen, ut veris existentibus narratis, petitam facultatem, servatis omnibus de jure servandis, pro suo arbitrio et conscientia impertiatur. Romæ 21 Martii 1760 C. A. Cardinalis Cavalchini ✠ S. Bonaccorsi Secretarius

Decretum S. Congregationis confirmatur, et approbatur.

§. 2. Cum autem, sicut dictus Emmanuel Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos specialem ipsi Emmanueli gratiam fa-

cere volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis porrectis inclinati, Decretum præinsertum, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes Literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ipsi Emmanueli, aliisque, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari; Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris 12 Maii 1760. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXLIII.

Cum Genuensis Reipublicæ Duce, et Gubernatoribus graviter dolet de Edicto, quod promulgaverant adversus Signinum Episcopum Visitatorem Apostolicum in Corsicæ insulam delegatum, ac serio monet ut illum e medio tollant.

De hac eadem materia adest Alloqutio in Consistorio relata supra sub Num. CXLI.

Dilectis Filiis Nobilibus Viris Duci, et Gubernatoribus Reipublicæ Genuensis.

Clemens PP. XIII.
Dilecti Filii Nobiles Viri salutem et Apostolicam Benedictionem

Suum dolorem ob avulgatum Edictum exprimit.

§. 1. Inviti, ac mœrentes hasce literas ad Nobilitatas Vestras perscribimus, sed Pastoralis Officii ratio non sinit tacitum in sinu continere Nos semper dolorem, quo incredibiliter affecti sumus ubi intelleximus Edictum illud Catholico Principe minus dignum, quod adversus Venerabilem Fratrem Cæsarem Crescientium Episcopum Signinum, quem in Corsicæ Insulam nonnullarum Ecclesiarum Visitatorem Apostolicum delegavimus prevulgastis.

Quæ fuerit necessitas mittendi Apostolicum Delegatum Visitatorem in Corsicam commemorat.

§. 2. Sane ejusdem mittendi Visitatoris necessitas erat ejusmodi, ut neque a Nobilitatibus Vestris ignorari, neque a Nobis negligi posset, nisi obliti essemus, Jesu Christi Principis Pastorum omnium, et præceptum, et exemplum, qui Nos pascere Oves suas jubet, et ouem unam, quæ perierat, ut recuperaret nullos corporis labores, nullasque animi contentiones recusavit. Extant adhuc spiritualis earum Diæcesium ruinæ testes Epistolæ ad Benedictum XIV. fe: re: Decessorem Nostrum a Vobis datæ, atque una simul ab aliquibus Corsicæ Episcopis, quæ significabant depravatos mores, Ecclesiasticam Disciplinam collapsam, Sacra violata, Sanctuarii Administrorum penuriam, et nonnullas etiam insanas opiniones invectas, quæ fidei, ac morum doctrinam (prætiosum illud depositum Nobis divinitus traditum ad custodiendum) labefactarent; atque hoc ipsum Nobis quoque, in ejus locum immerito suffectis significatum fuit, addito insuper, quod Episcoporum a suis Diæcesibus sejunctorum opera sic impediebatur, ut inanis omnino, et irrita videretur.

Imposita Pontifici omnium Ecclesiarum sollicitudo non patitur ut sine spirituali medela relinquantur Christifideles in errores vagantes.

§. 3. Hanc tantam divinarum rerum perturbationem, tamque magnum tot Christifidelium discrimen, remisso animo, oculisque conniventibus intueri non patiebatur imposita humilitati Nostræ sollicitudo omnium Ecclesiarum, et extremi judicii metus, cum Christus Jesus aliquando requiret e manibus Nostris Animas, quas redemit Sanguine suo. Quo igitur ad miseri, ac derelicti Gregis salutem procurandam Nos ipsos accedere oportebat, si fieri posset, missimus, qui Nostram vicem suppleret, Venerabilem Fratrem Episcopum Signinum, Virum, et doctrinæ, et morum integritate Nobis probatissimum quique nulla probabili causa Nobilitatibus Vestris invisus esse posset, eique in mandatis dedimus, caveret diligentissime, ne quid, aut faceret, aut diceret, quo velle Nos de Vestris juribus aliquid imminui, ac detrahi quispiam suspicaretur; quinimmo

illud etiam cautum fuit, ut iis in locis in quibus Episcopi, vel per se ipsos, vel Vicariorum opera potestatem suam gerebant, Visitator nihil ageret, ubi vero id facere prohibebantur cum Pastoribus Greges conciliare studeret, quo fit, ut quandocumque, sive unus, sive plures ex iis ad suas Diœceses revertantur, cesset illic ea provincia quam Visitatori Apostolico sub ista conditione commisimus.

Apostolici Visitatoris in Corsicam missio nil Genuensi Reipublicæ dignitati debebat immunuere.

§. 4. Hujus salutaris consilii, et voluntatis conscentiam Nostram, quæ certe Deum non fallit, habemus testem, neque aliter a Vobis existimari debet, si animadvertatis aximiam, et plane Paternam charitatem, qua Nobilitates Vestras complectimur, quarum propterea dignitatem auctam non imminutam velle debemus. Sed erumpat aliquando libera vox, quæ Paterni doloris intimos sensus aperiat; Vos ipsi, dilecti Filii, a quibus minime erat expectandum, quasi Pyratam aliquem, aut belli Signiferum, non Ecclesiæ Episcopum, et pacis Angelum in eam Insulam immiserimus, obtendentes, ea Legatione invadi aucthoritatem Vestram, nulla Sacerdotalis Ordinis, nulla Ecclesiasticæ libertatis ratione habita, inopinatum illud publicastis Edictum, quo Edicto Venerabilis Frater Episcopus quasi proscribebatur, magno iis constituto præmio, qui in Christum Domini violentas manus injicere, Vobisque eum tradere auderent.

Genuensium antiquam pietatem, et perpetuam erga Sanctam Sedem observantiam laudatur.

§. 5. Horruit ad acerbissimæ hujus rei nuncium animus Noster, ac vix adduci potuimus, ut crederemus, Genuenses antiquæ illius spectatissimæ pietatis, ac perpetuæ erga Apostolicam Sedem observantiæ oblitos, eo progressus fuisse, ut contra Missum Apostolicum, sanctissimumque ejus Ministerium id statuerent, quod ne ab iis quidem fieri solet, qui nullam Apostolicæ Sedis reverentiam habent. Quo facto, quantam Nobis, aut Apostolicæ Sedi injuriam, quantam nomini Vestro notam, quantum denique Catholicis, quibusque Nationibus ad hujus rei exitum conversis, offensionem intuleritis, Vos ipsi pro Vestra sapientia, ac Religiona statuite.

Edictum contra Apostolicum Delegatum evulgatum, ex suffragio quoque Cardinalium, reprobatur et irritatur.

§. 6. Nos quidem Edictum illud, quod ferri nulla ratione poterat, ex debito Apostolatus Officio, suffragantibus etiam Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, reprobavimus, ac irritum declaravimus, deinde pro paterna erga inclytam Rempublicam Vestram, at animarum etiam Vestrarum salutem, sempiternam, charitate, serio Nobilitates Vestras monendas, hortandas, et in visceribus Jesu Christi obsecrandas judicavimus, ut ad meliora Vos consilia revocantes, quidquid admissum est, ab Avita pietate Vastra nimis alienum, id Vos ipsi quoque emandandum, atque ex omni memoria tollendum curetis. Speramus, Nobilitates Vestras, Divinæ Justitiæ animadversionem metuentes, cogitantesque ex contemptu Ecclesiæ ac Religionis neque crescere, neque nobilitari terrenum Imperium, melius saluti Vestræ consulturas, atque amantissimi Patris votis, cohortationibusque obtemperaturas; neque sane opus fore, ut novis subinde monitis cognitam, atque exploratam pietatem, prudentiamque Vestram interpellemus. Cœterum id Nobilitatibus Vestris persuasum sit, Nos quidem ita esse comparatos, ut Ministerii Nostri partes omnes in hac causa, quæ causa Dei est impleturi simus, atque, Apostolicam Benedictionem Nobilitatibus Vestris peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die 17. Maii 1760. Pontificatus Nostri anno secundo.

Genuensis Reipublicæ Supremos Magistratus hortatur ut ad meliora redeant consilia, et modernorum factorum memoriam tollant.

CXLIV.

Abrogatur Edictum in Civitate Genuensi nomine Ducis, et Gubernatorum illius Reipublicæ promulgatum contra R. P. Cæsarem Crescentium de Angelis Episcopum Signinum Visitatorem Apostolicum in quibusdam Corsicæ Diœcesibus a Sanctitate Sua deputatum.

Pluries Apostolica Sedes irrita, et nulla declaravit temporalium potestatum acta, queis Ecclesiæ juribus injuria inferebatur; sic nulla et irrita declaravit acta Consilii Regii Castellæ contra Nuncium Apostolicum Hispaniarum Innocentius XI. Constit. edit. Anno 1678. Nov. 28.; irritavit Decreta, aliaque gesta a sæculari potestate in Hyspaniis libertati, immunitati, a jurisdictioni Ecclesiasticæ præjudicialia Clemens XI. Const. edit. Anno 1711. Oct. 17. Restitutionem Ecclesiasticæ comunionis Officialibus Civitatis Lipanen decretam a Delegato prætensi Tribunalis Siciliæ proscripsit Pontifex idem Constit. alia Anni 1712. Junii 18.; Edictum Reipublicæ Genuensis contra excomunicationis schedulam a Cardinali Fli-

sio evulgatam annullavit idem Clemens XI. Constit. Anni 1712. Dec. 3. Literas, et edictum Tribunalis Monarchiæ Siciliæ, contra censuras ab Episcopo Agrigentino in sui expulsores indictas, nullas declaravit Pontifex idem Const. edit. Ann. 1713. Dec. 23.; itemque Edictum Delegati Monarchiæ Siciliæ super interdicto contra Dioecesim Liparen Const. ejusdem Pontificis Anni 1714. Sept. 7. Omnimoda observantia interdicti in Dioecesibus Catanien., et Agrigentin decernitur ab Constit. altera Anni 1714. Nov. 6. Praeceptum Delegati Monarchiæ Siciliæ de impedienda exequutione Rescriptorum Apostolicorum annullavit posteriori Const. Anni ejusdem Nov. 29. Nullum tandem declaravit Edictum Congregationis Junctæ in Regno Siciliæ contra exequutionem Rescriptorum exterorum Constit. edit. Anno 1815. Jan. 11. De hac eadem materia in præsenti Constitutione tractatn vide Num. LXXXIX. CXLI., et CXLIII. supra relatos.

Clemens PP. XIII
Ad futuram rei memoriam

Causa deputationis Apostolici Visitatoris in aliquibus Dioecesibus Insulæ Corsicæ commemoratur.

§. 1. In Apostolica B. Petri Sede in quadam veluti specula collocati, impositæ Nobis Pastoralis sollicitudinis officio cogimur assidue vigilare, atque oculos undique circumferre, ne qua pars pereat Dominici gregis, cujus sanguis in extremo judicii die de manibus Nostris severissime exquiratur. Cum igitur ad aures Nostras pervenerit, Marianensem atque Acciensem, Nebiensem pariter, et Aleriensem Ecclesias Episcoporum, a quibus regebantur præsidio, magna ex parte destitutas multis, quæ inde acciderant; atque in posterum timebantur, malis ita affligi, ut nisi aliquo Apostolicæ providentiæ remedio succurreretur, tot animarum spiritalem doctrinæ, et Sacramentorum alimoniam exurientium salus in maximum discrimen vocaretur: Nos plura in animo Nostro consilia versantes, ut ægris atque afflictis ovibus, et sine pastore errantibus in via Domini, pro debito officii Nostri opem aliquam afferremus, cum nulla alia ratio suppeteret, Venerabilem Fratrem Nostrum Cæsarem Crescentium Episcopum Signinum in Corsicam mittendum esse decrevimus, qui Apostolici Visitatoris nomine, et potestate prædictarum Marianensis et Acciensis, Nebiensis pariter, et Aleriensis Ecclesiarum loca, in quibus Episcopi ob adversam horum temporum conditionem neque per se, neque per Vicarios suns eum utilitate commisso sibi gregi præesse possunt, ipse regeret et gubernaret.

Genuensis Reipublicæ Edictum contra Apostolicum Delegatum evulgatum refertur.

§. 2. Sed gravissimo fuimus mœrore perculsi, cum ad Nos allatum est impressum quoddam edictum, quod nomine Nobilium Virorum Ducis, Gubernatorum, ac Procuratorum Reipublicæ Genuensis promulgatum est, in quo omni erga Episcopalem dignitatem veneratione abjecta, et sacratissimo ordine conculcato, damnabili temeritate præmium sex millium scutorum Romanorum propositum est cuicumque, qui scelestas manus in Christum Domini intulisset, impieque compræhensum Januam transportandum tradidisset: Ac præterea, omni depositio obsequio erga hanc Apostolicam Sedem, gravissimæ arbitrariæ pœnæ statutæ sunt adversus quoscumque, qui ejusdem Episcopi mandatis paruissent, quamvis ipse delegata, vel quacumque etiam potestate præditus esset. Hujus autem edicti tenor est, qui sequitur: = Doge, Governatori, e Procuratori della Repubblica di Genova = Essendo pervenuto a Nostra notizia, che contro l'espressa Nostra volontà sia clandestinamente arrivato, o che possa arrivare frà brieve nel Nostro Regno di Corsica il Vescovo di Segni Cesare Crescenzio de Angelis; abbiamo deliberato, come in virtù delle presenti deliberiamo, un premio di Scudi di sei mila Romani a chiunque arresterà il detto Vescovo Cesare Crescenzio de Angelis, e lo consegnerà in alcuna delle Piazze, Presidj, Postamenti, o Torri guarnite dalla Nostra Truppa, da dove poi sarà Nostra Cura il farlo decentemente trasportare a questa Nostra Capitale di Terraferma.

» Proibiamo inoltre sotto le più gravi pene a Noi arbitrarie a qualunque persona di qualsivoglia grado, stato, o condizione ella siasi, di eseguire qualunque Decreto, Insinuazione, Ordine, Provvedimento, ed altro, che il detto Vescovo attentasse di fare nel Regno suddetto, sotto qualsivoglia nome, ed anco come preteso Delegato, o autorizzato con qualunque pretesa straordinaria facoltà.

» Ed acciò quanto sopra perveuga a notizia d' ognuno, così ad effetto di conseguire il premio sopradetto, come perchè allegar non possa causa d' ignoranza rispetto alle pene

» stabilite nelle presenti Nostre, abbiamo ordinato, che si pubblichino le medesime in Banchi, Luoghi soliti e consueti, e nel Nostro Regno di Corsica, e che vengano firmate dall'infrascritto Nostro Segretario di Stato. » Dato in Genova dal Nostro Real Palazzo, questo giorno 14 Aprile 1760 = » Francesco Maria =.

Relatum Edictum declaratur iniquum, Ecclesiasticae immunitatis laesivum, Apostolicae vero Sedis auctoritati injuriosum.

§. 3. Cum vero hujusmodi edictum iniquum sane, et plenum acerbitatis, cum maxima omnium fidelium offensione pervulgatum fuerit, nullumque sit in eo verbum, per quod tam Ecclesiastica immunitas Dei ordinatione, et Canonicis sanctionibus constituta, quam sacer et venerandus Episcoporum ordo ac dignitas per gravissimum facinus turpiter non laedatur: potissimum vero suprema Apostolicae Sedis auctoritas Bmo Apostolorum Principi, ejusque successoribus a Christo Domino tradita ad animarum salutem procurandam per summam injuriam inconsideratissime conculcetur.

Edictum idem tamquam irritum, invalidum, injustum, iniquum, revocatur, et a nemine observari posse mandatur.

§. 4. Hinc est, quod Nos pro commisso Nobis coelitus pastoralis officii munere Ecclesiastica jura, quorum assertores in terris a Domino constituti sumus, a temerariis et scandalosis hujusmodi ausibus illaesa, sartaque, tectaque tueri, et conservare, ac animarum periculis occurrere volentes, nec non omnium, quae ejusdem edicti, quod non quidem approbandi, sed penitus et omnino reprobandi animo praesentibus inserendum duximus, seu in eo contentorum occasione quovis modo acta et gesta sunt, seriem, causas, et circumstantias etiam aggravantes, aliave quaecumque etiam specificam, et individuam mentionem, et expressionem requirentia, iisdem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et exacte specificatis habentes, motu proprio, et ex certa scientia, et matura deliberatione Nostra, ac de consilio Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, deque Apostolicae potestatis plenitudine, edictum praeinsertum, et quaecumque in eo contenta cum omnibus et singulis inde sequutis, et forsan quandocumque sequuturis penitus et omnino nulla, irrita, invalida, injusta, iniqua, reprobata, damnata, inania, et a non habentibus potestatem temere et damnabiliter attentata, ac de facto praesumpta, nulliusque roboris, et momenti, vel efficaciae esse, et ab initio fuisse, ac perpetuo fore, neminemque ad illorum observantiam teneri, imo nec illa a quoquam observari posse, vel potuisse, adeoque neque ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde ac si nunquam emanassent, nec facta fuissent, pro non extantibus, et non factis perpetuo itidem haberi debere tenore praesentium declaramus.

Pariterque irritantur, et invalidantur quaecumque acta in praejudicium Ecclesiasticae immunitatis, et Apostolici Delegati praecedenter gesta, et patrata.

§. 5. Et nihilominus ad majorem et abundantiorem cautelam, et quatenus opus sit, illa omnia, et singula, prout etiam quaecumque alia praemissorum occasione tam in praejudicium libertatis, immunitatis, et jurisdictionis Ecclesiasticae, quam contra personam memorati Venerabilis Fratris Nostri Caesaris Crescentii Episcopi Signini quovis modo emanata, edita, acta, gesta, et perpetrata, cum omnibus pariter inde sequutis, et quandocumque sequuturis, harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, et abolemus, viribusque et effectu pariter et omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, et abolitis, viribusque et effectu penitus ac omnino vacuis semper haberi volumus, et mandamus.

Christifideles in Locis Visitatori Apostolico subjectis, illius mandatis obtemperare debere praescribitur.

§. 6. Sciant propterea omnes praedictorum locorum Dioecesum Marianensis, et Acciensis, Nebiensis pariter, atque Aleriensis Christifideles, memorato edicto, seu alio quovis mandato, et praecepto, quod a quacumque Saeculari Potestate in posterum promulgari contigeret, non obstante, tamquam irrito, nullo, atque attentato, sese teneri ac obligatos esse decretis, ordinationibus, mandatis, literis ejusdem Episcopi Signini, eidemque integram, et omnimodam obedientiam, obsequium, et subjectionem praestare atque exhibere, quousque auctoritate praedicta Apostolici Visitatoris ad Sedis Apostolicae beneplacitum in iisdem Dioecesibus eum commorari opus fuerit.

Clausula sublata, et Decretum irritans.

§. 7. Decernentes etiam easdem praesentes Literas, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod Dux, Gubernatores, et Procuratores praefati, et alii quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, praeeminentiae, et dignitatis existant, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causae, propter quas eaedem praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae, et justificatae fuerint, aut ex alia qualibet quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis,

vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, et substantiali, ac incogitato et inexcogitabili defectu, aut ex alio quovis capite a jure, vel facto, aut statuto, consuetudine, vel privilegio resultante, notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, et ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium intentari, et impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiter, et inconcusse observari; sicque et non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et dictæ S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, et Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet, quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, et in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, et specialibus Constitutionibus, et ordinationibus, et quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, legibus quoque, etiam Imperialibus, municipalibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, et immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis præfatis, et aliis quibusvis personis, etiam quacumque dignitate fulgentibus, et quomodolibet qualificatis a Sede prædicta ex quacumque causa, etiam per viam contractus, et remunerationis sub quibuscumque tenoribus et formis verborum, ac quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, et Consistorialiter, et alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, et quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi, pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Præsentium Literarum publicatio in locis solitis Urbis sufficere debere pro plena observantia demandatur.

§. 9. Cum autem eædem præsentes Literæ in supradicta Civitate Genuensi, aliisque locis ditioni ejusdem Reipublicæ subjectis fortasse nequeant tute publicari; volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, et Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, et in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, et publicari, sicque publicatas et affixas omnes, et singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, et afficere, ac si unicuique eorum nominatim, et personaliter intimatæ fuissent; utque ipsarum Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Maii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXLV.

Gnesnensi Archiepiscopo per Pontificias Literas, de alternativa collatione Beneficiorum, et de nominatione ad quinque Cathedralium dignitates in Poloniæ Regno, datis postulationibus respondit, nonullasque alias Ecclesiasticas quæstiones resolvit.

De alternativa hac beneficiorum collatione, et de nominatione ad quinque Dignitates Cathedralium adest Epistola ad illustrem Poloniæ Regem relatam sub Num. CX. Quæ autem hic referuntur Leonis X. et Clementis VII. Literæ de nova collatione Apostolica ad Beneficiorum collationem, non reperiuntur impressæ in Bullario Mainardi. Quoad Ruthenos in Poloniæ Regnis, et Russia Polonica adsunt Constit. Benedicti XIV. Anni 1744. Maii 2. itemque altera Anni 1751. Martii 29. nec non Anni 1753. Augusti 14., et tandem Anni 1756. Martii 30 quæ omnes reperiuntur insertæ in Bullario hujus Pontificis.

Ven. Fratri Wladislao Archiepiscopo Gnesnesi.

Clemens PP. XIII.
Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Causam exprimit cur Archiepiscopi postulationibus responsionem dare distulerit.

§. 1. Inter gravissimas curas, quibus premitur infirmitas Nostra sub Apostolici muneris sarcina, non leve solatium est, si possumus aliquando Venerabilium Fratrum Episcoporum desideriis annuere, et Christiani alicujus Regni tranquillitati prospicere: hanc ob causam literas Fraternitatis, Tuæ aliorum quoque Episcoporum, qui apud Te convenerant, nomine, datas benevole sic excipimus, quemadmodum sollicitudo Vestra in Ecclesiastica Disciplina retinenda, promovendisque commodis inclytæ Nationis de Apostolica Sede egregiæ meritæ poscebat, et Carissimi in Christo Filii Nostri Poloniæ Regis Officia iisdem adjuncta promerebantur. Mirum autem videri non debet, si ab eo tempore, quo datæ fuerunt, usque ad hanc diem responsum Nostrum distulimus; sane non inutiliter hoc tempus effluxit, quod impendimus serio cogitantes de nova concessione Apostolica, ad Beneficiorum collationem quod attinet, impertienda, qua dignitati Sedis Apostolicæ, ac simul Episcoporum juribus consuleretur, et amputarentur una veteres illæ controversiæ duobus ab hinc sæculis, et ultra exortæ, atque adhuc vigentes de Indultis Summorum Pontificum Decessorum Nostrorum Leonis X. et Clementis VII. hoc enim temporis spatio inter Apostolicæ Sedis Administros, Vestrosque Procuratores ita discussa, fæliciterque transacta res est, ut Fraternitatis Tuæ aliorumque Antistitum votis satis Nos fecisse merito existimemus.

Perpetuum jus Poloniæ Episcopis attribuit alternativæ collationis beneficiorum: specialiter S. Sedi minime reservatorum, nec non quinque in Cathedralibus dignitatum, tandem coadjutorias absque Ordinariorum testimonialibus cumquam collaturum promittit.

§. 2. Siquidem, quod primum erat literarum Tuarum caput, perpetuam facultatem Episcopis concedere statuimus conferendi alternis Mensibus ca Ecclesiastica Beneficia, quorum collatio, et provisio cessantibus generalibus atque specialibus reservationibus Apostolicis, nec non legitimis Patronatus juribus, Ordinariorum potestati certis Anni Mensibus permitti consuevit, neque absimili de Vobis benemerendi voluntate, ad tollendas dubitationes omnes æquum censuimus constabilire pariter jus eligendi ad quinque Archidiconatus istarum Cathedralium Ecclesiarum: cavebimus denique ne deinceps dentur Coadjutores cum futura successione ad Beneficia, quæ vel animarum curam, vel residentiæ onus habent adnexum, nisi prius exhibita fuerint testimonia Præsulum, in quorum Diœcesibus Beneficia existunt: ad eos enim pertinet dignoscere, num Ecclesiarum utilitati, et petentium meritis concessiones ejusmodi conveniant, quemadmodum etiam in aliorum Beneficiorum collationibus, eorumdem Ordinariorum attestationis, æqua habebitur ratio.

Decretum Benedicti XIV. de non tribuendis amplius duobus Beneficiis cum cura animarum explicat, et abrogare nequire posse significat, nisi in specialibus casibus Romano tantum Pontifici reservatis.

§. 3. Secundum Epistolæ caput pertinet ad Sa. Mc. Benedicti XIV. Decretum de non tribuendis amplius Apostolicis provisionibus pro duobus Beneficiis cum cura Animarum, quod quidem quum Sacrorum Canonum, et Tridentini Concilii prescripto, plurimisque Apostolicæ Sedis Sanctionibus consentaneum sit, persuasum esse cupimus Fraternitati Tuæ abrogari neutiquam posse; consulto enim sapientissimus Pontifex in isto præsertim Poloniæ Regno hoc duxit esse sanciendum, ne ab exemplorum frequentia, quæ plurima irresperant, invalesceret opinio ex contraria consuetudine, saluberrimam hac Legem fuisse sublatam, cui profecto nisi ex gravissimis rationum momentis derogare numquam licet. Possunt equidem peculiares quædam circumstantiæ

Digitized by Google

justam aliquando suppeditare causam, cur a communi lege, sive eadem ecclesiastica sit, sive civilis dispensari queat: hancque ob causam Nostro, et Successorum Nostrorum arbitrio reservamus hanc dispensandi in duobus Beneficiis curam Animarum habentibus, potestatem, quotiescumque id suadeant justæ urgentesque causæ, quæ Antistitum, et Apostolici Nuncii testimonio, comprobentur, atque huic Apostolicæ indulgentiæ eo facilior patebit aditus, si res erit de obtinendis duobus incompatibilibus Beneficiis, quibus cura Animarum adjecta non fuerit.

Quid agere debent Episcopi cum Religiosis hominibus ab Regularibus eorum Præsulibus ab Religione expulsis, commemorat ex Sacrorum Canonum disciplina.

§. 4. Doles tertio loco de nimia Prælatorum regularium facilitate in expellendis Religiosis hominibus, qui nulla ratione ad bonam frugem per eos revocari possunt, eaque propter incorrigibiles dicuntur, quod qnidem gravem Episcopis molestiam, sæculari autem Clero ignominiam infert, tum enim, assumpto Clericali habitu, expulsionis infamiam operire satagunt, quin interim a veteri pravitate, et a peccatis resipiscant: qua in re, Prælati regulares ignorare neutiquam debent, quid Canonicæ sanctiones ipsis præscripserint observandam, antequam ad ultimum hoc ejectionis remedium deveniant, quidquid postquam ejecti fuerint, ab iisdem faciendum juxta decretales literas Gregorii IX. Decessoris Nostri *in Cap. finali de Regularibus*; debent enim singulis Annis eosdem interpellare, ac requirere, ut ad pœnitentiam suis in Cœnobiis agendam revertantur. Inter ea vero nosse etiam te oportet, quod tales ejecti ab Ordinum exercitio suspensi sunt, quin possint Ordinarii locorum, suspensionem hanc relaxare; hæc si rite per Episcopos animadvertantur, atque serventur, nulla erit hac de re imposterum querelarum occasio. Cæterum si regularium Prælatorum culpa negligantur isthic, quæ rite præmittenda sunt ante ejectionem, quæque eamdem consequi debent, tum sanctiones ejusmodi renovare, novoque Apostolicæ firmitudinis calculo roborare parati sumus, ut Ecclesiastica disciplina, qua Nobis nihil antiquius est, sancte, illibateque custodiatur.

Apostolica charitate se prospecturum in Rutheni Cleri miseram, et luctuosam conditionem, ut Catholicæ Religionis cultus in eo conservetur promittit.

§. 5. Quarto triste admodum Nobis accidit intelligere, ob summam sacrarum rerum ignorantiam, depravatos mores, corruptamque fidei doctrinam, Rutheni Cleri conditionem sic miseram, et luctuosam, ut valde timendum sit, Catholicam Religionem in eo brevi interituram, nisi quamprimum, Præside Apostolico Nuncio, aliisque Latinis Episcopis adsidentibus, nova Synodus congregetur: quod quidem eo perstrinxit acrius Animum Nostrum, quia probe meminibus non ita pridem anno nimirum 1720 habitam fuisse Zamosciensem Synodum, ubi coram Apostolico Nuncio sedulo pertractata sunt, atque, firmata quæcumque ad custodiendum fidei depositum, ad Catholicam unitatem servandam, promovendamque morum disciplinam necessaria sunt visa; hujus autem Synodi Decreta diligentissime prius expensa, postmodum vero a Summis Pontificibus Innocentio, et Benedicto Tertiis decimis Decessoribus Nostris approbata, vel in suo robore permanere, vel ad observantiam facile revocari posse arbitramur: neque Nos pariter latet solertissima cura Benedicti XIV., qui Græcorum omnium Catholici Orbis Negociis sapientissime prospexit, et Ruthenorum præsertim amplissimi istius Regni, ea Apostolicæ Sedis charitate, quacum uti mater amantissima, fideles cunctos sibi unitos, quamtumvis diversi sint ritus, in sinu, et in oculis semper gerit, atque sperabamus, ut in vinculo charitatis, et morum disciplina ipsi quoque firmius contineri debuissent: Nihilosecius Apostolicæ sollicitudinis memores ubi de hisce omnibus latius instructi fuerimus tum ab ArchiepiscopoMitilenarum Romam proxime redituro, tum vero ab Ephesino in ejus locum isthic suffecto, de iis remediis sedulo cogitabimus, adstipulante Congregationis Fidei Propagandæ consilio, quæ ad Orthodoxæ Fidei puritatem, et Ecclesiasticam Disciplinam, in eo Clero redintegrandam conducere magis in Domino existimabimus.

Benedicti XIV Encyclicam quoad Hebræos in Poloniæ Regnis degentes commemorat, illiusque observantiam præscribit, novaque futura consilia hac de re præbiturum promittit.

§. 6. Quinto rogas, quid Episcopis agendum sit, ubi secundum patrias leges petitur facultas construendi, reparandivæ Hebræorum Synagogas; timesenim, si negaverint iis detrimentum inferri, qui pecunias suas Judeis fænerantur, Synagoga fidejubente, ne, hac diruta, pereat debitorum nomen: Difficile admodum est petitioni huic affirmando, aut negando tuto respondere, quum quandoque ex peculiaribus rerum circumstantiis id permitti, ac tollerari posse videatur: quamobrem Fr. Tuam hortamur, ut questionem hanc enucleatius proponas, tunc enim eamdem, vocatis etiam in consilium Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus S. Officii accuratius perpendere licebit. Interea Fraternitati Tuæ in mentem ducimus revocandam Encycli-

cam Epistolam Benedicti XIV. sæpius laudati, diei 14 Junij 1751 ad istius Regni Episcopos datam, ubi ea omnia, quæ secundum Sac. Canonum regulas, Vestrasque Synodicas leges Hæbreis vetita sunt, doctissime demonstrat, atque illud ipsum dolet, quod modo enunciant literæ Tuæ, locatas nempe Christianorum pecunias super Synagogis Judæorum, unde fit, ut tot sint Synagogæ Patroni, quot sunt Creditores: hanc ob causam Episcoporum vigilantiam excitare studuit, ut verbo, et exemplo docerent, Christianum Populum cavere a Judæorum commerciis, et præcipue non sinerent Ecclesias, piasque Domos pecunias suas Synagogis fænori dare; tunc enim sperandum foret ut Laici etiam ab ejusmodi usuris a Synagogis percipiendis removerentur.

Quoad Apostolici Nuncii Auditorem in Polonicis Regnis peculiaria quædam participat.

§. 7. Denique ad desiderium illud, quod spectat, de retinendo in obsequiis novi Apostolici Nuncii dilecto Filio Evangelista Stephanino, qui Auditoris munere laudabiliter sub illius antecessore functus est, æquum Nobis visum non est, Ven. Fratrem Archiepiscopum Ephesinum ea libertate privari, qua reliqui Apostolici Nuncii in Auditoris sui delectu hactenus usi sunt; illud tamen pro certo habeatis volumus, talem cum sibi adlegisse Sacerdotem, natalibus, doctrina, prudentia, morumque integritate ornatum, qualem Vobis quoque gratum, acceptumque fore confidimus. Hæc sunt quæ literisTuis duximus respondenda, atque interea Apostolicam Benedictionem Nostram, Fraternitati Tuæ, aliisque Episcopis peramanter largimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXXI. Maij MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXLVI.

Abbati Monasterii S. Juliani de Samos Ordinis S. Benedicti Nullius Diœcesis Provinciæ Compostellanæ facultatem injungit permittendi in sua Diœcesi Artium exercitationes et opera servilia, audita tamen missa in festis diebus, aliquibus tamen solemnioribus exceptis.

Literæ Apostolicæ, quibus similem fecit facultatem pro Toletana Provincia adsunt superius sub. Num. XXXI.

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

§. 1. Cum, sicut quædam sunt, ut inquit S. Leo Magnus Prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum opporteat temperari, illa semper consideratione servata, ut in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum inveniatur adversum; Ea propter Apostolica hæc Sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quod integrum sibi fuit, consuevit Supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cœteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientiæ angore contemnuntur.

Causa hujus Brevis e populi calamitatibus educta.

§. 2. Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis nuper expositum fuit, in locis jurisdictionis Tuæ, ac pro tempore existentis Abbatis Monasterii S. Juliani de Samos Ordinis Sancti Benedicti Nullius Diœcesis Provinciæ Compostellanæ adeo excreverunt calamitates, et angustiæ, ut quamplurimis locorum jurisdictionis præfatæ hominibus, qui manu, et labore in sudore vescuntur pane suo, attenta alendæ vitæ necessitate, diebus festis de præcepto vetitis, laboribus aditum jam late aperuerunt, si per omnes dies festos hujusmodi a servilibus operibus abstineant, ad vitam lucro sustinendam haud quaquam tempus sufficiat, ac propterea Nobis humi-

liter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et, ut infra indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Præferendum remedium æternæ salutis, severiori Ecclesiasticæ Disciplinæ.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustentandam adhibere, quam per severiorem Ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos homines specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliique Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni Tuæ, fili Abbas, qui (ut asseritur) particulare, ac separatum territorium habes, ac jurisdictionem quasi Episcopalem in dictis locis exerces, etiam si ex illis personis non sis, quibus similes gratiæ per Sedem Apostolicam committi consueverunt, per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus eorumdem locorum Tuæ jurisdictionis Nullius Diœcesis Provinciæ præfatæ personis, ut deinceps exceptis omnibus diebus Dominicis, Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti, Sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti itidem diebus, nec non Ascensionis Domini Nostri, Corporis Christi, S. Joannis Baptistæ, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, S. Jacobi, et Commemorationis omnium Sanctorum, præterea quinque dicatis Beatæ Mariæ Virgini Immaculatæ, nempe Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non Sancti Patroni, aut Tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat, in quibus integra maneat præcepti obligatio, in reliquis diebus festivis, sive per hanc Sanctam Sedem præceptis, sive per synodales eorumdem locorum jurisdictionis hujusmodi constitutiones, sive quacumque alia, etiam voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra Apostolica, per Te commutari volumus, causa præceptis, audita Missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientiæ scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra præfata concedas, indulgeas, et permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

Absolutio a censuris.

Exprimuntur solemniores festivitates, quæ a præsenti indulto excipiuntur.

In reliquis festivitatibus, audita missa, permittuntur serviles operæ.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non locorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Junii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXLVII.

Abbati Monasterii de Sahagun Ordinis S. Benedicti Nullius Diœcesis ejusdem Provinciæ Compostellanæ facultatem eamdem impartitur sub iisdem legibus, et reservationibus.

Omittitur tenor harum Litterarum, utpote quæ præcedentibus sunt omnino conformes, si excipias locum pro quo concessæ fuerunt.

Digitized by Google

CXLVIII.

Respondet litteris, illustrium Virorum in Ecclesiasticis Parisiensibus Comitiis congregatorum, quibus nunciaverunt, se Encyclicam Benedicti XIV. Epistolam uti stabilem normam sumpsisse, de quo summopere gratulatur.

Præcedentes Apostolicæ Literæ directæ Archiepiscopo Narbonensi super hac ipsa materia, retulimus sub N. CXXVI.

Venerabilibus Fratribus, et dilectis Filiis Archiepiscopis, Episcopis, et aliis Ecclesiasticis Viris, in Comitiis Parisiensibus congregatis.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater, et dilecti Filii Salutem, et Apostolicam benedictionem

Gallicæ Ecclesiæ cultum, et observantiam erga Apostolicam Sedem commendatur.

§. 1. Magno nos affecerunt gaudio literæ Vestræ die decimasexta Maij Lutetiæ Parisiorum conscriptæ: non tam enim declarant veterem Gallicanæ Ecclesiæ cultum in hanc Apostolicam Sedem, verum etiam, nova pietatis, et observantiæ significatione, confirmant. Nihil fuit certe canonicis regulis consentaneum magis, nihil Vestra sacrarum rerum prudentia magis dignum, quam ut, subortis jam pridem inter Vos aliquibus dissidiis, controversia omnis ad Apostolorum Principis Cathedram deferretur, eademque sapientissimi Pontificis ultimi Decessoris Nostri Apostolico finiretur rescripto: quod cum feliciter evenisset, perlectisque modo in Comitiorum Conventu Literis Nostris ad Narbonensem Archiepiscopum datis, quibus Encyclicam Benedicti XIV. Epistolam, et commendavimus, et Apostolicæ firmitudinis calculo iterum comprobavimus, non tam Epistolæ illi omnes uno ore plauseritis, atque uti rectam, stabilemque normam sumpseritis regundarum Diœcesium Vestrarum, incredibilem ex hoc eventu cæpimus in Domino voluptatem.

De Gallicorum Ecclesiarum inter sese conjunctione, et adherentia Ecclesiasticæ unitatis centro, gratias Deo reddit, et cum Gallicano Clero gratulatur.

§. 2. Postquam igitur plurimas omnipotenti Deo gratias dedimus Vobis quoque, Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, magnopere gratulandum esse censuimus, quod Ecclesiasticæ unitatis centro firmiter inhærentes, perfectissimæ inter Vos animorum conjunctionis inclyto Galliarum Regno, omnique Christiano Populo exemplum pulcherrimum præbuistis: qua in re cum Illustrium Galliæ Antistitum erga Romanam Sedem studium, mutuamque charitatem æmulati fueritis, sicut illi Decessorum Nostrorum sic, et Vos laudes Nostras fuistis promeriti. Alloqui igitur lubet Universam Congregatorum isthic Sacerdotum Fraternitatem, iisdem verbis (non quidem monendo, sed gratulando) quibus olim in sua ad Romanos Senatores Epistola, usum fuisse legimus S. Avitum Viennensem, lætari Nos, quod in *Ecclesia Vestra, Petri sedem* diligatis, atque illud unum quam maxime cupere, ac precari, ut *quod Vobis posse præstitit Deus*, ad majorem Christianæ pietatis laudem, ad Ecclesiasticæ disciplinæ tutelam, *ad ipsius Reipublicæ tranquillitatem* unanimiter impendatis.

Ecclesiæ unitas, tanquam Reipublicæ tranquillitati maxime conferens, semper in Apostolicæ Sedis votis fuit.

§. 3. Summa hæc est obsecrationum, consiliorum, atque totius Apostolicæ Nostræ sollicitudinis. Sunt hæc desideria, ac vota Carissimi in Christo Filii Nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi, qui Catholicæ Fidei, et Apostolicæ Cathedræ amantissimus, opem præsidiumque suum, uti optimus Princeps, Ecclesiam Dei desiderare non sinit; hæc autem si effeceritis, quemadmodum sapientiæ Vestræ fidentes dubitare non possumus, non tam coagmentata inter Vos concordia consistet, verum etiam reintegrata per universam Galliam Ecclesiastica pax, veteres ægritudines omnes absterget, Nostræque villicationi, ac Vestræ, fructum dabit uberrimum; quod cum toto corde ominemur, assiduisque precibus, ac sacrificiis Nostris a bonorum omnium largitore Deo apprecemur, Apostolica Benedictione Nostra, Venerabiles Fratres, ac dilectos Filios peramanter complectimur. Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis, sub annulo Piscatoris die 18. Junii 1760. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Digitized by Google

CXLIX.

In idem Argumentum

Ven. Fratri Carolo Antonio Archiepiscopo Narbonensi.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Cum Gallicani Cleri Praeside gratulatur de unanimi adhesione Encyclicae Benedicti XIV.

§. 1. Non erat cur moram excusares in respondendo Literis Nostris, scimus enim quanto consilio, ac prudentia opus sit, ubi plures conveniunt, ut idem omnes loquantur, ac sentiant; quum vero optatum finem feliciter assequutus fueris, frustra hoc temporis intervallum non fuit insumptum: gratulamur igitur Tibi præcipue, quemadmodum facimus, aliis in Literis cum universo Venerabilium Fratrum, ac Sacerdotum Conventu isthic congregato, quod lectis Literis Nostris, in quibus Benedicti XIV. encyclicam Epistolam, uti decebat, commendamus, unanimi voluntate acquieverint omnes, eamdemque sese exequi paratas ostenderint.

Gratias Deo reddit pro felici Gallicanae Ecclesiae unione, ex qua pax universo Clero est derivatura.

§. 2. Quamobrem Deo Opt. Max. a quo bona cuncta procedunt, multiplices gratias agimus, quod, Nobis, licet indignis Romanæ Ecclesiæ Claves tenentibus, veteres controversiæ sublatæ, debitum Epistolæ illi præstitum obsequium, et pax in amplissimo Cætu Vestro constabilita jam fuerit. Erit hoc sane Deo gratum, et apud homines Vobis gloriosum, neque obliviscentur posteri, quod Te Comitiorum Præside, tam salutare opus fuerit absolutum; restat modo, *ut dilatentur loca Tentorii Vestri*, sicut Isaias ait, atque pax eadem ad universos Galliarum fines protendatur, *ad dexteram enim, et Lævam penetrabitis cum dominabitur* Vestri Deus veritatis, et pacis: sic dubio procul Apostolicæ Sedis decreta salva, et tecta manebunt, vigebit Episcopalis authoritas, demum Christiana disciplina pristinum resumet succum, et sanguinem. Hæc quidem tum vero etiam Tuis, aliorumque Episcoporum pietate ac prudentia freti, eventura confidimus, obsecrantes Patrem luminum, quod ut in Vobis operatus est, universæ Gallicanæ Ecclesiæ velit esse proficuum: Tandem vero spectatissimæ fidei, ac vigilantiæ Tuæ, meritas de hoc eventu persolvimus laudes, Nostramque benevolentiam Tibi plurimum devinctam fatemur, a qua si quid unquam commodum manare poterit expectationi Tuæ, respondere gratissimum erit: Sit autem effusæ charitatis Nostræ pignus Apostolica Benedictio, quam Tibi Ven. Frater peramanter largimur. Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diæcesis sub Annulo Piscatoris die 18. Junii 1760. Pontificatus Nostri anno Secundo.

CL.

Ne extrahantur, et comodentur reliquiæ extra Ecclesiam Conventus Terræ de Lugo Imolen Diœcesis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum prohibet sub excommunicationis pœna, nec non privationis vocis activæ et passivæ quoad Regulares.

Ne Sanctorum Reliquiæ e locis in quibus asservantur extrahantur, vel adsportentur, peculiaribus in id panditis Ordinationibus sæpe constituerunt Romani Pontifices; sic cæteris missis, extractionem Reliquiarum ex Coemeteriis Urbis et locorum vicinorum, absque Emi Cardinalis Vicarii licentia, prohibuit Clemens X. Constit. edit. Anno 1762. Jan. 13. quæ est in Bullario Mainardi. Ablationem, detractionem, et adsportationem vel minimæ partis Corporis S. Camilli de Lellis, prohibuit Benedictus XIV. Constit. edit. Anno 1742. Martii 5; pariter extractionem, et adsportationem Reliquiarum asservatarum in Assisiensi S. Francisci Basilica prohibuit Pontifex idem constit. edit. anno 1754. Martii 28. §. 13. ut videre est in hujus Pontificis Bullario.

Clemens. PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Exponitur causa postulatae hujus prohibitionis.

§. 1. Cum sicut dilectus filius Ludovicus a Ferraria frater expresse professus, et Vicarius Conventus Oppidi Civitatis nuncupatæ, seu Terræ de Lugo Imolen. Diœcesis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, ipse ex piorum Christifidelium devotione, et sua industria quinque Capsulæ, in quibus nonnullæ Sanctorum, ut pie creditur, reliquiæ in quamplurimis thecis distributæ asservantur, Ecclesiæ dicti Conventus largitæ fue-

riot, dictus vero Ludovicus præmissorum conservationi, et manutentioni opportune, ut infra, a Nobis provideri plurimum desideret.

Extractio, et asportatio reliquiarum interdicitur sub pœna excomunicationis latæ Sententiæ uni tantum Romano Pontifici reservatæ.

§. 2. Nos specialem ipsi Ludovico gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quævis persona sive secularis, sive regularis cujusvis status, gradus, qualitatis, ordinis, conditionis, et dignitatis etiam Ecclesiasticæ, et quacumque auctoritate, superioritate, et officio fungens, etiam individua mentione, et expressione digna, ullo unquam tempore, capsulas, reliquiaria, thecas, et reliquias hujusmodi in eadem Ecclesia, ut præfertur, collocatas, donatas, et repositas, seu pro tempore collocandas, donandas, et reponendas sub quovis quæsito colore, causa, ingenio, ratione, et occasione e dicta Ecclesia, seu illius Sacristia extrahere, et asportare, ac aliis Ecclesiis, Monasteriis, et locis piis commodare; seu ut extrahantur, asportentur, et commodentur, permittere, aut consentire audeat, seu præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ, a qua nemo nisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium, præterquam in mortis articulo constitutus obtinere, queat, ac etiam quoad Regulares privationis vocis activæ et passivæ per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrendis pœnis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium interdicimus, et prohibemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Conventus, et Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ Ecclesiæ, aut illius Sacristiæ, aut in aliquo alio conspicuo loco, ubi ab omnibus cerni, et legi possit, continuo affixum remaneat. Cæterum per præsentes non intendimus reliquias supradictas ullo modo approbare. Datum In Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis hac die XX. Junii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Publica præsentium literarum affixio demandatur.

CLI.

Gratias Catholico Hispaniarum Regi reddit, quod honorifice ab Hispanicis Magistratibus exceptus sit Apostolicus penes Fidelissimum Regem Nuncius e Portugalliæ Regnis violenter expulsus: eumdemque Hispaniarum Regem rogat, ut præfatum Nuncium in sua protectione recipiat, atque Apostolicæ Sedis contemptam dignitatem vindicet pro sua religione

Carissimo in Christo Filio Nostro Carolo Hispaniarum Regi Catholico

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem

Suum exprimit dolorem pro expulsione Apostolici Nuncii ex Portugalliæ Regnis.

§. 1. Satis explicare non possumus Majestati Tuæ, quam incredibiliter mœrore acerbissimo affecti fuerimus ex eo, quem accepimus nuncio, dilectum scilicet Filium Nostrum Philippum Cardinalem Accjajoli de repente Ulissiponæ pulsum, ejectumque magna cum injuria, nulloque habito neque Episcopalis Ordinis, neque Cardinalitiæ Dignitatis, neque Apostolici Ministerii respectu: hanc tamen acerbitatem non mediocriter lenivit intelligere simul, quod, ubi Tuam in Ditionem pervenit, a Magistratibus, atque Gubernatoribus benevole, ac perhonorifice fuit exceptus: hoc quidem proficisci, non ambigimus non tam ex ingenita, constantique observatia Hispanicæ Gentis, quam ex spectatissima Religione, singulari studio, ac pietate vere Filio digna, Majestatis Tuæ, in Apostolicam hanc Sedem, quam illi, hac occasione accepta, prosequuti, et æmulati fuisse videntur. Hinc certissima Nobis exoritur spes, quod ubi Venerabilis Frater Archiepiscopus Naupacti Noster, et Apostolicæ Sedis Nuncius Majestati Tuæ significaverit totius Rei seriem, et gravem contumeliam Pontificio illi Legato inustam, prius quidem satis mirari non poterit, quam malis consiliis, Fidelissimi Regis virtus, atque religio fuerint circumventæ; deinde vero tristissimi eventus commiseratione commota, ad afflictum Cardinalem, et Apostolicum

Digitized by Google

Nuncium sublevandum, Regalem animum suum convertet, eoque majoribus beneficiis illum honestabit, quo magis Regii animi magnitudo, sublimitas, atque religio, subditorum suorum humanitatem, comitatemque antecellit:

Catholicum Regem rogat, ut Majorum suorum imitatus exempla, expulsum Nuncium in sua recipiat protectione.

§. 2. Non dubitamus, igitur quin cum Majorum Tuorum exemplo Tuis in Regnis commorari sinas, eidemque indulgeas, ut iisdem gaudeat honoribus libertatibus, commodis, ac juribus, quæ ab illius dignitate, ac ministerio sejungi non possunt. Dolorem idcirco Nostrum Majestati Tuæ illico significandum esse duximus, ut qui Regni Tui Magistratuum Officiis mitigari jam cæpit, Majestatis Tuæ præsidio omnino sanetur; quamvis enim ad id egregia, et præclarissima virtus Tua excitamento non egeat, nihilo secius, qui nullam aliam solatii spem, quam in Te positam habemus, rogamus, et etiam oramus sic ut majore studio agere non possimus, ut non tam illum in Regalem tutelam Tuam suscipias, verum etiam opem, præsidiumque Tuum, Apostolicæ Sedis causæ sic afferas, ut ejus honor, dignitas, ac jura in Apostolici Legati persona tantopere læsa, atque contempta, quam cito vindicentur, atque sarciantur. Pater est in Christo amantissimus qui carissimum in Christo pariter Filium hortatur, atque exorat; Ecclesiæ Catholicæ Caput visibile, Catholicum Regem eximium, ac meritissimum defensorem suum; Supremus denique Pastor totius Orthodoxi Gregis onera sustinens, qui quamplurimas animas Christi sanguine redemptas pietati Tuæ commendat, ne forte ex obortis ejusmodi dissidiis aliqua offensione perculsæ, spirituale subeant æternæ salutis detrimentum. Cujus quidem præstantissimæ pietatis misericordiarum Pater, ac Dominus non tam in terris, quam in Regno Cœlorum mercedem amplissimam dabit Majestati Tuæ, cui Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die IX. Julii MDCCLX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Absumpto hoc Secundo Pontificatus Anno quoad materias Ecclesiasticas, gradum facimus ad alias res, quæ Temporalem Pontificis jurisdictionem hoc eodem anno respiciunt juxta methodum nobis præstitutam in primo Anno. Addemus Appendicem in qua collocabimus res ad utramque potestatem spectantes, in hujus Pontificatus fine, quas inordinata serie in Archivis adinvenimus, proindeque omittere debuimus peculiari loco cuique pertinenti, servata temporis epoca.

CLII.

Confirmatio, at innovatio Litterarum Benedicti XIV. super erectione Magistratus, privilegia, et indulta Civitatis Forolivien.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Exordium

§. 1. In supremo Militantis Ecclesiæ solio per ineffabilem Divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio constituti, ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris in favorem Civitatum, Oppidorum, et locorum temporalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ditionis in pacis amenitate conservandorum provide, sapienterque constituta, et ordinata esse noscantur, ut firma semper, atque illibata serventur, Apostolici muniminis Nostri patrocinio libenter roboramus.

Preces porrectæ pro confirmatione Litterarum Benedicti XIV, et prædecentium Summorum Pontificum

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Nonaginta Viri Pacifici nuncupati Civitatis Nostræ Forolivien., quod alias felicis recordationis Benedictus Papa XIV. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis expeditas Litteras nonnulla privilegia, indulta, gratias, et prærogativas Civitati præfatæ concessas, perpetuo approbavit, et confirmavit, et alias, prout continetur in ipsius Benedicti Prædecessoris Nostri Literis tenoris sequentis, videlicet: = Benedictus » PP. XIV. = Ad perpetuam rei memoriam. Etsi cuncta, eaque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum providentia favorem Civitatum, Oppidorum, et Terrarum temporalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ditionis in pacis amœnitate conservandarum benigne, sapienterque constituta sunt, haud indigere arbitramur, ut novo Apostolicæ firmitatis robore muniantur; tamen ut illa magis firma, et illibata custodiantur, libenter, cum a Nobis petitur, Nostræ etiam confirmationis munimen adiicere non dubitamus. Cum itaque, sicut dilecti filii Nonaginta Viri Pacifici nuncupati Civitatis Nostræ Foroliviensis Nobis nuper exponi fecerunt, quod alias uempe Anno MDXL. bo. me. Joannes Guidicioni, dum vixit, Episcopus Forosemproniensis, ac Provinciæ Nostræ Romandiolæ, et Exarchatus Ravennæ Præsidens, pro

» prospera dictæ Civitatis Foroliviensis » directione, publicaque pace, et tranquillitate propter fidelitatem ab eadem Civitate huic Sanctæ Sedi præstitam, unum in eadem Civitate Nonaginta Virorum Pacificorum nuncupatorum Magistratum erexit, instituitque, » nonnulla etiam pro salutari ejusdem » Magistratus recte administrandi, et in » perpetuum conservandi regimine addidit Capitula, ac Ordinationes in formam Statutorum digessit, in quibus » præsertim continebatur, ut quot quot » Magistratum hujusmodi tunc temporis, et in futurum obirent, se se sub » potestate Sedis prædictæ esse, et fore, illique obedientiam præstare, et » ad conservandam, fovendam, reintegrandamque pacem, et tranquillitatem, administrandamque in dicta Civitate justitiam paratos, ac promptos » esse Sacramento obstringerentur. Postmodum Capitula, seu Statuta hujusmodi a felicis recordationis Paulo Papa III. prædecessore Nostro vigore quarumdam literarum in simili forma » Brevis die XXIV. Maii supradicti Anni » expeditarum, approbata fuerunt; subinde Julius III., et Paulus IV. Romani itidem Pontifices prædecessores » Nostri, erectionem, institutionemque » dicti Magistratus confirmarunt, illumque nonnullis privilegiis, gratiis, et » favoribus ditarunt, dictusque Paulus IV. quoque per suas similes Literas tertia Augusti MDLV. expeditas, hujusmodi institutionem admodum utilem, et fructuosam esse declaravit. Præterea Gregorius Papa XIII. » pariter prædecessor Noster, erectionem » Magistratus hujusmodi, ac illius privilegia etiam confirmavit, per suas » itidem expeditas Literas tenoris sequentis, videlicet: = Dilectis filiis Magistratui Nonaginta Virorum Pacificorum Civitatis Nostræ Foroliviensis. Gregorius Papa XIII. Dilecti filii salutem, » Apostolicam Benedictionem. = Eximia fides, et sinceræ devotionis affectus, qui in Apostolicæ Sedis conspectu hactenus claruistis, merito » Nos inducunt, ut prædecessorum Nostrum vestigiis inhærentes, ea, quæ » pro publica Civitatis Nostræ Foroliviensis tranquillitate gesta, Vobisque » concessa fuisse comperimus, approbationis Nostræ præsidio roboremus. » Precibus itaque Vestris nuper per dilectos filios Claudium Accoatium Juris Utriusque Doctorem, et Equitem » auratum, et Franciscum Guarinum » Concives Vestros ad Nos in hac Nostra ad summi Apostolatus apicem » assumptione, dictamque Sedem a Vobis destinatos Oratores humiliter porrectis inclinati, erectionem, et institutionem Ordinis, et Magistratus Vestri, dudum per bo. me. Joannem Episcopum Forosemproniensem tunc in » humanis agentem, ac Provinciæ Romandiolæ, et Exarchatus Ravennæ » Præsidem ad sex Annos ex tunc computandos factam, et deinde ad alios » sex annos Apostolica auctoritate prorogatam, et successive per piæ memoriæ Julium PP. III. prædecessorem » Nostrum approbatam, confirmatam, » et innovatam, utpote dictæ Civitati admodum utilem, et fructuosam, ac salubrem ejus directionem » concernentem, nonageoariumque ejusdem Ordinis numerum cum omnibus et singulis ejusdem Vestri Ordinis, ac Magistratus honoribus, oneribus, redditibus, et emolumentis, » nec non omnia, et singula privilegia, ordinationes, concessiones, indulta, gratias, et prærogativas eidem » Vestro Ordini, tam per Joannem Episcopum, et præsidem, ac etiam dum » in minoribus constitutus, ac in Provincia, et Exarchatu prædictis bonæ memoriæ Pauli Papæ III. etiam prædecessoris Nostri, et Sedis præfatæ de » latere Legatus esset, Julium, quam » Paulum præfatos, ac etiam rec. mem. » Paulum IV., et Pium etiam IV. Romanos Pontifices prædecessores Nostros, nec non similis memoriæ Hieronymum Tituli S. Georgii ad velum » aureum Diaconum Cardinalem, dum » viveret, similiter Legatum, ordinationes quoque, et decreta noviter per » dilectos Filios Joannem Baptistam Doriam Notarium Nostrum tunc in Provincia, et Exarchatu prædictis Præsidem » pro eundo de nocte sine lumine, et » pulsando Campanam ad arma, ut occurratur periculis, et tumultibus, ac » pro quiete, et pace dictæ Civitatis, » et Paulum Romulia de Tarano super » Mattinatis secundo nubentium, et » Venerabilem Fratrem Nostrum Salvatorem Pacinum Episcopum Clusin, » olim istic Vice-Legatos pro stantiis » Palatii per Vos ædificatis, et refectis, et Montem de Valentibus de » Trebbio pro dilecto Filio Nostro Carolo tituli Sanctæ Praxedis Presbytero Cardinale Borromeo nuncupato, » tunc Provinciæ, et Exarchatus præfatorum Legato de latere Locumtenentem, ut homines Vestri Ordinis » ad testificandum in maleficiis cogi-

» non possent, exceptis tamen ubi pœ-
» næ capitales veniunt infligendæ, et
» in his urgente necessitate, nempe si
» alii Testes haberi non possent, et
» salvo ipsius Præsidis arbitrio, nec
» non per Ven. Fratrem Hieronymum
» Episcopum Marturanensem similiter
» tunc Præsidem contra delinquentes,
» et eorum gratias, quibus gratiis illi
» non aliter, quam forma Decreti per
» eos servata uti possent, ac alios quos-
» cumque Romanos Pontifices Præde-
» cessores Nostros, dictæque Sedis Le-
» gatos hactenus quomodolibet conces-
» sa, ac prout illa concernunt, quasvis
» Apostolicas, et alias gratias desuper
» expeditas, cum omnibus, et singulis
» in eis contentis clausulis per rec. mem.
» Pium PP. V. similiter prædecesso-
» rem Nostrum approbata, et confir-
» mata, et quoniam illos, qui ab eo-
» dem ordine Vestro tacite vel expres-
» se privati erant, et privarentur in fu-
» turum, quique Vobiscum de Magi-
» stratu fideliter exercendo non juras-
» sent, nec jurarent in ipso ordine Ve-
» stro, ejusque Magistratus exercitio
» versari, ac eorum, quæ ibidem pro
» Civitatis pace, et justitia discutiebau-
» tur notitiam habere non mererentur,
» Vobis in virtute Sanctæ Obedientiæ
» districtæ præcipiendo factam per eum-
» dem Pium V. inhibitionem, ne de-
» inceps perpetuis futuris temporibus
» de illis in numerum, vel Ordinem
» Vestrum recipiendis invicem ullatenus
» tractare præsumeretis, ne videlicet
» ipsi indigni judicati ullam Status,
» rerumque Vestrarum turbandarum oc-
» casionem haberent, ac Decretum ejus-
» dem Pii prædecessoris, per quod eos,
» qui Vestri Ordinis hominibus dum
» contra delinquentes, aut factiosos,
» vel ex quacumque causa suspectos of-
» ficium suum exequerentur, se op-
» ponerent, vel eosdem impedire vel-
» lent, illasmet pœnas, quas hi, qui
» se Officialibus Civitatum opponentes,
» vel illorum officium impedire volen-
» tes incurrerent, ipso facto incurrere,
» et incidere declarabatur; ac insuper
» custodiæ Vestræ, nec non viginti mi-
» litum ad eam pro Vestra, et dictæ
» Civitatis, suique Palatii securitate de-
» putatorum stipendium, et ejus assi-
» gnationem juxta formam Litterarum
» dicti Pauli III. prædecessoris hacte-
» nus observatam, ac redditus, et emo-
» lumenta per dilectos filios Commu-
» nitatem ipsius Civitatis Ordini Vestro
» concessos, una cum Capitulis, ordi-
» nationibus, constitutionibus, decre-
» tis, privilegiis, ordinibus, legibus,
» emolumentis redditunm, solutioni-
» bus, licentiis, gratiis, prærogativis,
» honoribus, et oneribus dicti Nume-
» ri, seu Magistratus per Paulum III,
» Julium III., Paulum IV., Pium IV.,
» et Pium V. prædictos concessis illo-
» rum omnium tenores præsentibus pro
» sufficienter expressis habentes, Apo-
» stolica auctoritate tenore præsentium
» approbamus, et confirmamus, ac il-
» lis perpetuæ, et inviolabilis firmita-
» tis robur adjicimus, omnesque, et
» singulos juris, et facti defectus, si
» qui forsan intervenerint in eisdem
» supplemus, illaque omnia perpetuis
» futuris temporibus durare, et invio-
» labiliter observari debere decernimus,
« et declaramus, nec non approbatio-
» nem, confirmationem, adjectionem,
» suppletionem, decretum, et decla-
» rationem hujusmodi, aliaque præ-
» missa, ac præsentes Litteras quovis
» quæsito colore, vel ingenio de subre-
» ptionis, vel obreptionis, aut nullita-
» tis vitio, seu intentionis Nostræ de-
» fectu nullatenus notari, vel impu-
» gnari posse, sed illa semper valida,
» et efficacia fore, suosque plenarios,
» et integros effectus sortiri, et invio-
» labiliter observari, Vobisque suffraga-
» ri, etsi per quoscumque etiam di-
» ctæ Sedis Legatos, Vice - Legatos,
» Præsides, et Gubernatores, aliosque
» quoslibet Judices, et Commissarios,
» quavis auctoritate fungentes, sublata
» eis, et eorum cuilibet quavis aliter
» judicandi, et interpretandi facultate,
» et auctoritate judicari, et dafiniri de-
» bere, et quidquid secus super his a
» quoquam quavis auctoritate, scienter,
» vel ignoranter contigerit attentari, ir-
» ritum, et inana decernimus. Quo
» circa Venerabili Fratri Episcopo Fo-
» roliviensi, et Dilecto Filio ejus Vi-
» cario in spiritualibus Generali, per
» præsentes committimus, et manda-
» mus, quatenus ipsi, vel alter eo-
» rum præsentes Litteras, et in eis con-
» tenta quæcumque, ubi, et quando
» opus fuerit, ac quoties pro parte Ve-
» stra fuerint requisiti, solemniter pu-
» blicantes, Vobisque in præmissis ef-
» ficacis defensionis præsidio assisten-
» tes, faciant auctoritate Nostra Vos, ap-
» probatione, confirmatione, adjectio-
» ne suppletione, et decreto, aliisque
» præmissis juxta earumdem præsen-
» tium tenorem pacifice frui, et gau-
» dere, non permittentes Vos, vel ali-
» quem Vestrum desuper per Legatos,
» Vice - Legatos, Præsides, Guberna-

» tores, aliosve Magistratus prædictos,
» aut quoscumque alios quomodolibet
» indebite molestari, perturbari, vel
» inquietari. Contradictores quoslibet,
» et rebelles cujuscumque status, gra-
» dus, ordinis, vel præminentiæ fuerint,
» per censuras, et pœnas tam Ecclesia-
» sticas, quam pecuniarias arbitrio suo
» moderandas, imponendas, et ap-
» plicandas, aliaque opportuna juris
» remedia, appellatione postposita com-
» pescendo, invocato etiam ad hoc, si
» opus sit, auxilio brachii secularis.
» Non obstantibus præmissis, ac qui-
» busvis Constitutionibus, et Ordinatio-
» nibus Apostolicis Provinciæ, et Exar-
» chatus, Civitatisque prædictorum ju-
» ramento, confirmatione Apostolica, vel
» quavis firmitate alias roboratis, sta-
» tutis, et consuetudinibus, privilegiis
» quoque, indultis, et Litteris Aposto-
» licis eisdem Legato, Vice-Legato,
» Præsidi, Gubernatori, et aliis qui-
» busvis personis sub quibusvis tenori-
» bus, et formis, ac cum quibusvis
» clausulis, et decretis etiam Motu-pro-
» prio quomodolibet concessis, confir-
» matis, et innovatis. Quibus omnibus,
» et singulis illorum tenores, ac si de
» verbo ad verbum insererentur præ-
» sentibus pro sufficienter expressis, et
» insertis habentes illis alias in suo ro-
» bore permansuris, hac vice dumtaxat
» specialiter, et expresse derogamus,
» ceterisque contrariis quibuscumque.
» Datum Romæ apud S. Marcum sub
» Annulo Piscatoris die VIII. Octobris
» MDLXXII. Pontificatus Nostri Anno
» Primo = Cas. Glorierius = Loco ✠ An-
» nuli Piscatoris = Insuper Sixtus V.
» pariter prædecessor Noster per suas
» etiam in simili forma Brevis VIII.ª,
» et X.ª respective diebus Julii Anni
» MDLXXXIV. datas Litteras, non so-
» lum præscriptam erectionem Magi-
» stratus hujusmodi, ac privilegia ei-
» dem concessa approbavit, et confir-
» mavit, verum etiam custodiam Age-
» rum, seu Fossarum dictæ Civitatis,
» ac redditus, proventus, juraque *Por-*
» *tæ de Rivaldino* dictæ Civitatis in lo-
» cum redditunm, proventuumque nauli
» unius Navis, aliasque gratias, et præ-
» rogativas concessit, et assignavit,
» præter autem approbationem ejusdem
» Magistratus a rec. mem. Clemente VIII.
» Gregorio XV., et Paulo V. Romanis
» Pontificibus Prædecessoribus quoque
» Nostris factam fel. itidem rec. Urba-
» nus PP. VIII. pariter prædecessor No-
» ster erectionem hujusmodi approba-
» vit, et confirmavit per alias suas Li-
» teras tenoris, qui sequitur, videlicet.
» Urbanus PP. VIII. = Ad futuram rei
» memoriam = Fidelium quorumlibet
» præsertim ditionis Sedis Apostolicæ
» subditorum votis libenter annuimus,
» ac iis, quæ pro ipsorum subditorum
» commodo, et utilitate, ac Civitatum
» Nostrarum securitate, a dicta Sede con-
» cessa fuisse comperimus, ut firmius
» subsistant confirmationis Nostræ ma-
» num apponimus, prout in Domino
» conspicimus expedire. Nuper siquidem
» Dilecti Filii Nonaginta Viri Pacifici
» nuncupati Civitatis Nostræ Forolivien-
» sis per dilectos filios Antonium Por-
» tium, et Paulum Dall' Aste eorum
» ad Nos Cives Forolivienses Oratores
» destinatos Nobis exponi fecerunt, quod
» alias fel. rec. Sixtus Papa V. præde-
» cessor Noster, postquam diversi Ro-
» mani Pontifices etiam prædecessores
» Nostri, quamplurimas gratias, et in-
» dulta Ordini dictorum Nonaginta Vi-
» rorum concesserant, erectionem, et in-
» stitutionem dicti Ordinis cum omni-
» bus, et quibuscumque illis honori-
» bus, et oneribus, redditibus, et
» emolumentis etiam per dilectos filios
» dictæ Civitatis Communitatem vel
» alias concessis, et assignatis, nec
» non omnia, et quæcumque privile-
» gia, indulta, ordinationes, conces-
» siones, licentias, gratias, et præro-
» gativas eisdem Nonaginta Viris, il-
» lorumque Ordini per quoscumque Ro-
» manos Pontifices, et Sedem prædi-
» ctam, illiusque etiam de latere Le-
» gatos, Vice-Legatos, dictæque Civi-
» tatis Gubernatores quomodolibet con-
» cessa, et decreta confirmavit, et
» approbavit, ac omnia emolumenta
» Portæ *de Ravaldino* nuncupatæ dictæ
» Civitatis, alias Cameræ Apostolicæ
» incorporata, dicto Ordini concessit, et
» assignavit, ac alias prout in singu-
» lis ipsosum Prædecessorum Litteris,
» aliisque scripturis desuper confectis
» plenius continetur. Cumque prædi-
» cti nonaginta Viri cupiant præmissa
» omnia pro illorum firmiori subsisten-
» tia etiam per Nos confirmari, et
» approbari, Nobis humiliter supplicari
» fecerunt, quatenus eorum desiderio
» hujusmodi annuere, aliasque in præ-
» missis opportune providere de beni-
» gnitate Apostolica dignaremur. Nos
» igitur singularum Litterarum, ac scri-
» pturarum prædictarum, ac omnium,
» et singulorum in eis contentorum,
» aliorumque de necessitate exprimen-
» dorum tenores etiam veriores, ac si
» de verbo ad verbum exprimerentur,

» præsentibus pro sufficienter expres-
» sis, et insertis habentes, hujusmodi
» supplicationibus inclinati, omnia, et
» singula, fructus, redditus, et proven-
» tus, jura, obventiones, et emolumen-
» ta undecumque provenientia, et in
» quibuscumque rebus consistentia eis-
» dem Nonaginta Viris, illorumque Or-
» dini quomodolibet applicata, et assi-
» gnata, in quorum pacifica possessio-
» ne eorumdem Nonaginta Virorum or-
» do existit, nec non omnia, et sin-
» gula privilegia, ordinationes, conces-
» siones, licentias, facultates, gratias
» exemptiones, honores, prærogativas,
» et indulta per quoscumque Romanos
» Pontifices prædecessores Nostros, di-
» ctamque Sedem, illiusque etiam de
» latere Legatos, Vice-Legatos, dictæ-
» que Civitatis Gubernatores, nec non
» illius Communitatem, et homines,
» seu alios quoscumque quomodolibet
» concessa, nec non singulas Litteras,
» aliasque scripturas desuper confectas,
» Apostolica auctoritate, tenore præsen-
» tium perpetuo approbamus, et con-
» firmamus, illisque perpetuæ, et in-
» violabilis Apostolicæ firmitatis robur
» adjicimus, illaque omnia, et singu-
» la per Communitatem, et homines
» prædictos perpetuo observari volumus,
» et mandamus, omnesque, et singu-
» los juris, et facti defectus, si qui
» intervenerint in eisdem supplemus.
» Mandantes in virtute sanctæ obedien-
» tiæ moderuis, et pro tempore exi-
» stentibus Episcopo Foroliviensi, et di-
» ctæ Civitatis Gubernatori, quatenus ipsi,
» vel eorum alter singula præmissa, et
» alia quæcumque eisdem Nonaginta
» Viris, illorumque Ordini quomodo-
» libet concessa ab illis ad quos spectat,
» et spectabit in futurum, inviolabili-
» ter observari, dictosque Nonaginta Vi-
» ros illis omnibus pacifice frui, et
» gaudere faciant, atque mandent, non
» permittentes eos, et eorum quemli-
» bet per quoscumque molestari, per-
» turbari, vel inquietari, contradictores
» quoslibet, et rebelles, ac præmissis
» non parentes per Sententias, ac cen-
» suras Ecclesiasticas, ac etiam pecu-
» niaras pœnas, aliaque opportuna ju-
» ris, et facti remedia appellatione
» postposita compescendo. Non obstan-
» tibus quibusvis Constitutionibus, et
» Ordinationibus Apostolicis, ac Provin-
» ciæ Romandiolæ, et Exarchatus Ra-
» vennæ, nec non dictæ Civitatis etiam
» juramento, confirmatione Apostoli-
» ca, vel quavis firmitate alias robora-
» tis, Statutis, et consuetudinibus, ac
» omnibus illis, quæ dicti Prædecesso-
» res in singulis eorum Litteris volue-
» runt non obstare, cæterisque contra-
» riis quibuscumque. Datum Romæ apud
» S. Mariam Majorem sub Annulo Pi-
» scatoris die xiv. Novembris MDCXXV.
» Pontificatus Nostri Anno Tertio =.
» V. Theatin = Loco ✠ Annuli Piscatoris =
» Denique piæ mem. Clemens PP. XI.
» itidem prædecessor Noster omnia, et
» singula præmissa per suas desuper in
» pari forma Brevis die xI. Augusti MDCCI
» expeditas Literas confirmavit pariter,
» et approbavit, quarum omnium Lit-
» terarum tam dicti Clementis XI.,
» quam Pauli III., Julii, Pauli IV, Si-
» xti, Clementis VIII., Gregorii, et
» Pauli V. prædecessorum prædictorum
» tenores præsentibus pro expressis, et
» insertis haberi volumus, et in quibus
» plenius dicitur contineri. Quoniam au-
» tem dicti exponentes, qui præclara
» suæ fidelitatis debitæ erga eamdem
» Sedem Apostolicam argumenta sem-
» per præstituerunt, et in pacis, tran-
» quillitatisque publicæ studio se com-
» mendarunt, humiliter supplicari fe-
» cerunt, ut præinsertas Litteras, et præ-
» missa omnia in aliis memoratorum
» Pontificum Prædecessorum Literis ex-
» pressa, Apostolicæ etiam Nostræ con-
» firmationis patrocinio corroborare di-
» gnaremur. Nos igitur, dictos Exponen-
» tes specialibus favoribus, et gratiis
» prosequi volentes, et eorum singularea
» personas a quibusvis excommunica-
» tionis, suspensionis, et interdicti,
» aliisque Ecclesiasticis sententiis, cen-
» suris, et pœnis, a jure, vel ab homine
» quavis occasione vel causa latis, si
» quibus quomodolibet innodatæ exi-
» stunt, ad effectum præsentium dum-
» taxat consequendum, harum serie
» absolventes, et absolutas fore censen-
» tes, supplicationibus eorum nomine
» Nobis super hoc humiliter porrectis
» inclinati, præinsertas Gregorii XIII.,
» et Urbani VIII. Prædecessorum præ-
» dictorum Litteras, omniaque, et sin-
» gula in eis contenta, et a memora-
» tis Paulo III., Julio, Paulo IV, Si-
» xto V., Clemente VIII., Gregorio XIII.
» Paulo V., et Clemente XI. Prædeces-
» soribus, ut præfertur concessa, ap-
» probata, et confirmata auctoritate
» Apostolica, tenore præsentium perpe-
» tuo confirmamus pariter, et appro-
» bamus, illisque inviolabilis Apostolicæ
» firmitatis robur adjicimus, ac perpe-
» tuis futuris temporibus inviolatæ, et
» inconcussæ servari mandamus, et præ-
» cipimus, ac privilegia, gratias, in-

Digitized by Google

» dulta, prærogativas, et alia præmissa ab eisdem, et aliis Romanis » Prædecessoribus Nostris eidem Magistratui concessa, et assignata, quatenus opus sit, de novo concedimus, » et assignamus. Decernentes, easdem » præsentes Literas, et in eis contenta » quæcumque semper firma, valida, » et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque » spectabit in omnibus, et per omnia » plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac » Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ » Cardinales etiam de latere Legatos, » eorumque Vice-Legatos, Præsides, » et Gubernatores, ac quoscumque alios » quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, » et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et » auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus » super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus, Apostolicis, nec non omnibus, et singulis illis, quæ in præinsertis Gregorii XIII., et Urbani, ac aliis præfatorum prædecessorum Literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ » apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die secunda Januarii MDCCXLI. Pontificatus Nostri Anno primo. = D. Cardinalis Passioneus. = » Loco ✠ Sigilli etc. =

Supra relatas Benedicti XIV Literas, Apostolica auctoritate confirmat, et si opus sit innovat.

§. 2. Quoniam autem dicti exponentes præinsertas Literas, ut firmius subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos ipsos exponentes, quos paternis complectimur affectibus, amplioribus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas ipsius Benedicti Prædecessoris Literas, ac in eis contenta quæcumque, et expressa tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, et quatenus opus sit innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, vim et efficaciam adjungimus, illasque adversus quemcumque non usum, sive desuetudinem, et inobservantiam, nec non quemvis abusum, et contrarium usum, contrariamque observantiam, etiam forsan publicam, et notoriam, et quantolibet tempore toleratam, in integrum, ac pristinum statum restituimus, reponimus, et reintegramus.

Clausula sublata, et Decretum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices, Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Benedictus Prædecessor in dictis suis Literis voluit non obstare, cæteris contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die tertia Augusti MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Secundo. = D. Card. Passioneus.

CLIII.

Bibliothecam ab Advocato Marco Antonio Albicini Congregationi Missionis ad proprium, et publicum Civium Foroliviensium usum prælegatam, attenta ejusdem Congregationis Sacerdotum prælegato eidem renunciatione, Comunitati Civitatis Forolivii ad publicum pariter usum donat, prævia derogatione dispositionis Testamentariæ Advocati Albicini.

Clemens PP. XIII.
Ad futuram rei memoriam

Tenor testamentariæ dispositionis Advocati Albicini refertur

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt Communitas, et homines Civitatis Nostræ Forolivien., quod alias tunc in humanis agens Marcus Antonius Albi-

cini Advocatus Foroliviensis in suo, sub quo ab humanis decessit, condito testamento facta prius ad favorem nonnullorum virorum distributione quorumdam peculiarium librorum, de propria ejus bibliotheca disposuit hisce verbis, nempe = *Lascia il restante della di Lui Libraria alla Ven. Casa della Missione di questa Città, obbligando la medesima, e di lei Religiosi a conservare sempre la stessa Libraria non solo per uso loro, ma anche a benefizio di questa Città, e per servizio, ed uso ancora de' Cittadini, ed abitunti qui in Forlì* = et attento quod tunc existentes Superior, et Presbyteri Seculares Congregationis Missionis Civitatis prælegatum, sive ipsam bibliothecam minime admiserunt, imo illam renuntiarunt, Congregatio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium super negotiis Fabricæ Principis Apostolorum de Urbe deputata insurrexit contendens, eidem Fabricæ attribuendum esse Legatum, seu Bibliothecam hujusmodi.

Auenta con acceptatione Legati pro parte Congregationis Missionis, Benedictus XIV. Bibliothecam Seminario Ecclesiastico Foroliviensi donavit.

§. 2. Interea temporis dicti Exponentes ad fel: rec: Benedictum PP. XIV. Prædecessorem Nostrum recursum habuerunt, quatenus dictam Bibliothecam, non obstante quod lis in præmissis orta adhuc existeret indecisa, eisdem exponentibus assignaret, idem Benedictus Prædecessor animo perpendens quod quodcumque repudium dicti Legati per memoratos Superiorem et Presbyteros Seculares domus Missionis in dicta Civitate erectæ factum Civibus et Incolis ejusdem Civitatis nullum præjudicium afferre videbatur, memoratam bibliothecam Seminario Ecclesiastico ipsius Civitatis assignavit, prævio rescripto a bo: me: Clemente dum vixit S. R. E. Presbytero Cardinali Argenvillieres nuncupato tunc temporis suo Pro-Auditore, cui hujusmodi negotia perpendenda remiserat, edito, tenoris sequentis, videlicet = *Die* XVIII. *Septembris* MDCCLIV. *Ex Audientia SSmi = facta per me relatione, et audito etiam Reverendo Marcolino Judice Fabricæ, Sanctitas Sua, prævia avocatione et suppressione litis, in eadem Fabrica pendentis in statu et termino in quibus reperitur, mandavit applicari bibliothecam, de qua in precibus, favore Seminarii Ecclesiastici Civitatis Forolivien. cum iisdem oneribus, cum quibus relicta fuerat PP. Congregationis Missionis non obstantibus contrariis quibuscumque, ad quem effectum Orator instet, citata eadem Fabrica* = et subinde idem Clemens Cardinalis et Pro-Auditor postquam dictam Fabricam pro parte Procuratoris Civitatis prædictæ citata fuerat, suum decretum eidem Rescripto congruens edidit.

Preces porrectæ a Comunitate Civitatis Forolivii ut Biblithecam, cujus usui Seminarium valedixit eidem adjiceretur Comunitati.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes, qui ut asserunt, attenta etiam renunciatione, et abdicatione ejusdem Bibliothecæ ab ipso Seminario facta in complementum ultimæ voluntatis dicti Marci Antonii Testatoris publicum bonum Civium et Incolarum prædictorum prospicientis applicationem dictæ bibliothecæ ipsi plurimum expetentes, habito prius ejusdem Civitatis Generali Consilio, in quo capta fuit resolutio coherens votis illius Civium et Incolarum, et postquam domum, in qua sepedicta bibliotheca ad publicam commoditatem remanere debet, assignaverant, et ad hunc effectum prævio consilio Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium super bono regimine Civitatum, et Universitatum Status Nostri Ecclesiastici Auctoritate Apostolica deputatæ, ad quam Indicem omnium librorum ejusdem bibliothecæ remiserunt; quæ quidem Cardinalium Congregatio resolutionem dicti Consilii Generalis approbavit, necnon Dilecti Filii Nostri Joannis Francisci S. R. E. prædictæ Presbyteri Cardinalis Stoppani nuncupati in Provincia Romandiolæ, et Exarchatus Nostri Ravennaten. Nostri et Apostolicæ Sedis de Latere Legati bibliothecarium elegerunt, ac propterea ipsam bibliothecam sibi per Nos applicari, et assignari plurimum desiderent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune provideri, ac ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Bibliotheca de qua agitur Comunitati Civitatis Forolivii assignatur, applicatur, et perpetuo conceditur.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, ac Testamenti prædicti tenore præsentibus pro plene et sufficienter expresso, et inserto habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eamdem bibliotecam per memoratum Marium Antonium eisdem domui Congregationis Missionis in Civitate Forolivien. erectæ relictam, et per ipsam domum seu Congregationem Missionis renunciatam, ac vigore hujusmodi renunciationis per

ipsum Benedictum Prædecessorem Seminario Ecclesiastico Civitatis prædictæ applicatam, ut præfertur, cum omnibus et singulis oneribus a dicto Marco Antonio testatore volitis, et demandatis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium eisdem Exponentibus perpetuo assignamus et applicamus, et quatenus opus sit, attentis præmissis omnibus renunciationibus, et abdicationibus prædictis, ac Rescripto memorati Benedicti Prædecessoris, nec non Decreto ipsius Clementis Cardinalis Pro - Auditoris inde in præmissis vigore decreti prædicti edito, dictam bibliothecam cum pactis conditionibus, et oneribus a dicto Marco Antonio Testatore volitis, et expressis, ipsis Exponentibus perpetuo, auctoritate, et tenore prædictis donamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus supradicti Marci Antonii Testatoris etiam ultima voluntate, quam, quoad præmissa sufficienter et expresse commutamus, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xxx. Augusti MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno secundo.

CLIV.

Confirmantur omnia privilegia Auditorio Causarum Palatii Apostolici concessa: restituitur in eo, antiqua methodus, in casu æqualitatis suffragiorum servanda, cum opportunis ordinationibus, etiam circa Commissiones Causarum minus gravium, et Personas, studiis penes Auditores ipsius Auditorii addictas.

De Sacræ Rotæ Auditorio quamplures adsunt Romanorum Pontificum Constitutiones; sic plurima quoad officium, et qualitates Auditorum, Procuratorum, et Notariorum Romanæ Rotæ habentur in Constit. Martini V. Anni 1428. Sept. 1. Ordinationes observandas ad Auditoribus Romanæ Rotæ, eorumque Notariis primum evulgavit Joannes XXII. Constit. relata absque data in Bullario Mainardii Tom. III, part. II. pag. 195. Romanæ Rotæ Auditores ex quatuordecim ad Duodecim reduxit Sixtus IV. Constit. Anni 1472. Maii 14. Jurisdictionem, et facultates Auditorum Romanæ Rotæ in Causis cognoscendis præfinivit Innocentius VIII. Const. Anni 1487. Jan. 10. Quamplurima privilegia, et exemptiones S. Rotæ Auditoribus concessit Clemens. VII. Constit. Anni 1525. Augusti 5. Eadem confirmovit, et de novo ampliavit Paulus III. Constit. Anni 1536. Augusti 17. Reformationes nonullas S. Rotæ Auditorii edixit Pius IV. Const. Anni 1561. Dec. 27. Quoad Decanatum S. Rotæ Auditorii, cognitionem Causarum ipsorum Auditorum, eorumque consanguineorum, et prohibitionem Avocationis Causarum ibidem semel inductarum, adest Constit. Clement. XII. Anni 1734. Nov. 17. quæ omnes sunt in Bullario Mainardii. Item nova privilegia Auditoribus S. Rotæ concessit Benedictus XIV. Constit. Anni 1743. April. 10. Distinctionem inter Causas Rotales, et Prælatitias, novamque methodum in Auditorio Rotæ observandum pro celeriori Causarum expeditione statuit Pontifex idem Constit. altera Anni 1746. Oct. 9. ut videre est in hujus Pontificis Bullario.

Clemens PP. XIII.

Refertur præcedens methodus quoad Causas in quibus paria erant

§. 1. Ex parte Collegii Dilectorum Filiorum Causarum Palatii Nostri Apostolici Patronorum Nobis nuper expo-

Auditorum suffragia in turno Ordinario.

situm fuit, alias san. mem. Benedictum XIV. Prædecessorem Nostrum per suam Constitutionem incipien. *Justitiæ et Pacis Custodes*, editam sub Datum Romæ, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI. Sexto Nonas Octobris, Pontificatus sui Anno septimo, postquam Causarum genera, quæ in Romana Curia judicandæ sunt, earum videlicet, quæ alicui ex ejusdem Curiæ Prælatis, nec non aliarum, quæ Auditorio Causarum dicti Palatii Apostolici, nimirum alicui ex ejusdem Auditorii Auditoribus, sive uti Auditori, sive uti Prælato, committi possent, apte congruenterque distinxit; subinde ad celeriorem Causarum in dicto Auditorio vertentium decisionem et expeditionem procurandam, statuisse et mandasse, ut firmo remanente stylo, seu consuetudine proponendi in dicto Auditorio pro prima vice omnes Causas in Turno ordinario, in quo quatuor Causarum hujusmodi Auditores suffragium ferrent, si tamen deinceps in alicujus Causæ propositione eveniret, ut divisis æqualiter suffragantium sententiis, decisiva resolutio prodire nequiret, ne Causæ hujusmodi definitio nimis in longum protraheretur, non amplius ipsa Causa cum iisdem quatuor suffragiis reproponeretur, ita ut, coæquatis forsan iterum suffragiis, rescribi deinde oporteret, ut eatenus rescriptum fuerat, *Videant Quintus, et Sextus*, sed statim ab ipsa prima vice rescribi voluisse: *Iterum proponatur, et videant Quintus, Sextus, et Septimus*; ad hoc nimirum, ut in altera Causæ propositione omnino prodiret illius resolutio: Decernendo hujusmodi Causam semper deinceps cum quinto, sexto, et septimo, usque ad extremam illius definitionem, proponi et judicari debere.

Refertur pariter servata methodus quoad paritatem Suffragiorum, Universa Aula cognoscente.

§. 2. Quia vero interdum evenire noverat, ut Romanus Pontifex Causam aliquam eidem Causarum Palatii Apostolici Auditorio committeret, cum clausula *Videntibus omnibus*, aliæque plures Causæ jam, sive in Turno ordinarios, sive etiam, suffragantibus quinto et sexto, discussæ, ob iteratam suffragiorum paritatem, ab omnibus videri deberent: ne forte hujusmodi quoque Causarum resolutionem, divisis æqualiter omnium suffragiis, ut antea nonnunquam acciderat, adhuc retardari contingeret, eumdem Benedictum Prædecessorem voluisse pariter, et præcepisse, ut quoties in aliqua Causa, vel ex speciali commissione Romani Pontificis, vel ex Rescripto ipsius Rotæ, omnes Auditores suffragium ferre deberent, si Auditores suffragia laturi disparis numeri existerent, antiquus stylus servaretur, nimirum quod Auditor proponens suffragium minime ferrat: Si vero suffragia ferentes essent numeri paris, vel casu aliquo ad numerum parem reducerentur, deberet tunc in ipsa Causa suffragium ferre etiam Auditor proponens, ad hoc ut ipsius Causæ resolutio semper, et omnino sequeretur, nec de cætero, videntibus etiam omnibus, suffragia coæquari possent.

Enumerantur incomoda litigantibus derivantia ex supra relata methodo.

§. 3. Quia tamen, sicut eadem expositio prosequebatur, hæc immutatio antiquæ methodi in eodem Auditorio dudum servatæ, quæ ad celeriorem Causarum decisionem procurandam tunc potissimum excogitata fuit, et summopere opportuna judicabatur, duodecim annorum cursu, quibus jam obtinuit, hoc maxime detrimentum collitigantibus afferre visa est, ut absoluto per sententiam, suffragantibus septem Auditoribus, unius instantiæ judicio, si eamdem Causam in ulterioris appellationis gradu iterum eidem Rotæ Auditorio committi contingat, haud integrum, sæpe etiam vix ullum, appellationis beneficium parti succumbenti relinquatur: quum enim novus Auditorum Turnus, ut vocant, ad hujusmodi causam dijudicandam assumi deberet, semper quidem duo, aliquando etiam plures, ex iis, qui in præcedenti instantia suffragium tulerunt, eamdem ipsam Causam judicaturi sedebunt: Idcirco pro parte dicti Collegii, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut circa præmissa antiquam judicandi methodum, præfatam Benedicti Prædecessoris Constitutionem in hac parte moderando, restituere dignaremur.

Exponitur abusus, quod appellans partem victricem sub specie commissionis uni ex Rotæ Auditoribus ad Auditoris Tribunal trahat.

§. 4. Nec defuit alia, circa ea, quæ in dicta Constitutione statuta sunt, ad Nos etiam delata instantia: Cum etenim in illa expresse pariter caveatur, Causas minus graves, super quibus in prima instantia in alterutro Tribunalium Romanæ Curiæ, nimirum Cardinalis in Urbe, et Districtu Vicarii in spiritualibus Generalis, aut Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditoris, definitive pronunciatum fuerit, in gradu appellationis, tam in petitorio, quam in possessorio judicio, omnino committi debere Prælatis extra Rotam, vel etiam ipsis prædicti Auditorii Auditoribus, non tamen uti Auditoribus, sed dumtaxat uti Prælatis: animadversum propterea fuit, in appellantis arbitrio positum fuisse, in qualibet Causa, quæ forsan levis esse potest, Partem victricem, sub

specie commissionis uni ex Rotæ Auditoribus uti Prælato, ad ipsius Auditorii Tribunal cum ingenti dispendio trahere: super quo aucteritatis quoque Nostræ remedium fuit imploratum.

Ad relata incomoda removenda Summus Pontifex Sacri Auditorii sententiam requisivit.

§. 5. Nos autem, qui dum in minoribus essemus, munus unius ex dictæ Rotæ Auditoribus plures annos obtinuisse libenti animo recolimus, quamvis omnem illius Tribunalis formam, ejusque consuetudines compertas habentes, judicium Nostrum circa præmissa interponere tuto potuissemus; nullam nihilominus super ipsis legem edicere voluimus, nisi prius ejusdem Auditorii sententia, ad animi Nostri instructionem, requisita et audita: Quo peracto, quum, præter superius expositam, aliæ etiam non levis momenti causæ, ex parte ejusdem Auditorii Nobis allatæ fuerint, ob quas optandum videbatur, pristinam methodum, circa suffragantium numerum ipsius Auditorii judicio, juxta proprias antiquas consuetudines, et causarum circumstantias, determinandam, abrogata quoad hoc præfatæ Constitutionis lege, in usum revocari; Nostras nunc partes esse ducimus, nedum supra relatis Curiæ Nostræ votis annuendo, de utroque præmisso Judiciarii Ordinis capite opportune statuere, verum etiam ampliores benevolentiæ Nostræ significationes erga dictorum Palatii Nostri Auditorum Collegium ostendere.

Antiqua Tribunalis privilegia indulta, gratias, consuetudines, et facultates in iis, quæ præsenti non adversantur Constitutioni confirmat.

§. 6. Itaque, Motu proprio, ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitude, omnia et singula privilegia, indulta, et gratias, per Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, et præcipue per Julium II., Leonem X., Clementem VII., Paulum III., Alexandrum VII., et Clementem X., dicto Auditorio, ejusque Auditoribus pro tempore existentibus, in genere vel in spacie concessa et elargita: Nec non præfatam dicti Benedicti Prædecessoris Constitutionem, in iis tamen, quæ præsentibus non adversantur: Veteres insuper et probatos laudabilesque usus, et consuetudines, ac facultates dicti Auditorii, etiam capiendi et decernendi quascumque providas, et sibi bene visas resolutiones et provisiones, circa Causas in eo pendentes, et super Colligantium juribus et interesse, harum serie, Apostolica auctoritate confirmamus et approbamus, illisque Apostolicæ Nostræ firmitatis vim, robur, et efficaciam adjicimus; ac omnes et singulos, siqui in Literis super privilegiis, et indultis hujusmodi expeditis intervenerint, defectus, illos singillatim pro expressis habentes, auctoritate Nostra supplemus: Usus vero, et consuetudines, ac facultates hujusmodi, adversus quamcumque inobservantiam, etiam longi temporis cursu continuatam, dummodo alicujus Romani Pontificis Prædecessoris Nostri sanctione, præmissa Benedicti Prædecessoris excepta, aliter circa illos et illas cum expressa ejusdem Auditorii, seu illius Auditorum mentione, dispositione, dispositum non fuerit, ad pristinum statum restituimus, reponimus, et plenarie reintegramus.

Moderatur Constitutionem Benedicti XIV. in iis quæ suffragiorum paritatem respiciunt, veteremque usum observantiæ revocat.

§. 7. Præmissam vero Benedicti Prædecessoris præfati Constitutionem, tam in ea parte, in qua, si in alicujus Causæ propositione, propter suffragiorum æqualitatem, decisiva resolutio semel et iterum prodire nequeat, non amplius rescribi voluit: *Iterum proponatur*; aut: *Videant Quintus, et Sextus*; sed statim ab ipsa prima vice rescribi jussit: *Videant Quintus, Sextus, et Septimus*; ac etiam in Causis cum Clausula *Videntibus omnibus* eidem Auditorio commissis, seu ob reiteratam dissidentium suffragiorum æqualitatem, ex veteri ipsius Auditorii stylo, ab omnibus Auditoribus videndis, et decidendis, si Auditores suffragia laturi, paris numeri existerent, vel aliquo casu ad numerum parem reducerentur, ab Auditore quoque proponente suffragium ferendum esse decrevit: Quam etiam in altera parte, per quam Causas minus graves, et sui natura Prælatitias, in secunda instantia, prædicti Auditorii Auditoribus, non uti Auditoribus, sed uti Prælatis, ad Appellantis arbitrium, committi posse concessit, ita præsentium quoque serie moderamur, et quatenus opus sit, in hisce tantum partibus revocamus, et de medio tollimus; ut deinceps, et statim post præsentium publicationem in Aula Vaticana dicti Auditorii faciendam, præmissum rescribendi modum, juxta Constitutionem eamdem, minime servari, aut exequutioni ulterius demandari necesse sit; sed Causæ omnes, quæ nondum sub judicio Quinti, Sexti, et Septimi propositæ fuerunt, licet hujusmodi propositio ad normam præfatæ Constitutionis decreta jam fuerit, iterum in Turno Ordinario proponi possint, vel potius debeant; si autem in earum discussione, aliarumque in posterum in dicto Auditorio proponendarum, suffragantium sententiæ iterato scindantur, ita ut resolutio prodire nequeat; liberum sit eidem Tribunali, de ulteriori earum propositione, quod ma-

gis æquum et opportunum fuerit, decernere et constituere. Quod vero spectat ad eas Causas, in quibus, juxta præfatæ Constitutionis præscriptum, jam septem Auditores suffragium tulerunt, si vel ante sententiam denuo Partes audiri judicatum fuerit, vel Causas ipsas, post sententiam, eidem Auditorio in ulteriori instantia committi contingat, in potestate sit ejusdem Auditorii, prout earum ratio, et natura exposcere videbitur, vel septem, ut antea, vel omnibus etiam adscitis suffragiis, earum discussionem et judicium absolvere. Cæterum tam in hujusmodi casibus, quum scilicet ex ipsius Auditorii decreto omnium sententiæ exquirentur, quam ubi Causæ commissio hanc legem, et clausulam *Videntibus omnibus* in se continebit, volumus pariter atque decernimus, liberam eidem Auditorio facultatem esse, de Auditore proponente ad suffragandum admittendo, nec ne, prout expedire judicaverit, statuere et providere.

De consensu amborum partium dumtaxat causas committi posse alicui Auditori Rotæ uti Prælato, præscribit

§. 8. Causæ autem minus graves, quæ juxta distinctionem in sæpe citata Constitutione firmatam, Prælatitiæ censeri debent, nec ipsi Auditorio Rotæ, nec alicui Auditori, uti Prælato, in quacumque instantia committi debebunt, si litigantium alter repugnet; sed si ambo in eam rem consenserint, tunc dumtaxat hujusmodi causas alicui Auditori Rotæ, uti Prælato, committi posse concedimus et indulgemus.

Ad tres tantum personas reducitur cujusvis Auditoris studium, illius Adjutore comprænenso.

§. 9. Denique antiquas sæpedicti Auditorii consuetudines exactius servari cupientes, ac fel. rec. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris quoque Nostri providæ legi per ipsius Literas sub Datum XIII. Kal. Novembris MDCXLIII. editæ inhærentes, per easdem præsentes etiam præcipimus et mandamus, ac respective interdicimus et prohibemus, ne de cætero Auditores prædicti, pro causis in eodem Auditorio pendentibus considerandis et expendendis, ultra tres Personas debitis ac requisitis qualitatibus instructas, ac secreti lege de more adstrictas, compræhenso in numero hujusmodi etiam Studii Adjutore, aliquem alium ad id adhibeant vel admittant: Quo vero ad eos dumtaxat, qui jam ex speciali rescripto, supra numerum trium, apud aliquem ex dictis Auditoribus admissi reperiuntur de præsenti, illos a Studio illius Auditoris, cui sunt addicti, amovere non intendentes, ipsius Auditoris arbitrio relinquimus eosdem retinere aut dimittere.

Cunctis de nullitate simulare præsentes Literas interdicitur.

§. 10. Præsentes autem, et desuper conficiendas literas, et in eis contenta quæcumque, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu, quamvis magno, et substantiali, sive ex eo, quoc in præmissis, seu eorum aliquo, solemnitates, et quævis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex alio quovis capite, a jure, vel facto seu consuetudine resultante, notari, impugnari, invalidari, retractari, aut in controversiam revocari posse, sed semper et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere et fore, ac ab omnibus et singulis, ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari et adimpleri debere.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 11. Sicque, et non aliter in præmissis omnibus et singulis, per dictum Auditorium, illiusque Auditores, et alios quoscumque Judices Ordinarios vel Delegatos, ac S. R. E. Cardinales, in quavis causa, et instantia, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate; judicari et definiri debere, irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Contrariis derogat.

§. 12. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac præfata dicti Benedicti Prædecessoris, in iis tantum partibus, quæ præsentibus adversantur, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac etiam Auditorii prædicti, quatenus iisdem præsentibus contraria dignoscantur, quantumvis juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, reformationibus, stylis, et consuetudinibus, quantocumque tempore observatis, et toleratis: privilegiis quoque, indultis, concessionibus, facultatibus, et Literis Apostolicis, quibusvis Collegiis et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis, in genere vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, aut alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, et innovatis; Quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per

clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, et singulorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse, ac legitime et plenissime, harum serie derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque; cum clausulis opportunis.

Fiat Motu Proprio C.

Quibuscumque defectibus supplet. §. 13. Et de confirmatione, approbatione, roboris adjectione, defectuum suppletione, restitutione, repositione, reintegratione, moderatione, revocatione, voluntate, mandato, prohibitione, intentione, decreto, aliisque præmissis, ut supra, in Literis latissime extendendis: Et quod præmissorum omnium, et singulorum, aliorumque necessariorum, major et verior specificatio et expressio fieri possit in Literis, cum clausula perpetuo, et ad perpetuam rei memoriam per Officium de Curia nuncupatum, gratis expediondis. Volumus autem, quod interim, ac quousque Literæ predictæ minime expeditæ fuerint, sola præsentis Nostræ Schedulæ Motus proprii Signatura sufficiat, et ubique fidem faciat, in judicio, et extra illud, regula quacumque contraria non obstante.

Publicationem injungit præsentium Literarum. §. 14. Volumus etiam, quod præsens Schedula, ad hoc ut singula in ea contenta in omnium notitiam perveniant, in Aula dicti Auditorii in Palatio Nostro Vaticano, proxime ventura die, quo dicti Auditorii aperitio habebitur, legi et publicari, et publicatione hujusmodi peracta, omnia et singula in ea contenta, ab iis ad quos spectat, et pro tempore spectabit in futurum, inviolabiliter observari debeant. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Pridie Kalendas Octobris, Anno Secundo.

CLV.

Chirographum Pontificium, quo prospicitur editioni Monumentorum, et Inscriptionum posterioris Evi, existentium in Ecclesiis, aliisque Locis Almæ Urbis, cum privilegio decennali favore Cameræ Capitolinæ.

Conservatori della Nostra Alma Città di Roma.

§. 1. Avendoci Voi rappresentato nell' Udienza datavi il primo Decembre passato, che ad istanza de' Letterati Romani, essendovi da Noi stata rimessa la loro supplica per la stampa di tutte le Iscrizzioni, e Monumenti Romani dell' Infimo Evo sparsi in diverse, Chiese, e Luoghi di Roma raccolti dal P. D. Pier Luigi Galletti Monaco Benedettino Cassinense Scrittore Latino nella Nostra Biblioteca Vaticana da farsi con li danari della Nostra Camera Capitolina in quella guisa practicata per li Veneziani, e Bolognesi, per riparare in tal forma alle continue perdite di questi Monumenti in pregiudizio dell'Erudizione istorica, e della gloria, e memoria del nome del Nostro Popolo Romano, sopra di che intesa poi la Nostra favorevole disposizione, prima di venire ad alcuna determinazione, per maggiormente facilitarla abbiate risoluto, con prudenti fatti, nella Vostra Congregazione Capitolina ordinaria tenuta li 14., e 29. Decembre passato, 11., e 26. Gennaro, e particolarmente li 8., e 26. Febbrajo passato, et 11 Marzo corrente, con la riserva del Nostro Beneplacito, di dare l'incombenza di questa stampa a Generoso Salomoni con accettare la di lui offerta, ed obbligo di stampare detta raccolta a ragione di quarantadue pavoli il foglio di cinquecento esemplari per ciascuno in carta Reale Fioretto di Pioraco, oltre venticinque fogli in carta soprafina, con averne indi stipolato il contratto fin dalli 13. Febraro passato per gli atti del Diamilla Notaro di detta Camera, con divesi altri patti, e condizioni per il miglior compimento dell'Opera. Preces porrectæ pro concessione præsentis Chirographi.

§. 2. Avendoci ancora rappresentato che detto P. Galletti siasi offerto di communicare la sua raccolta, e di assistere interamente ad una accuratissima correzzione della detta stampa con fornirla dell' Indici necessarj, ed op- Editionem Monumentorum, et Inscriptionum, sumptibus Cameræ Capitolinæ permittit.

portuni per maggior facilità, e chiarezza dell'Opera, e di farvi in somma tutto ciò che è necessario, perchè la medema venga perfettamente compita, come appunto è seguito nelle riferite stampe delle Iscrizioni Venete, e Bolognesi pubblicate dal medemo Salomoni mediante la celebre raccolta del detto P. Galletti. E perchè possiate principiare quest' Opera, ci abbiate supplicato per l' opportuna facoltà di far pubblicare detta stampa con fiducia, che dal di lei ritratto possa poi reintegrarsi detta Nostra Camera Capitolina della spesa da somministrarsi non meno allo stampatore, che al cartolaro per la legatura all'Olandese di Tomi novantacinque, per il qual' effetto » dover' incaricarsi li Conservatori pro » tempore, e particolarmente il Nobile Coscritto Gio. Paolo de Cinque » al presente Conservatore, che unitamente col Nostro Fiscale di Campidoglio averà la sprintendenza, e » direzione fino al compimento dell'Opera, ancorchè termini il suo Officio di Conservatorato per l'indennità » di detta Camera, come si esprime nella Risoluzione Capitolina delli 8. Febraro scaduto, e considerando Noi, che quanto avete sopra di ciò saviamente determinato riguarda il maggior lustro, e decoro del nostro Popolo Romano, anzi molto conferisce all' eccitamento della virtù, e specialmente de' Letterati Romani, sopra di che avendo anco inteso detto nostro Fiscale di Campidoglio, ben volentieri vi concediamo il nostro beneplacito Apostolico, perchè possiate far seguire li pagamenti promessi per dette stampe, e legature dei Tomi a proporzione dei fogli, che saranno consegnati per compimento di ciascun Volume, che con» terrà tutta l'Opera, quali debbano, » detratti quelli che il decoro, e la » convenienza del Magistrato richiede, » che sian distribuiti alle Persone, che » si appartengono, o per ragion di Offi» cio, o per debito di rispetto, e nu» mero trenta all' Autore P. Galletti, » gli altri tutti nella quantità di quat» trocento debbino consegnarsi, e far» si consegnare sotto la soprintenden» za, e direzione del detto Nobile co» scritto de Cinque ora Conservatore » unitamente con detto Fiscale, per» mettendo ai medemi di concedere, » e consegnare al detto Padre Galletti » a titolo di compenso in qualche par» te della sua applicazione, ed inco» modo per detta stampa trenta Esem» plari sciolti per ciascun foglio, o sia » volume, ed il restante consegnare ad » uno, o più librari per farne la ven» dita, ed esito a quel prezzo, che » stimerete più ragionevole, e facile » per lo smaltimento de' medesimi, » col solito rilascio di uno per ogni do» dici al libraro, ad effetto che con » maggior sollecitudine, ed attenzione » possa reintegrarsi detta Camera, a di » cui credito dovrà poi depositarsi il » ritratto di detti Tomi, che di ma» no in mano dal Camerlengo della d. » Camera s' anderà esiggendo, al qual' » effetto incarichiamo detto Nob. de » Cinque Conservatore unitamente con » detti Fiscale, e Camerlengo.

Prohibet novam hujus collectionis editionem ad decennium, et privilegia nonnulla primo editori concedit.

§. 3. Per la maggior sicurezza, e indennità di detta Camera, vogliamo, ed espressamente comandiamo al detto Salomone stampatore, ed a tutti gli altri stampatori, che per dieci anni avvenire resti in qualunque modo proibito di stampare la raccolta di dette Iscrizzioni Romane, sotto la pena di scudi cinquecento da pagarsi irremissibilmente in caso di contravenzione a favore di detta Camera Capitolina, oltre le Censure comminate nelle Costituzioni, ed Ordinazioni Apostoliche contro li medesimi in questa materia, come pure esimiamo detto stampatore Salomoni da qualunque pagamento, e » peso di gabella per tutta la carta » occorrente per detta Opera compita, » che dal medemo come sopra si fà » per conto di detta nostra Camera Capitolina, la quale intendiamo che goda tal vantaggio, ed esenzione essendo così mente, e volontà Nostra precisa, e non altrimenti etc.; al qual' effetto ordiniamo a chi s' appartiene, che ammetta a detta Nostra Camera, ed al detto Salomoni l'accennata esenzione, ed inoltre comandiamo, e ordiniamo alli Sindaci del Nostro Popolo Romano, che ammettano ne'loro Sindacati da farsi, li suddetti pagamenti.

Clausula pro efficaciori praesentis Chirographi firmitate

§. 4. Volendo, e decretando con la Nostra Suprema Potestà, che il presente Nostro Chirografo con la semplice Nostra sottoscrizzione vaglia, ed abbia il suo pieno effetto, vigore, ed esecuzione, benchè non si registri in Camera, secondo la Bolla di Pio IV. di felice mem. Nostro Predecessore *de Registrandis*, bastandoci, che sia registrato dallo Scrittore del Nostro Popolo Romano nel solito libro del Nostro Campidoglio, derogando Noi con la medesima Nostra Suprema Potestà a detta

Bolla di Pio IV. *de Registrandis*, ed a quest' effetto, ed in questa parte a qualunque altra Disposizione, Costituzione, ed Ordinazione Apostolica Nostra, e de' Sommi Pontefici Nostri Predecessori, ed in specie alle Regole apposte in calce della Tabella dell' Entrata, ed Uscita del Nostro Popolo Romano, benchè confermate in forma specifica li 19. Giugno 1694. dalla san. mem. d' Innocenzo XII., ed a qualsivoglia altro Decreto, e Risoluzione della Congregazione Particolare deputata nel 1741. dalla san. mem. di Benedetto XIV. Nostro Predecessore sopra gl'interessi, ed azienda della Nostra Camera Capitolina, ed a qualunque altro Statuto, Regola, Uso, Stile, o Consuetudine, che in qualsivoglia modo facesse, o potesse fare in contrario al presente Nostro Chirografo, delle quali cose tutte, e singole avendone il di loro tenore qui per espresso, e sufficientemente di parola in parola inserto, per questa volta sola, e per detto effetto pienamente, ed amplamente deroghiamo. Dato dal Nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo, questo dì XII. Marzo MDCCLX.

CLEMENS XIII.

FINIS TOMI PRIMI



Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX MATERIARUM
QUAE
IN HOC PRIMO VOLUMINE
CONTINENTUR



A

ABBAS REGULARIS

ABBATISSA

ACCADEMIA

ALTARE PRIVILEGIATUM

Digitized by Google

CALICES

CAMPANÆ

CANONICI REGULARES
ABBATIÆ S. MAURITII
IN VALLOSIORUM.

CANONICI REGULARES
CONGREGATIONIS S. ANTONII
VIENNENSIS
IN DELPHINATU.

CANONICI REGULARES
REFORMATÆ CONGREGATIONIS S. CRUCIS
COLIMBRIENSIS

CAPPELLANI PONTIFICII

CARDINALIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

COLLEGIUM ARTIS LANITIÆ
DE URBE

COLLEGIUM SACRÆ FAMILIÆ JESU CHRISTI NEAPOLITANUM

CONCILIUM TRYDENTINUM

CONCLAVISTA

DECRETA S.CONGREGATIONIS CONCILII.

DECRETA CONGREGATIONIS EPISCOPORUM, ET REGULARIUM.

DECRETA CONGREGATIONIS INDICIS

DECRETA CONGREGATIONIS INQUISITIONIS GENERALIS

EPISCOPUS CULMEN

EPISCOPUS ELNENSIS

EPISCOPUS LIVONIENSIS

FRATRES ORDINIS B. M. V. DE MONTE CARMELO EXCALCEATI NUNCUPATI DONATI

FRATRES EXCALCEATI SS. TRINITATIS REDEMPT. CAPTIVORUM

Digitized by Google

Digitized by Google

HOSPITIUM

HOSTIA CONSECRATA

HUNGARIÆ REGNUM

IMPERATOR ROMANORUM

INDULGENTIÆ

Digitized by Google

MINORES DE OBSERVANTIA REFORMATI

MINORES TERTII ORDINIS S. FRANCISCI DE PENITENTIA

Digitized by Google

MONACHI ORDINIS S. BENEDICTI.

MONACHI PRÆMOSTRATENSES

MONIALES

MONIALES S. AUGUSTINI CURIEN DIOECESIS

MONIALES SALESSIANÆ

N

NUNCIUS POLONIÆ

O

OLEUM SANCTUM

ORDINATIO

ORDO MILITARIS SS. MAURITII, ET LAZZARI

P

PARROCHUS

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

REX HUNGARIÆ

REX POLONIÆ

REX PORTUGALLIÆ, ET ALGARBIORUM

REX SARDINIÆ

ROMANORUM IMPERATOR

ROMANUS PONTIFEX

ROTA ROMANA

V

VASA SACRA

VECTIGALIA

VELITRI CIVITAS

VENETA RESPUBLICA

VISITATIO

VISITATOR APOSTOLICUS

FINIS INDICIS MATERIARUM



INDEX TITULORUM

QUI IN HOC

INDICE ALPHABETICO

CONTINENTUR



E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

U

V





598097

Digitized by Google

IMPRIMATUR

Fr. Dominicus Buttaoni Ordinis Prædicatorum S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Antonius Piatti Archiep. Trapezuntinus Vicesgerens.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google